DELLE

OPERE

DI

MONSIGNOR FRANCESCO LIVERANI

PRELATO DOMESTICO DI N. S.
E PROTONOTARIO APOSTOLICO PARTECIPANTE

VOLUME 4.

MACERATA
PRESSO ALESSANDRO MANCINI
1859.

DELLE

OPERE

DI

MONSIGNOR FRANCESCO LIVERANI

PRELATO DOMESTICO DI N. S.
E PROTONOTARIO APOSTOLICO PARTECIPANTE

VOLUME 4.

MACERATA
TIPOGRAFIA DI ALESSANDRO MANCINI
1859.

FRAMMENTI

DI

STORIA ECCLESIASTICA

DI MONSIGNOR

FRANCESCO LIVERANI

PARTE III.

« *unum est per diversos antistites sacerdotium* »
s. Symmachus pp.

CODICE DIPLOMATICO E BOLLARIO

DI

GIOVANNI X.

I.

anno 909.

Lettera di Giovanni da Tossignano arcivescovo di Ravenna al monastero di Nonantola, colla quale rivendica i suoi diritti e giurisdizione sul medesimo - pubblicata da Tiraboschi storia della badia di Nonantola *t. II. pag. 93 - 94 - Il titolo* » servus servorum Dei » *era in quel tempo usurpato, non pur da quello di Ravenna, ma da altri vescovi ancora.*

Joannes episcopus servus servorum Dei petro venerabili abati cunctisque fratribus caenobii sancti Silvestri salutem. Miramur valde prudentiam consilii vestri ad tantam devolutam ignaviam, ut ea quae ab exordio vestri monasterii a piissimis atque christianissimis imperatoribus nec non a romanis pontificibus constituta sunt, et apostolica soliditate firmata, vos, nescio, qua temeritate ea quae diximus frangere praesumpsistis. Bene denique nostis, quod Nonantule monasterium fundatum est, sicut nostra praecepta prae manibus detinent, et apud vos ipsos habent. Nec non a die memoriae Sergio sanctissimo archiepiscopo Ravennae ecclesiae cui, Dei auctore, praesumus consecratum et sanctificatum fuit primigenae constructionis effectu qui concessum est per sacratissima privilegia a sanctissimis romanae Sedis pontificibus piisque regibus vel imperatoribus e per eum in hac nostra sancta ravennate ecclesia in perpetuum, quatenus ejusdem ecclesiae consecratio a nemine fieret nisi ab hujus nostrae sedis pontificibus. Quapropter non mediocriter turbamur, cum tanta privilegia tantasque patrum sanctiones vestro conamine abdicastis. Et si aliqua inter vos pro tempore intentio horta fuisset, hujus sedis examine debuerat adprobari. An ignoratis ea quae vestri servaverunt antecessores aut fortę obliti estis quae patres vestri custodierunt privilegia! Scriptum est enim; interroga majores tuos et annuntiabunt tibi, seniores tuos, et dicent tibi. Satis apud vos sunt qui temporis ejus me-

moriam detinent, quo semper haec sancta ecclesia metropolitana et genitrix vestra habetur, cui referendum semper extitit, quidquid in vestrae ecclesiae necessarium fuerit in conventu praeceptum. Motinensis vero ecclesia neminem latet, quod nostra suffraganea est, neque de ambiguis negotiis sine nostro consultu quicquam ei permittitur agere, quanto magis superba contra nos temeritate aliquid praesumpserit peragendum. Ipsa quidem nostrae dictioni subdita est et propter sententiam detinet, si tramitem regularum praesumptione aliqua amplius violare tentaverit, quidquid autem ab eadem nostra suffraganea ecclesia mutinensi in nostro monasterio praesumptum est, omni penitus auctoritate sanctorum patrum vacuum et illicitum habetur; eo quia contra suam matrem jacula praesumptionis extorsit et quod sibi non habuit alteri concedere praesumpsit. Quam ob rem vobis omnibus admonentes mandamus ut deinceps jam dictam invasionem neque teneatis neque apud vos habeatis, sed ad hoc expectetis quod antiquitas vestri monasterii obtinuisse videtur. Nos quidem haec omnia domno regi mandavimus, scientes quia rex nullum praejudicium nostrae ecclesiae generabit. Sed credimus quae sanctis pontificibus piisque imperatoribus custodienda mandata sunt, omni observatione digna inviolata servabit. Nam si aliter feceritis scitote non dubium quia vos excommunicabimus, et insuper apostolicam inducemus auctoritatem quae vos ab omni ecclesiastico ministerio sequestrabit. Item expresse mandamus, ut de hujusmodi negotio ad nullum veniatis examen nisi in nostram praesentiam, sicut lex et auctoritas sanctorum edocet patruum. Sin aliter poenam ut diximus omni modo persolvetis.

II.

anno 914.

=

Lettera di Giovanni X ai vescovi della provincia di Narbona - conferma la elezione di Agio metropolitano - condanna Geraldo invasore - e invia il pallio al legittimo arcivescovo - edita da Mansi *concil. XVIII - 79 -* dalla Gallia cristiana *- VI, 14 n. 14 e nel tom. CXXXII n. 1. pag. 799 - C. M.*

Joannes episcopus, servus servorum Dei, Regiualdo Biterensi, Armano Tolosensi, Riculfo Elnensi, Gimarae Carcassensi, Wigoni Gerundensi, Gerardo Agathensi, Teuderico Lutovensi, Heuberto Nemausensi, item Teuderico Barchinonensi, Georgio Ausonensi, Rudolpho Orgelitanensi, ecclesiarum Christi reverendissimis ac sanctissimis episcopis.

Sanctitatis vestrae litteras de metropolitano Agio suscipientes, huic insidias et fraudes Geraldi nequissimi ei illatas agnoscentes, valde doluimus, et quasi nostro corpore suscipientes defecimus. Unde vestrae sanctitati notum esse volumus, quia praefatus Geraldus falsidicus, ad hanc sanctam romanam atque apostolicam ecclesiam, cui auctore Deo deservio, veniens, a nobis quasi innocens, subripere voluit episcopatum, cui nos, licet ejus iniquitatis versutiam plenius non agnoscentes, commodare sine canonica censura noluimus. Ipse vero, ut multorum veridica relatione comperimus, nescio quas falsas epistolas per subreptionem, quasi ex nostro nomine vobis perferens, episcopatum Narbonensem hac occasione armata manu depraedatur, venerabilis Agius ejus insidiis captus, venire ad sanctam Sedem apostolicam differtur, et alia quamplurima de illo, antequam per vestras litteras, cognovimus audientes. Quapropter vobis per Eyminum archiepiscopum (Vesontionensem) nostras apostolicas litteras misimus, ut ipsum saepe nominatum Geraldum per omnia falsidicum tenentes, inter episcopos non haberitis. Nunc, quia malitiam, iniquitatem, atque fraudes, a vestra fraternitate pleniter agnovimus: volu-

mus, atque apostolica auctoritate mandamus, ut, sicut jam vobis scripsimus, et sacri canones testantur, eum inter episcopos non habeatis: quippe nec a clericis, vel populo sit expetitus, nec a vobis suis conprovincialibus more solito ordinatus. Privilegium, pallium, usum pallii, vestro metropolitano Agio, ut vestra petivit dilectio, misimus: quia nulli ecclesiae hoc quod illi juste competit, denegamus. Optamus vos in Christo nunc et semper bene valere.

III.

anno 914.

Giovanni X risponde alle consultazioni di Eriveo arcivescovo di Reims sulla disciplina da tenere verso i normanni convertiti alla fede - pubblicata da Mansi *concil. - XVIII -* Migne *CXXXI - pag. 27 - 28 - 29 - num. 1. - del bollario di Giovanni IX, a cui tutti gli storici per errore l' hanno fin qui attribuita: nel testo troverai lê ragioni per le quali essa appartiene a Giovanni X -* Duret *» Geschichtsblätter aus der Schweiz II band Lucern 1856 pag. 288 » ha illustrato a dovere questo monumento.*

Joannes episcopus servus servorum Dei reverendissimo confratri nostro Heriveo rhemorum archiepiscopo

Vestrae fraternitatis vestraeque reverendae sanctitatis mellifluas litteras libentissime suscipientes ac diligentissime pertractantes et tristes admodum et vehementer exstitimus exultantes. Merentes itaque de tantis calamitatibus tantisque pressuris atque angustiis, non solum paganorum, verum etiam christianorum in vestris partibus (ut vestrarum assertio litterarum edocet) accidentibus: gaudentes siquidem de ipsa gente northmannorum, quae ad fidem, divina inspirante clementia, conversa, olim humano sanguine grassata laetabatur: nunc vero, vestris exortationibus, Domino cooperante, ambrosio Christi sanguine se gaudet fore redemptam atque potatam. Unde multipliciter et, a quo procedit omne quod bonum est, immensas gratiarum actiones rependimus, suppliciter obsecrantes ut eos soliditate verae fidei confirmare et aeternae Trinitatis gloriam agnoscere faciat atque ad suae visionis inenarrabile gaudium introducat. Nam quod de his vestra nobis innotuit fraternitas, quid agendum sit, quod fuerint baptizati et rebaptizati et post baptismum

gentiliter vixeriut, atque paganorum more christiauos interfeceriut, sacerdotes trucidaveriut atque simnlacris immolantes idolothyta comederint: equidem si tirones ad fidem non forent canonica experirentur judicia. Unde quia ad fidem rudes sunt, vestro ntique libramni vestraeque censurae committimus experiendos, qui illam gentem vestris confiniis vicinam habentes, studiose advertere, et illius mores actusque omnes pariter et conversationem agnoscere prae caeteris valeatis. Quod enim mitius agendum sit cum eis quam sacri censeant canones vestra satis cognoscit industria, ne forte insueta ouera portantes, importabilia illis fore, quod absit, videantur et ad prioris vitae veterem, quem expoliaverunt, hominem, antiquo insidiante adversario, relabantur. Et quidem si inter eos tales inventi fueriut, qui secnndum canonica instituta se per paenitentiam macerare et tanta commissa scelera dignis lamentationibns expiare malnerint, eos canonice judicare non respuatis: ita nt in omnibns erga eos pervigiles exlstatis, ut ante tribunal aeterni jndicis cnm mnltiplici animarum fructn venientes gaudia aeterna cum beato Remigio adipisci mereamini. Munus vero quod nobis vestra sanctitas dirigere dignata est, eo dilectionis amore suscepimus, quo a vobis fuit destiuatum. Divina majestas vos vobisquo omnes subiectos lta concedat temporaliter vivere, ut, intercedente beato Petro apostolorum principe, omnium peccatorum vestrorum vincula solvat et ad celestis regnl gloriam sine nlla offensione perducat. Optamus sanctitatem vestram bene valere et apud pllssimum dominum pro nobis plis supplicationibus intercedere.

IV.

13 decembre anno 915.

Diploma inedito di Berengario imperatore dato da Roma nel tempo della coronazione al monastero di Monteamiate » CODICE SESSORIANO *CCXVI n. 181 - 82* -

IN NOMINE DNI DEI ETERNI

BERENGARIUS imperator augustus. Dignum est ut qui prudenter Dei obsequia ordinate procurant et hoc ad stabilitatem perpetuam nostram corroborationem confirmare exposcunt ut tanto libentius obaudivimus quanto et Deo placita intelligimus et prudentia Deo protegente bono studio ad effectum perducere procuravimus. Igitur omnium fidelium s. Dei ecclesiae ac nostrorum praesentium scilicet et futurorum comperiat solertia quia dnm nos filiolo nostro Widoni glorioso marchioni cenobium dni Salvatoris in monte Amiate constitutum ad regendum commisissemus et ibidem neglecta Dei obsequia, et procuratione Deo ibidem famulantium predecessorum tuorum incuria multis modis reperisset studiosius decertavit congregationem monachorum ibidem Deo serventium regulariter corrigere et solummodo divinis obsequiis deditos ad sufficientiam suorum largire quatenus prelatus jam fati monasterii dni Salvatoris qui per tempora fuerit ac successorum illius abbati vel praepositi cum subjectis monachis inibi Deo serventium deinceps in futurum sufficienter habere mereantur. Ob amorem Dei remediumque animarum nostrarum ac successorum nostrorum regum aut imperatorum conferens eis ad sufficientiam suorum cellam sci Benedicti curto de palea cellam s. Stephani in Monticlo et cellam s. Mariae in lamales. Curticellam de Mastia nec non et curticellam de Titiunano et in Cerra angariales seu et in Feroniano et manentes ejus nec non et cellam s. Stephani in Tarquini seu et cellam s. Severi super lacu cum ipsa curticella de Bisentio. Cellam etiam s. Miniati nec non et cellulam s. Mariae de Valeriano cum ipsas res de Curtio-

le cum omnihus pertinentiis et adiacentiis tantummodo suis utilitatibus habentes victum vestitumque regulariter sumentes absqne nlla dilatatione solnmmodo divinis die noctuqne persistant obsequiis ac pro stabilitate totins imperii nobis a Deo commissi studeant exorare. Sed quod bono studio honaqne volnntate feci perennem habeant stabilitatem petiit pietatem nostram ut eandem ordinationem nostram confirmaremus conscriptione psicut et fecimus. Deniqne etiam concedimus praedicto monasterio omnia decima frea et jndiciaria vel omnem compositionem et exhibitionem pnblicam ex omnibus manentibus de supra memoratis celtnlis et curtibns oh remedium animae nostrae successorumque nostrorum regum vel imperatorum qui per tempora fuerint ad portam ipsius monasterii conferendam semper ad usus peregrinorum substetandos in alimoniam et augumentum animarum nostrarum propter oppressiones malorum et pravorum hominum quae sufferre minime nec sustentare potuerunt. Quapropter eidem sancto loco hoc nostrum preceptum fieri jussimus per quod praecipimus ut ab hinc in futurum eadem sancte congregationi omni quietudine absque ullo publico repetitu aut rectoris loci ipsius subtractu easdem cellules et curtes in suis utilitatibus ac necessitatibus habeant et ordinent faciant et disponant quatenus exinde sufficientiam habentes in divinis obsequiis et nobis eorum famulatio proficiat sempiternale remedium. Si quis vero quod futurum minime credimus esse quilibet homo magna parvaque persona contra hoc nostrum imperiale muniminis praeceptum temerario ausu contendere aut irrumpere molestare aut inquietare seu et vacuare vel diminorare aut etiam imbeneficiare predictas cellulas et curtes praesumpserit aut aliqua violentia quandoque tempore inferre praesumptor extiterit, sciat se compositurus argenti libr.. XXX. et auri obrizi lib. V. medietatem palatio nostro et medietatem ejusdem ecclesiae rectoribus. Et ut hoc nostrae auctoritatis praeceptum futuris temporibus domino opitulante valeat inconcussum manere manu propria subter firmavimus et annuli nostri impressione subter insigniri jussimus

Signum domni ✠ Berengarii serenissimi imperatoris Joannes cancellarius ad vicem Ardingi epi et archicancellarii recognovi etc.

Data VI - id decembr anno dom. incarñis DCCCCXV domni vero Berengarii serenissimi regis XXVIII. imperii sui I indictione IIII actum Romae in Xpi nom ftr. Amen.

(L. ✠ S. cujus adsunt vestigia

V.

10 maggio 916

Privilegio di Giovanni X al monastero di Subiaco - conferma il castello con tutti i beni e diritti - Inedito dal regesto sublacense - riscontrato col codice sessoriano E. CCXVII f. 27 - 33 - Giorgi *e* Mansi *citano la presente bolla nelle note al* Baronio *- sono erronee le note cronologiche, perchè l' indizione I non correva che all'anno XIV - e XV - del suo pontificato, e deve leggersi - indizione IV -*

Joannes episcopus servus servorum Dei. Leoni venerabili presbytero, et monacho atque Abbati venerabilis monasteri s. Benedicti et sanctae Scholasticae, quod positum est prope sublacum, sanctaeque tuae congregationi, successoribus vestris, in perpetuum. Cum piae voluntatis desiderium et landaudae devotionis intentio, apostolicae sollicitudinis cura sit semper adjuvanda, nt ea qnae legaliter geruntur, nulla valeant refragatione perturbari, sed aeqnitatis, firmitatisque robore consistant, ac irrefragabili jurisdictione, auctore Deo, permaneant; ideo ob hoc apostolicis promulgatis sanctionibus, propria unicuique rationis fas exigit, suppetant, possidenda confirmare: ideoque quoniam constat sanctitatem vestram, plurima sanctorum loca acquisiisse, et cuncta in honorem et utilitatem vestri venerabilis monasterii jurisdictionem pertinere, quae in diversis castellis, possessionibus, agris, ac famulornm mnltitndine videmini habere; ea omnia sub tuae reverentiae, sanctaeque congregationis vestrorumque successorum, servorum Dei jnrisdictione, in perpetunm eadem loca, agros, possessiones, cum omnibus famulis manentibus et oriundis, cum colonis et colonabus, ac universis suis pertinentiis, apostolicae Sedis privilegiis, prout deposcitis confirmari; detinenda omnia inferius scripta ipsi monasterio statnimus: scilicet integrum castellum sublacum cum omnibns suis finibus, terminis ac limitibus, terris, casis,

vineis, campis, pratis, pascnis, silvis, salicetis, arboribus fructiferis et infructiferis, puteis, fontibus, rivis aquae perennis, aedificiis parietinis contiguis, adjunctis et adjacentiis omnibus: cultum et incultum, vacuum et plenum, una cum colonis et colonabus utriusque sexus; glandaticum simul et herbaticum, vel qualibet alia pertinentia ad ditionem istius castelli; quae solita sunt solvere censum sanctae romanae ecclesiae; ea vobis pleniter cum omnibus suis pertinentiis et adjacentiis ubique sitis; perpetuo ad usum et utilitatem coenobii s. Benedicti confirmamus; et firmiter stabilimus detinenda sine aliqua exceptione; una cum flumine, sicut incipit a petra Imperatoris, et recte vadit in pontem terraneum, usque in lacum, qui est sub monasterio ipso, cum suis aquae molis, deinde tendit in suricellam per alanctum et salicetum, sicuti dividitur in partes per castra et loca usque in locum mandrae, cum ibidem existentibus aquaemolis, et deinde per pontes descendit in sanctum Angelum, et in s. Petrum, et deinde in prata aniena: similiter et altera aqua, quae cona vocatur, et rivos suos in flumen anienum mittit: item aqua, quae flumicellum vocatur, una cum aqua angusta; bullica et timida ut dicitur; omnes decurrentes in dictum flumen, usque ad territorium sancti Cosmae: cum suis rivis et plagiis omnibus, ex utraque parte, dictarum aquarum, generaliter et in integrum earum pertinentiis; cum omnibus earumdem aquarum molendinis factis et faciendis, et ubicumque pisces capi poterunt in praedictis aquis. Item ecclesia s. Felicitatis sine ulla datione, vobis, vestrisque successoribus perpetuo concedimus detinendam, in usum et commodum vestri venerabilis Monasterii. Pari modo et massam Jubentianam et Maranam in integrum cum earum fundis, casalibus et omnibus suis pertinentiis ubicumque sitis; quaemadmodum et fundum cantoranum, seminarium auriculae et arsulae, rubianum, tuccianellum, marcatellum, paternum, aprunianum, arpelium, lenanum; fundum testinae; montes qui vocantur gemini, descendentes in trulianum et gordianum; fundum sassae et collem de ferrariis ubi est monasteriolum, cum altero situm in Pisciano; una cum colonia juxta s. Valerium, ex duobus lateribus, et medietatem de ilice. Item fundum minianum, castancolam, lorinianum, buburanum; et fundum vallis, cum ecclesia s. Eleutherii: fundum capramolente, cum ecclesia sancti Anastasii. Item massam Apollonii cum ecclesia s. Martini: fundum quoque paternum, qui vulgo appellatur pentoma: fundum brucanum; fundum s. Pamphili; fundum Danielem, fundum merulanum, pacacianum, tospolianum, cum ecclesia s. Mariae et s. Juvencii; fundum s. Cirici, fundum cispa, fundum romanum, cum ecclesia s. Angeli et s. Felicis: sitas inter haec confinia; nempe ab uno latere habens fluvium tiberim; a secundo latere fundum Papi; a tertio latere arcum fulgurati, descen-

dendo in montem ubi sunt cipressi, et ascendendo in montem vulturelia, et recto tramite descendunt per s. Mariam in Piscianum, cum omnibus pertinentiis spectantibus ad supradictas massas. Similiter et fundum callicianum integrum cum ecclesia s. P. tri, nec non et monasteria s. Barbarae et s. Anastasii cum duabus curtibus, una ante se, et altera post se; cum casis et fundis atque rasalibus suis, et omnibus eorum pertinentiis, posita in civitate Tiburtina; una cum medietate ecclesiae sanctae Mariae in eadem urbe, cum casis, vineis, terris et omnibus pertinentiis suis: item et ecclesiam s. Helenae cum suis omnibus pertinentiis, sitam trans Tiberim juxta pontem marmoreum, cum integra clausura vineae, sita in valle Arceso, vineata, cum arboribus olivarum: ecclesiam etiam s. Sebastiani cum vinea sua parva atque oliveto: item clausuram viurae positam subtus Posterulam Tiburtinam, juxta silirem, quae vocatur Quarati: aliam quoque clausuram vineae integram, appellatam horto magno. Item fundum casae petrae cum clausura parva vineae dicta a sorbo. Praeterea portionem prati majoris, quae fuit Episcopi calvi. Similiter integrum fundum Stafilanum; fundum romanianum integrum; fundum Paulini integrum; ozanum, criptular, panzi; fundum dirnti; Anangolae. Macronianum; semissaunm; paternum in valle longa; fundum s Mariae in Pesile; fundum Donabelli; fundum factorium; fundum lurum; fundum catacumbae cum ecclesia s. Laurentii; fundum afri; omnibus praenominatis fundis integris; positis infra territorium praenestinum et tiburtinum. Item clausuram vinrae quae vocatur Ancorana, integram cum suo arboreto. Vineam quoque pentomam, quae fuit Tetualdi presbyteri; una cum duabus partibus vineae juxta s. Laurentium: fundum quoque porclanicum integrum cum suis pertinentiis: fundum otoranum; arceianum; palasanum; resulinae, olibanum; campilionem; oianum; poianum; cammaranum; collem mundum; catilanum; cocubatum, pacurauum, et ecclesiam s. Angeli; cum omnibus eorum pertinentiis, positis in territorio Campanino et Ferentinello minore. Praeterea fundum falconianum cum ecclesia s. Nicolai; fundum fontinianum; tueclanellum; fundum collis de merulis; caprola, orarum; gratullianum; cernianum; labenzanum; casanicum; et fundum domus, cum ecclesia s. Petri: fundum poncia; fundum pozorosano, una cum clausura vineae positae juxta Capranicam vallem, modiorum quatuor, cum castaneto suo juxta s. Petrum; una cum suis terris vineis, et casis, atque silvis, positis in territorio Afilano, diversis in locis. Item in territorio Albanensi fundum Soranum; cum vineis, terris, cryptis, et ecclesia sanctorum quatuor. Item portionem fundi silvae majoris, qui fuerat Flori episcopi; item in Zizinni vineae petias sex; cum clausura vineae integrae positae in fundo Cesarano: duas quoque cesinas positas ad pon-

tem salarium, cum portione patinarum; una cum terris, hortis atque pantanis juxta hortum Praefectae. Item duo prata juxta portam majorem: illa saltua duo, quorum unum in pedica vetere, quae dicitur burdinaria, alterum in campo majore. Parimodo domos duas integras cum suis cortis, hortis in ecclesia s. Theodori, positas in urbe Roma, juxta majus pratum, quae fuerant Flori episcopi. Item aliae duae domus, quae fuerunt Joannis et Stephani de Grifis, cum suis curtibus, pergolis, et horto sito juxta formam claudiam; et integram vineae clausuram, cum arboribus pomorum et cryptis, juxta viam quae ducit ad S. Crucem in Hierusalem. Similiter domum integram cum corte et horto suo cum vinea atque omnibus suis pertinentiis, posita in urbe Roma in regione septima, prope ecclesiam s. Viti; nec non et vinea seu terra prope S. Crucem in Hierusalem. Item tres vineae petias sitas in Aricia: similiter domum cum corte sua positam in Suburra. Pari modo ecclesiam et monasterium s. Erasmi, cum omnibus suis pertinentiis et adjacentiis, quemadmodum vestrae testantur scripturae. Item duas vinearum petias positas in Ostia, quarum una in fundo Mauri, et altera in Calabri eto posita est; una cum prato culto et assoluto in fundo Aguzano. Quae omnia supra nominata, cum fundis, et casalibus, massis, ecclesiis, monasteriis, domibus, hortis, vineis, servis, et ancillis, colonis, et colonabus, fluminibus, aquae molis, et piscariis; etiam in aliis partibus sitis, vel civitatibus vestro venerabili monasterio ascriptis; per quodcumque instrumentum, seu privilegia, seu donationis Christi fidelium, aut commutationis, vel vestrae congregationi donata pro salute animarum, aut venia delictorum oblata, quibuscumque scripturis novis aut vetustis contineutur, roborabiliter vobis, vestrisque successoribus per hoc Apostolicum privilegium nostrum perpetuo detinenda et possidenda confirmamus. Praeterea confirmamus vobis integrum casale, quod vocatur N. positum juxta quartum cum prato suo, inter hos affines: a primo latere habe casale Barbilianum; ab altero fundum monitula, saliens ab ipso prato, per limites suos, usque ad parietes desertas, quae sunt ultra formam, et exeunt in viam publicam; a tertio latere est ipsa via publica; a quarto fundum aquae decoritae, descendens per limites suos, usque in formam joviam, et exit per formam ac revertitur per limites juxta aquam, usque ad praedictum fundum barbilianum. Item integrum fundum sextum, cum prato suo juxta rivum, inter hos affines; ab uno latere via, quae pergit ad pontem de nona; et ab alio latere est via publica, cum aliis affinibus suis: quae omnia fuerunt locorum piorum, sanctaeque romanae ecclesiae, cui Deo auctore deservimus: et nos vestris inclinati precibus, per hujus privilegii seriem, supra nominata omnia immobilia loca, cum suis pertinentiis; a praesenti prima indictione, in

perpetuum vobis, vestrisque successoribus concedimus et confirmamus detinenda in usum et utilitatem venerabilis monasterii: ita tamen ut quotidie sacerdotes, et monachi ipsius monasterii, pro remedio animae nostrae, nostrorumque successorum, clament in eadem ecclesia centum Kyrie eleison et centum Christe eleison: sacerdotes quoque sacras oblationes in missarum solemniis tribus in hebdomada vicibus, pro absolutione animae nostrae, nostrorumque successorum pontificum, omnipotenti domino offerant: statuentes apostolica censura, sub divini judicii obtestatione et anathematis interdicto; ut nulli unquam nostrorum successorum pontificum, vel alia quaelibet magna, parvaque persona, audeat vel praesumat de suprascriptis omnibus immobilibus locis, cum eorum pertinentiis vel adjacentiis, contra hoc nostrum pontificale privilegium agere; vel alienare, aut auferre praesumat; quin potius firma ac stabilia perpetuis temporibus, sicuti a nobis statutum est, decernimus permanere. Si quis autem, quod non optamus, contra hoc nostrum apostolicum privilegium contemptor extiterit, aut in quolibet dictorum transgressor fuerit, sciat se auctoritate Dei omnipotentis, et domini nostri apostolorum principis Petri, cujus licet immeriti, Dei tamen dignatione, vicem gerimus, anathematis vinculo innodatum, et a Dei regno alienum fore. Qui vero pio intuitu, verus custos et observator extiterit hujus nostri apostolici privilegii, meritis atque precibus beati Petri apostolorum principis, et s. Benedicti in aethereis arcibus praemia, et benedictionis gratiam atque misericordiam a justo judice domino Deo nostro, vitamque consequi mereatur aeternam. Scriptum per manum Leonis scriniarii, et notarii sanctae Sedis summae apostolicae; in mense majo, indictione supradicta prima.

Bene valete. ✠ Datum sexto idus maii per manum Marini episcopi, sanctae Polimartiensis ecclesiae, et bibliothecarii summae apostolicae Sedis. Anno, Deo propitio, pontificatus domini nostri Joannis summi pontificis, et universalis papae X. in sacratissima Sede beati Petri apostoli tertio in mense et indictione superscripta prima.

VI.

29 settembre 916

=

Atti del sinodo di Altheim - pubblicati in parte da Mansi *e interamente da* Pertz *M. G. L. II. - 554.*

ACTA SYNODI APUD ALTHEIM

Cap. 1. De canonum institutis. 2. De episcopis. 3. Item de episcopis. 4. Item de episcopis. 5. De vita et predicatione episcoporum. 6. De excommunicatione. 7. De his qui putabant pro defendendis ecclesiae rebus licere communicare excommunicatis. 8. Ut malum exemplum episcopi populo non sint. 9. De corrigendo populo. 10. De privilegiis ecclesiarum. 11. De rebus et pecuniis ecclesiarum. 12. De legibus ecclesiae et iudicibus. 13. De accusatione episcopi vel sacerdotis. 14. De expoliato episcopo. 15. Quomodo episcopum quis appellare debet. 16. De purgatione episcoporum. 17. De lapsu sacerdotis et recuperatione. 18. De clericis et decimis. 19, Statuta pro robore regum. 20. Item de eadem re. 21. De Erchengario poenitente. 22. De eo qui periurat et alios in periurium inducit. 23. De eo qui iuramentum regis violat. 24. De episcopo per dolum capto. 25. De peiurii discretione. 26. De clericis fugitivis. 27. De his qui communicaverunt excommunicatis. 28. De symonica haeresi vitanda. 29. De Ricquino clerico. 30. De episcopis qui de Saxonia non venerunt. 31. De Einhardo episcopo. 32. Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat praeteriri. 33. De poenitentia. 34. De his qui ad synodum vocati non venerunt 35. De datis induciis et concilio Radesponensi.

DE SYNODO

In nomine sanctae et individuae Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti, anno ab incarnatione domini 916 indictione 4, 12 kal. octobris, regno autem Chonradi piissimi et christianissimi regis quinto, congregata est sancta generalis synodus apud Altheim, in pago Retia, praesente

videlicet domni Johannis papae apocrisiario Petro, sanctae ortensis ecclesiae venerabili episcopo, misso ad hoc, quatinus aliquo modo diabolica semina in nostris partibus orta extirpare et nefandissimas machinationes quorundam perversorum hominum sedare et eliminaudo purgare deberet. Transacto igitur triduano jejunio et sacris laetaniis more debito celebratis, convenimus in ecclesia sancti Johannis baptistae, et mesti consedimus. Tum demum praefatus sancti Petri et domini Johannis papae missus, proferens cartam apostolicis litteris inscriptam, qua monebamur, arguebamur et instruebamur de omnibus ad veram religionem christianae fidei pertinentibus. Quae omnia, ut iustum et dignum erat, humiliter accepimus, diligenter tractavimus, et devoto affectu omni modo amplectabamur. Ergo evangelicam praeceptionem et institutionem saluberrimam lacrimabili voce protulimus, qua arguebantur pharisei et scribae: Mundate, inquit, prius quae intus sunt calicis et catini, et item: Ejice primum trabem de oculo tuo, ac propheticum: Ruina populi sacerdotes mali, perpendentes et discutiendo, nosmetipsos inspicientes, ed in medium, penitentiae sanctae digno fructu, ad pedes piissimi redemptoris Christi proicientes, deflevimus neglegentias innumerabiles, et peccata nostra gravissima. Deinde ortatu domini Petri contra nosmetipsos et vitia irati adiuvante primo sancto Spiritu et miserante, capitula infra notata ad correctionem tam nostram, quam cristiani populi statuendo collegimus.

1. Cap. De canonum institutis. Ut evangeliorum et canonum statuta, sine praeiudicio ab omnibus custodiantur: et nemo in actionibus vel iudiciis ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate, ducatur. In exponendis etiam vel praedicandis divinis scripturis, sanctorum catholicorum patrum et probatissimorum sensum quisque sequatur, in quorum scriptis, ut beatus dicit Hieronimus, fidei veritas non vacillat.

2. De episcopis. Dominus dicit in Exodo sacerdotibus: sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Unde episcopi ante oculos semper habere debent filios Aaron, qui Deum non *timentes*, *in* sacrificando alienum ignem obtulerunt, ac ex templo in conspectu patris mortui sunt. Et propheta: Si populus peccaverit, orabit pro eo sacerdos; si autem sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo?

3. Item de episcopi. Item Dominus in evangelio ad apostolos ait: vos estis lux mundi, et sal terrae. Si enim lux, quae in vobis est, tenebrae fiant, ipse tenebrae quantae erunt? Et si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihil valet ultra, nisi ut foras eiciatur et conculcetur ab hominibus.

4. De eadem re. Apostolus Paulus dicit: Oportet episcopum inreprachensibilem esse, docere populum, non solum verbis, sed etiam bonis

actibus, quia spectaculum inquit, facti sumus et angelis et hominibus. Et Gregorius papa: Cuius enim vita despicitur, constat ut et praedicatio ipsius contemnatur.

5. Item de vita et praedicatione. Episcopos et sacerdotes admonemus et coram districti iudicis oculis contestamur, ut pie, juste, et caste vivant, et diligenti studio missas populis cantent, et pabulum verbi divini illis, id est praedicationem, sedulo administrent, quia, ut ait beatus Gregorius: iram contra se occulti iudicis excitat sacerdos, si sine praedicationis sonitu incedit.

6. De excommunicatione. Scimus sacra auctoritate scriptum: qui excommunicato communicaverit, excommunicetur. In hoc nos fatemur, episcopi, et praesbyteri, et clerici, penaliter peccasse, quod in posterum, Deo auxiliante, et emendare et evitare cupimus et praecipimus.

7. De his qui putabant pro defendendis ecclesiasticis rebus licere excommunicatis communicare. Placuit sanctae synodo, hunc errorem quasi impium ab ecclesia amovere, quia animarum curam a domino accepimus, non pecuniarum. Inde et reddituri sumus Deo rationem et accepturi propter suam misericordiam aeternam retributionem, vel iustam damnationem.

8. Ut non malum exemplum sint populo episcopi. Bonum exemplum populi se ipsos episcopi et sacerdotes debent praebere et ostendere non solum dictis, verum et factis. Propter hoc enim statuimus, ut minime unquam in posterum contra sacra statuta aliquomodo communicemus excommunicatis; et diiudicamus nosmetipsos, quatinus in futuro non iudicemur a domino. Sequi cupimus dicta et statuta sancti Gregorii papae, et poenitentiam dignam agere volumus secrete in monasterio, quia publice nequivimus in futuroque praedicta omnibus modis, Deo propitio, vitare. Eamdemque legem statuentes praesbyteris, diaconibus et omni clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter observent, et aliis servare predicent.

9. Ad populum de correctione. Auctoritate apostolica firmamus dicta et praecepta sacrorum canonum, et interdicimus, quamdiu quis excommunicatus sit, ut quis ei audeat communicare vel cum eo in ecclesia orare. Et laici qui secuti nos sunt, ut dicunt, errantes, sequantur nos modo, nosmetipsos per poenitentiam corrigendo macerantes, et viam eis vitae praedicantes et aperientes, ut quandoque resipiscant a diaboli laqueis, a quibus (per nostra mala exempla B. T.) capti tenentur, et ad veram matrem ecclesiam per poenitentiam revertantur.

10. De privilegiis ecclesiarum. Privilegia ecclesiarum et sacerdotum sancti apostoli, iussu Salvatoris, intemerata et inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

11. De rebus et pecuniis ecclesiarum. Qui Christi et ecclesiae pecunias vel res abstulerit, sacrilegium facit, apostolus enim Paulus dicit: Si quis violaverit templum Dei, disperdet illum Deus. Violat quis templum Dei, dum pastor aut non recte vivens, aut non iuste docens christianos seducit, vel laicus quis injuste ecclesiasticis et inreligiose utens rebus. Item Ambrosius dicit: Sciendum est omnibus quod sacrilegium sit, res ecclesiae quocunque modo auferri et in alind transferri. Hieronimus: Iniquum est, et sacrilegii instar, ut quae pro salute animarum suarum quisquis ecclesiae contulerit, inde auferri et in alind transferri.

12. De legibus ecclesiae et iudicibus. Leges ecclesiae apostolica firmamus auctoritate, et peregrina iudicia submovemus. Peius malum fore non aestimo, quam christianos suis invidere episcopis et sacerdotibus; non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservabit indicio.

13. De accusatione episcopi vel sacerdotis. Dei ordinationem accusant, qui constitutos sibi episcopos vel sacerdotes accusant. A quibus se omnes fideles cavere debeant. Paque constitutum liquet a tempore apostolorum et deinceps placuit, ut accusatus vel iudicatus a comprovincialibus in aliqua causa episcopis, licenter appellet et adeat apostolicae Sedis pontificem.

14. De expoliato episcopo. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus episcoporum bona vel res ecclesiae ab aemulis detinentur, ut aliquis aliquid illis episcopis objicere debeat. Nec quilibet quicquam poterit eis quoquo modo maiorum vel minorum objicere, dum ecclesiis aut rebus aut potestatibus carent suis, et revera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit quae obiecit, paenam, quam ipse intulit, patiatur. Infames autem ad accusationem vel testimonium, vel iudicium, tam sacrae leges, quam saeculi non admittunt.

15. Quomodo episcopum quis appellet. Si quis erga episcopum vel auctores ecclesiae quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates aut alios adeat iudices, quam ipsos a quibus se laesum aestimat, conveniant familiariter. Et secundum evangelicum praeceptum hoc agat non semel sed saepissime cum omni paterna reverentia, adhibitis secum probatis viris et idoneis religiose testibus, quatinus, ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut dignam excusationem. Si autem tunc episcopus agere renuerit, tum primum causam suam deferant ad primates, ut secundum sacros canones iudicetur huecusque. Absit autem a fidelium cordibus, ut putent vel dicant, episcopis impune peccare licere, vel sacerdotes domini iniuste aliquo modo in populo agere debere; nam dominus dicit: ultionem a sanctuario meo incipiam.

16. De purgatione episcopum. Statuimus propter Dei dilectionem et

proximi. et fidelium honorem catholicorum, et praecipue ob multa scandula eruenda et funditus extirpanda, et perturbationes quae noviter exortae sunt et oriuntur, nec non ut omnes sciant, nos episcopos tales Dei misericordia nequaquam esse, quales dicimur; exemplum sancti Leonis papae, qui supra 4. evangelia iurans coram populo se purgavit, sequi et imitari, salva tamen auctoritate canonica.

17. De clericis post lapsum restitutis. Errant qui putant, sacerdotes domini post lapsum, si condignam egerint poenitentiam, Deo ministrare non posse et suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, et suum sacerdotium digne custodierint. Perpende enim, Davidem prophetam peccasse, et sanctum Petrum principem apostolorum dominum negasse, et tamen post dignam poenitentiam in propriis honoribus permansisse.

18. De clericis et decimis, et qui decimas nolunt dare. Clerici etiam non saecularibus iudicibus sed episcopali audientia reserventur. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Decimas quoque domino et ecclesiis dare, sicut in divina lege scriptum est, indicamus. Sed et ipsae decimae in potestate episcopi sint et praesbyterorum eius. Nam et qui decimas post crebas admonitiones et praedicationes sacerdotum dare neglexerint, excommuniceutur.

19. Pro robore regum nostrorum. Post instituta quaedam ecclesiastici ordinis vel decreta, quae ad quorundam pertinent disciplinam, postremo nobis cunctis episcopis sacerdotibus, praesbyteris et omni clero consonoque populo una sententia est pro robore regum. A stabilitate christianae fidei gentisque pontificale ultimum sibi Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est, tanta extat perfidia impietates. Iurant enim regibus suis et fidem quam pollicentur praevaricant, nec metuunt sanctum volumen illud terribilis iudicii Dei, per quod inducitur maledictio multaque paenarum est comminatio super eos qui iurant in nomine Dei mendaciter. Et ideo si placet omnibus qui adestis, haec tertio reiterata sententia, vestrae vocis, eam consensu firmate. Ab universo clero et populo dictum est. Qui contra hanc vestram definitionem praesumpserit, anathema maranatha, hoc est perditio, in adventu Domini sit, e cum Iuda Scarioth partem habeat et socii eorum. Amen.

20. Item de robore regis. Contestamur coram Deo, et omni ordine angelorum, choro prophaetarum, atque apostolorum, et omnium martyrum, coram omni catholica ecclesia, et christianorum coeta; ut nemo intendat in interitum regis, nemo vitam principis nece attrectet, nemo regni eum gubernaculis privet, nemo tyrannica praesumptione apicem regni sibi usurpet, nemo quolibet machinamento in eius adversitatem sibi coniuratorum manus associet. Quod si in quippiam horum quisquam no-

strum temerario ausu praesumptor extiterit, anathemate divino perculsus, absque ullo remedii loco habeatur condemnatus aeterno iudicio.

21. De Erchengario et sociis suis. Erchengario et eius complicibus et sociis, quia peccaverunt et in Christum domini, regem et dominum suum, manus mittere pertemptaverunt, insuper et episcopum suum venerabilem Salomonem dolo comprehenderunt sacrilegiumque in ecclesiasticis rebus perpetraverunt, hanc poenitentiam eis iniunximus, ut saeculum relinquant, arma deponant, in monasterium eant, ibi ingiter poeniteant omnibus diebus vitae suae.

22. Qui periurat et alios in periurium induxit. Qui peiurat, et alios in periurium sciens et voluntarie inducit, reus erit omnium animarum quas seduxit, saeculum relinquat, arma deponat, in monasterium poeniteat omnibus diebus vitae suae. Vel per triennium quidem, ancyrani locum interaudientes, ieiunantes in pane, sale et aqua accipiant; per aliud vero sexennium poenitentiae subjiciantur acriori, et alio anno communione sine oblatione percipiant, ut expleto decennio communionem consequatur. Alii autem duodecim annos vel 14. Et in hoc consentiant, ut nunquam carnem comedant, vel vinum bibant omnibus diebus vitae suae.

23. De eo qui iuramentum regis violat. Si quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi et domino suo iurat, et postmodum perverse in eius regnum et dolose in mortem aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit, manum suam in Christum domini mittens, anathema sit, nisi per dignam poenitentiae satisfactionem emendaverit, sicuti constitutum a sancta synodo est; id est saeculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, et poeniteat omnibus diebus vitae suae, verumtamen communionem in exitu vitae cum eucharistia accipiat. Episcopus vero, praesbyter, vel diaconus si hoc crimen perpetrat, degradatur. Item sanctus Augustinus dicit: Si quis laicus per cupiditatem periurat, totas res suas vendat et distribuat pauperibus, et conversus in monasterio serviet Deo. Et si quis periuraverit, ultra ad sacramentum non admittatur.

24. De episcopo per dolum capto, et peiuro. Quisquis per dolum mittit manum suam in Christum domini, episcopum videlicet patrem et pastorem suum, quia sacrilegium committit: et qui ecclesiam Dei devastat et incendit, quia et hoc sacrilegium est: vel qui monachum vel praesbyterum occiderit, et qui peiurat et in interitum domini sui regis intendit vel cupiditatem iuraverit, vel parricidium committit; placuit sanctae synodo, ut in loco, id est monasterio, poeniteat omnibus diebus vitae suae, vel 12 annos districte poeniteat, secundum canones, tres annos in pane, sale et aqua, a carne vero et vino omnibus diebus vitae suae abstineat.

25. **De discretione peiuriorum.** Qui sciens et voluntarie peiurium fecerit, 7 annos poeniteat secundum canones; qui inscius vel seductus, tres quadragesimas in pane, sale et aqua; si quis coactus pro vita redimenda 3. quadragesimas et legitimas ferias, si pro alia aliqua necessitatis causa, 3. annos, unum in pane, sale et aqua. Qui compulsus a domino suo, si servus, 3. quadragesimas et legitimas ferias; qui autem fecerit, et alios seduxerit, 12. annos districte poeniteat secundum canones, vel saeculum relinquat iuxta Ambrosium, et serviat Deo. Secundum Augustinum qui ignorans peiurium facit, 1. annum, qui ignorantem sciens in peiurium deduxerit 7. annos districte, qui vero suspicatur quod in peiurium ducatur, tamen iuret per consensum, 3. annos 1. in pane aqua et sale poeniteat. Haec vero omnia humanius diffiniunt.

26. **De clericis fugitivis.** Sanctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab ecclesia vel domino proprio et nolentem reverti iudicamus, communione privari, quoadusque ad propriam ecclesiam vel ad dominum suum redeat. Et item clericum fugitivum suo episcopo, vel domino decernimus apostolica sententia restitui, vel excommunicari, una cum eo et illos qui ei communicaverint.

27. **De his qui communicaverunt excommunicatis.** Qui communicaverit excommunicato, verbo, oratione, in cibo, vel potu, 40. dies poeniteat in pane, sale et aqua. Qui vero eis communicaverit in homicidiis vel flagitiis, volens sive nolens, reus erit irae et vindictae Dei omnipotentis quem sprevit; quia haec omnia divina ei voce interdicta sunt, et secundum apostolum obedire Deo oportet magis, quam hominibus; et secundum quod deliquit, digne iuxta decreta canonum poeniteat.

28. **De simoniaca haeresi vitanda et ambitu.** Gregorius papa dixit: Omnino execrabile scelus et gravissimum detestamur, quod sacri ordines per simoniacam haeresim, quae prima contra ecclesiam orta, sed districta maledictione damnata est, conferantur, quod apostolica auctoritate fieri in posterum prohibimus. Sed nec per ambitum quisque praesumat episcopatum invadere. Quia licet caetera cuiuspiam talia vitae sint merita, ut nihil sit quod ex his sacerdotalibus valeat ordinationibus obviare, tamen solius nefas ambitus severissima canonum districtione damnatur, quod apostolica firmamus auctoritate, et ut non ordinetur praecipimus, qui hoc peccatum peragit.

29. **De Ricquino.** Ricquinum, qui contra sanctorum canonum sanctiones, Strazburgensem ecclesiam invasit, quem ad sanctam synodum per litteras nostras vocavimus et venire contemnens nec vicarium suum misit, auctoritate sancti Petri, Joannisque, vicarii eius, domini papae, et precepto sanctae praesentis synodi, iniungendo vocamus iterum et pricipimus, quatinus ad concilium, Mogontia indictum a metropolitano epi-

scopo suo ad praesentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi et confratrum suorum veniat, suae inobedientiae et perversitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem negligenter et hoc agere parvipenderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens coram domno papa et sancta ecclesia reddat rationem.

30. De episcopis qui de Saxonia ad synodum non venerunt. Placuit sanctae synodo, episcopos qui vocati de Saxonia ad sanctum concilium non venerunt, nec secundum canones sacros, missos suos vel vicarios direxerunt, gravi increpatione obiurgare et pro culpa inoboedientiae increpare. Unde iterum eos fraterna caritate ad praedictum concilium invitamus et vocamus. Quod et si hoc, quod non optamus, pro nihilo duxerint, et venire noluerint, iustamque rationem reddere inoboedientiae suae detrectaverint, apostolica auctoritate interdicit eis Petrus, sancti Petri et papae missus una cum sancto synodo, missas celebrare quousque Romam veniant et coram papa et sancta ecclesia dignam reddiderint rationem.

31. De Einhardo confratre nostro excoecato. Nimis horrendum facinas scilicet de episcopo et confratre nostro Einhardo excoecato, ad liquidum minime definire valuimus, praecepimus tamen venerabili episcopo Ricquawo et monuimus, ut diligenter inspiceret et investigaret paenitentiam hominum illorum, qui hoc peccatum peregerunt, et iustitiam ecclesiae et episcopo inde pro hac re promissam, quid actum foret et litteris cuncta compraehendens, universali papae sagaci veritate innotescere satageret, si prius non valeret, vel vigilia efficeret sanctae pentecosten.

32. Quod in ecclesia peccatum populi inultum soleat praeteriri. Provideat ergo dilectio vestra, hactinus talia transisse, et avertite, quod utique, ut dicitis necessitas imperavit, in pace etiam ecclesias constitutas non posse praesumere; sed ut saepe accidit, quotiens a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solere transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine praecavendum.

33. De poenitentia. Sanctus Paulus apostolus instruit poenitentiam dignam agere in ieiuniis, vigiliis, et orationibus cum elemosinis; sanctus Gregorius: quem caro laeta traxit ad culpam, afflicta reducat ad veniam; sanctus Augustinus: poenitentiam certam non facit, nisi odium peccati et amor Dei; sicque poenitere, ut tibi amarum sapiat in animo, quod antea dulce fuit in vita.

34. De his qui ad synodum vocati non venerunt. Decrevit, sancta synodus, ut omnes qui ad eam vocati non venerunt, ipsi qui polluti fuerant insania Erchengarii Berchtholdi, et Burghardi, Arnoldique, si digne poeniteri velint, veniant cum summa celeritate ad proprios pa-

stores et episcopos suos, et accipiant illam paenitentiam quam sancta synodus communiter invenit et scribere mandavit; sin autem minus, sciant se anathematis vinculo nodatos, ut in litteris domni papae Johannis continetur.

35. De datis induciis Arnoldo et Berehtholdo. Concilium et synodum Redesponensi civitate fieri statuimus nonis octobris, ad quod Arnoldum et Berehtholdum cum sociis eorum venire praecipiendo vocamus, datis ad hoc solummodo induciis, ut rislpiscant et digne poeniteant. Sin autem, suadente diabolo, superbe hoc nostrum salubre consilium contempserint et digne non paenituerint, sicut in epistola Johannis papae scriptum habetur, et ut homines illorum firmaverunt, non venerint, anathemate inrevocabili modo dictando et conscribendo eos perpetualiter innodamus, et cum Juda traditore Dei aeterno igni tradimus cremandos.

36. De monacho episcopo effecto. Statutum et rationabiliter secundum sanctos patres a synodo est firmatum, ut monachus, quem canonica electio a iugo regulae et monasticae professionis absolvit, et sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut legitimus heres, paternam sibi haereditatem postea iure vindicandi potestatem habeat; sed quicquid prius adquisierat vel habere visus fuerat, monasterio relinquat et abbatis sui, qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare ad quod sacrificatur et titulatur, secundum sacros quod adquirere poterit canones restituat, salva auctoritate de propria haereditate patris sui, quam licet ei cui vult concedere; et ita distinguat omnia ut canones diiudicant et distinguunt.

37. De episcopi hereditate. Sed et hoc ibidem inventum est de episcopis praesbyteris, et clericis, si haereditatem prius a domno rege vel alio principe vel amico suo, seu quolibet sibi in proprietatem adquisierint, ut donare eis liceat hanc cui voluerint quamdiu vivunt, pro remedio animae suae ad ecclesiam quamcunque elegerint, vel consanguineis suis vel amicis. Sin autem antea obierint, quam firmiter perfecerint, altari cui servivit omnia perpetuo sacrificentur et in ius tradantur. Similiter de praesbyteris qui laicis deserviunt statutum esse, scire omnes convenit de omnibus rebus mobilibus, sive inmobilibus. Monachus autem abbati et monasterio suo omnia relinquat.

38 De clericis qui a dominis suis liberi facti sunt. Nullus clericus ad gradum presbiterii promoveatur, nisi ut scriptum in canonibus habetur. Si enim propter Dei dilectionem quis de servis suis quemquam elegerit, et docuerit litteras et libertate condonaverit, et per intercessionem erga episcopum praesbyterum effecerit, et secundum apostolos victum et vestitum ei donaverit, ille autem postea in superbiam elatus, missam dominis suis et canonicas horas observare et psallere renuerit, et eis iuste obe-

dire, dicens se liberum esse, noluerit, et quasi libere, cuius vult, homo fiat, hoc sancta synodus anathematizat, et illum a sancta communione arceri indicat, donec resipiscat et domino suo obediat. Sin autem obstinato animo et hoc contempserit, accusetur apud episcopum qui eum ordinavit, et degradetur, et fiat servus illius, id est domini sui, sicut natus fuerat. Quisquis vero talem suum habuerint, postea quam rem illius praedictam audierit, et domino suo non reddiderit, vel a se proiecerit, sive episcopus, sive comes, sive clericus, sive laicus, anathematis illius societate nodatus, paenam excommunicationis luet.

VII.

19 maggio 917

=

Privilegio inviato da papa Giovanni ad Aicone abate e al monastero di Fulda, col quale rivendica ai monaci la libertà della elezione dell'abate secondo la regola di s. Benedetto e dona loro altre immunità - edito da Dronke » *codice diplomatico di Fulda* » *pag. 308* - Migne *t. CXXXII - pag. 800 - n. 2. - da* Brower » *antichità di Fulda IV, 283* » Jaffe « regesti, *340* » Duret » *chronologie XVIII, 292* » Muratori *e* Catalani » *pref. e pag. 56 t. V, II annali* « Marini » *papiri 249* » Mittarelli » *annali cam. I, 37* » Mabillon » *annali ben. III, 33* » *e nel II volume delle mie opere p. 419 - 22 - fu illustrato questo documento.*

Joannes episcopus, servus servorum Dei, Haichoni religioso abbati venerabilis monasterii domini Salvatoris et per eum in eodem venerabili monasterio successoribusque suis abatibus in perpetuum.

Summam gerentes sollicitudinem omnium venerabilium locorum, quantum ex divino adjutorio possibilitas datur, de eorum stabilitate satagere studemus. Hoc namque studio et divina placatur clementia et laus ecclesiae Christi procuratur. Nam potiori et nos fiducia pro impetranda venia delictorum aeternam pietatem audemus implorare. Et ideo reverentia tua postulavit a nobis, quatenus jam dictum venerabile monasterium domini Salvatoris a sancto Bonifatio archiepiscopo constructum in loco Boconia erga ripam fluminis Fulda privilegii Sedis apostolicae munimine decoretur, ut sub jurisdictione sanctae nostrae, cui Deo auctore, de-

servimus, ecclesiae cons itutum nullius alterius ecclesiae jurisdictionibus submittatur. De qua re piis desideriis faventes hac nostra apostolica auctoritate id quod exponitur effectui mancipamus secundum privilegii seriem, quod ab antecessore nostro bonae memoriae Marino hujus almae Sedis praesule inibi perpetualiter factum nobis ostendere sategisti. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiae sacerdotem in praefato venerabili monasterio ditionem quamlibet habere et auctoritatem, praeter Sedem apostolicam, et episcopum in cujus dioecesi idem venerabile monasterium constructum esse dignoscitur, cui licentiam concedimus tantum cum opportunitas consacrandi altaris fuerit. Prohibemus ita ut, nisi ab abbate monasterii fuerit invitatus, nec missarum ibidem solemnitatem quispiam praesumat omnino celebrare, ut profecto juxta id quod subjectum: apostolicae Sedi firmitate privilegii consistit, inconcusse dotatum permaneat, locisque ac rebus tam eis quas moderno tempore tenet vel possidet, quam quas futuris temporibus in jure ipsius monasterii divina pietas voluerit augere ex donis et oblationibus decimisque fidelium absque ullius personae contradictione firmitate perpetua perfruatur. Caeterum vero hoc deliberantes decernimus, ut congruis temporibus nostrae sollicitudini ecclesiasticae intimetur, qualiter religio monastica regulari habitu dirigatur concordiaque convenienti ecclesiastico ritu mancipetur, ne forte, quod absit, sub hujus privilegii obtentu animus gressusque rectitudinis vestrae a norma justitiae aliquo modo retorqueatur. Et neque regi neque episcopo cuilibet vel comiti vel alii magne parvaeque personae licitum sit quamlibet vim inferre sive aliquam controversiam facere in rebus vel familiis ejusdem saepedicti venerabilis monasterii. Et auctoritate nostra interdicimus ut nulla femina inibi ingredi unquam praesumat. Nemo in eodem monasterio venerabili vel in caeteris ejus locis placitum habeat. Nemo servos vel colonos ad aliquod servitium constringat illis tantum exceptis personis quibus abbas ad utilitatem suae necessitatis assensum praebuerit. Eligendi sibi abbatem, quando opus fuerit, fratres inter se potestatem omnimodis habeant, secundum regulam sancti Benedicti sine nullius personae contradictione.

Tibique, fili dilecte Haicho, quia te bene eruditum et eloquentem virum esse novimus, verbum Dei praedicare auctoritate sancti Petri et concedimus et praecipimus. Igitur statuentes apostolica cura decernimus per hujus decreti nostri paginam, ut quicumque cujuslibet ecclesiae antistes vel quacunque dignitate praedita persona hanc privilegii nostri auctoritatem quam praerogativa principis apostolorum firmamus, temerare praesumpserit, nisi cito resipiscat, anathema sit; et iram Dei incurrens a caetu sanctorum omnium extorris existat, et nihilominus praefati monasterii dignitas a nobis induita perpetualiter inviolata permaneat

apostolica auctoritate roborata. Qui autem custos et observator hujus privilegii extiterit, benedictionem et gratiam a Deo consequatur.

Scriptum per manum Joannis protoscriniarii sanctae Sedis apostolicae in mense maio, indictione quinta. Bene valete. Datum XIV. kal. jun. per manum Stephani secundicerii sanctae Sedis apostolicae anno Deo propitio pontificatus domni Joannis summi pontificis et universalis decimi papae, in sacratissima Sede beati Petri apostoli, quarto, imperante domino prossimo patricio augusto Berengario, a Deo coronato magno imperatore anno secundo et patricius anno secundo, indictione V.

VIII.

12 giugno 916.

Insigne placito tenuto sul Monteargento per una causa tra il monastero di Montecasino e i duchi di Gaeta e conti di Trajetto e Fondi, nel quale sono inserite due bolle di Giovanni VIII e X relative al Garigliano e ai saraceni - pubblicato da Gattola de origine et progressu jurisdictionis etc. *t. III pag. 109* - Federici Storia dei Duchi di Gaeta *pag. 150 - 51* - Borgia dominio temporale della s. Sede in Sicilia - Cenni *sull' epis. 61 - di Adriano I. pag. 309 - t. XCVIII C. M.* - Galetti nel primicerio *pag. 69 - hanno dato illustrazioni più o meno ragionevoli, a questo insigne documento - Crederà forse alcuno che sia questo un esemplare spurio e contraffatto, tanta è la goffaggine e l' ignoranza di tutto il dettato. Eppure questa non era altro allora, se non la condizione ordinaria e normale della letteratura volta in basso. Ci sovviene di aver letto nell' archivio di Trisulti una bolla di Onorio III, colla quale si studia il pontefice di dare, o trovare il senso ad un antico diploma. A pag. 36 va notata la formola » vollatum per vullam plumbiam » cioè bollato, sigillato colla bolla di piombo, essendo promiscuo in molte voci presso gli antichi l'uso delle lettere v. e b.* Villani *8, 80, 10 scrisse nel medesimo senso » vollate carte » e però va emendato o tolto dal* vocabolario della Crusca *il vocabolo* vallato *che*

ivi si dà per un verbale di vallare *e dicesi usato dal* Villani *in senso di* autenticato*: non è questo propriamente il significato dello storico fiorentino, che volle dire* bollate cioè suggellate.

Leo ostiensis hec de controversia inter monachos cassinenses et proceres cajetanos et traiectinos scripsit L. XXXV - §.

» *Per idem tempus contentio cajetanorum ducum et comitum trejsetensium orta est contra monasterium, so quod coepissemus repeters terras quasdam st sylvas in confiniis Aquini huic monasterio antiquitus pertinentes, quas ipsi ante non multos annos a papa Joanne octavo st Joanne papa decimo per privilegium recsperant, pro eo scilicet quod super destructione saracenorum Gariliano degentium potentissime se intromissrint. Sed cum apud Argenteum castrum ad placitum rss haec perducta fuissst, in quo cum principe capuano et ejusdsm civitatis archiepiscopo, nsc non et cum duce neapolitano et cajetano episcopo domnus Athenulfus abbas et plurimi de diversis partibus nobiles judicesque convenerant relecta sunt primitus in omnium praesentia praefata privilegia illorum: demum vero rslecta sunt a parte nostrd praecepta Caroli, Hugonis, atque Lotarii, qui easdsm terras huic monasterio concesssrant et firmaverant. Quo facto, dscretum a judicibus est, tam ex romanis legibus, quam ex longobardis, nequaquam posse cajetanis terras illas aliquatenus pertinere, sed nos sas omnino lsgaliter ac firmiter optiners debsrs. Cumqus haec judicum sententia et a principe et ab univsrsis assidentibus collaudata simul et confirmata fuissent, praefati duces ac comites videntes se legum auctoritati contradicere non posss, cartolam protinus manifestationis seu renunciationis de universis rebus illis fecsrunt st apud nos remiserunt, paena centum auri librarum apposita, si umquam vel ipsi, vsl sui heredes, hasc aliquatenus dirumpere seu rsmovsre quaesissent.* »

✠ » In nomine domini Dei salvatoris no tri Jesu Christi vicesima tertia anno comitatus domni Daoferi et domui Landoni seu et dnodecimo anno comita'us domni Ederadi et domni Marini mense julii duodecima indictione Trijectu, horta est itaque intentio (*sic pro contentio*) inter me supranom. Dauferius filii qnd. domni Gregorii bonae memoriae comitis intus castro argu pertinencia Gaetanae civitatis et te videlicet Lioto monachus misso domni Atenolfi reverendissimi abbati caenobii s. Bene-

dicti situs in monte castro casino. Eo denique pro parte suprascripti monasterii erga tecum abendo Landolfus Abca. ipsius monasterii de terras et sylvas quae esse videntur in ilnibus aquinensis, unde fuimus pro parte reconjuncti in eodem castro ante dom. Pandolfum gloriosum principem capuanensis et inivi adessent domnus Sergius consul et dux civitatis Neapoli et dom. Paldolfus Domini gratia archiepiscopus sanctae ipsius capuanae ecclesiae, ita et ividem adessent ipse dom. Atenolfus abbas, seu et ividem adessent domnus Bernardus Hepiscopus ipsius gaetanae sedis simulque et ividem adessent Landolfus, qui dicitur de domna Gemma et Leo qui dicitur de domna Marocza et Marinu de domna Leo et Joannes papa et Gregorius Salpa et Petru de Marinu de Capu de mura habitatores civitatis ipsius Gajeta. Ita et ividem adessent Joannes filius Leoni de fundi dux cum plures illustrium birorum de civitate ipsius Capuae et de civitate Neapoli ipsa quam et hividem adessent plures reliquos gajetanos, unde ego qui supra Daoferi comes querebam introire infra ipsas terras et sylbas et abere sorcionem pro eo quod dicebat ut nostras rationes contineret ipsos, unde nos qui supra Liutu monachus pro pars suprascripti monasterii erga vobiscum babendum suprascriptum abocatorem, dicebatis mihi ut ostenderemus quomodo mihi pertineret illut. (*si fanno tante quistioni del come e donde sia nata la lingua italiana! noi domandiamo: era egli possibile più intendersi e scrivere con un latino di tal tempra?*) Ego qui supra Dauferi talia audiente ostensi vobis in judicium ividem una scripsio nostra, et unum capitulum nostrum, que relecta scripsio ipsa inter caetera continente quomodo (*quivi il* Gattola *serive* » privileginm Joannis VIII » *che noi crediamo sia del X per le ragioni toccate quà e là in questi frammenti*) Joannes hepiscopus servus servorum Dei dilectissimis filiis Docivilis et Joannes ducibus et ipatis gagetanorum et per illos in vestro ducatum in perpetuum: dum praeesse q. nd. justitiae et pro remedio christianae fidei profectibus pastorali vigilancia semper devere esse secundum regula juridice justicia super omnes christianos populos, sicut verus pastor Christus, qui suam animam propria a semetipso posuerat pro omnibus fidelibus, itaque curam gerebat summae et principalis primae cathedra apostolorum semper die noctuque decebat vigilare super cunctos christianos populos et non solum omnia, quae herat super dominio ecclesiae apostolorum principis, set eciam omnia quae erant ecclesiae regularis coenobli dare pro salvacione christianorum populo, et ad ultimum pro Christi domini caritate et dilectione, se metipsum ponebat ad morte. Igitur quia suprascripti illis suis filiis penetravorant una cum eis saracenos ad salvandum christianum populum, et massime illos, qui erant vere famuli apostolorum, et semper fuerat deservientes in servicio apo-

stolorum, et eorum pro salvacione gentis christianissimae quemadmodum christianissimi filii propter illum promptum, et verum eorum servicium quod fecerat Deo et Christo, et ejus apostolos, et eis iiii semetipsos posuerat ad mortem cum totis eorum omnibus pro salvacione apostolorum, et meritis absque mora, iteirco per illam causam, et servicio concesserat et donaverat eorum, et ad eorum successoribus perpetualiter totum et inclitum patrimonium Trajectanum cum omnibus sibi pertinentibus, quam de suo apostolatu, quam et de omnibus monasteriis proprietatibus, et de romanis populisq.; erat sub jure romanae ecclesiae. Cujus omnipot. Dom. favente illi erat vicarii, insuper pro eorum fideli servicio, et pro defensione gentis christianae et pro eo quod pugnaverat, et pugnare debebat Saracenos cum eorum populis, et cum tota eorum virtutem, ei eruperat pacem agente agarenorum pro Dei amore, et ejus apostolis totam terram salvando ab ipsis agarensis junserat, et donaverat eis, eorumque successoribus perpetualiter totam, et incli am civit, et terram Fundanam, cum omnibus sibi pertinentibus, cum castellis et villis, et casalibus et fluminibus et locis et rybis, et ecclesiis, et monasteriis, quae erat positae in territorio Fundano, et sub ducatu Fundanae civitatis omnia suprascripta essere eorum, et eorum successoribus donatam, et concessam a Deo, et ab apostolis ejus, et a nobis eis, et eorum successoribus sempiternaliter propter fidum servicium, quod fecerat, et faciebat in ecclesia apostolorum principis. Igitur a canneto de Terracina et sicut ibat super monte Dosati super sancti Viti indirecte, et quemadmodum decurrebat super monte, qui vocatur Chrispoli, et sicut pergit per pede de Silva de Virone, et quemadmodum decurrebat super monte sancti Angeli, qui vocatur Altinni, et quomodo ibat per Fammara et super duos leones, et usque super ipsa Caldana putida, quae erat posita super Gareiiano omnia quae fuerat posita infra ipsis finibus, usque ad plagia maris, montes, et flumina, lacua, ripos, ecclesias, monasteria, civitates, castellis, villas, et casales, et syivas, omnia cum omnibus pertinentibus per totum in cuncto territorio Trajectano, et fundana esseret, eorumque et eorumque successoribus donata et concessa Deo, et ab ejus apostolo, et ab eis, et ab eorum successoribus perpetualiter totum et inditum territorium Trajectano cum omnibus sibi pertinentibus tam de suo apostolatu, quam et de romanis populis, et ecclesiis, et monasteriis, quae erant, et quae fuerant sub ducatu, et territorio Fundano esseret eorum, et eorum successoribus donata, et concessa a Deo, et a Petro ejus apostolo, cui iile ejus vice tenebat pontificatum. In cuncto terrarum circuitu, et ab eis, et ab ejus successoribus usque in finem saeculi, idest per suos suprascriptos fines desuper ipsam caldanam putidam quae erant superpositam super Gare-

lianum, et veluti decurrèbat super duos leones, et quomodo ibat super Famaram, et super montem altinum s. Angeli, et quomodo ibat super silva de Nerona, et super monte, qui vocatur chrispuli, et, super monte Dofati super s Viti, et usque ad canneto de Terracina omnia ista suprascripta quicquit in ipsis finibus fuerant, et erant a plagia maris usque ad suprascriptas fine civitatis, et castellas et villas, et casales, et flumina, et piscarias, et ribos, et lacua quicquit pertinencia fuerat, et erat de toto Trajecto territorio, et fundano esseret eis eorumque successoribus sempiternaliter ab eis, et ab eorum successoribus. In omni racione, et ordine sicut in ipsa scriptio, quae erat concessionis et donacionis continebat per manus Melchiset, et scriniarii s. romanae ecclesiae pridie idus junii indictione quinta bene balete. Ille pridie idus junii Theofilactus secdi clericus s. Sedis apostolicae scripserat, imperante Domino suo piissimo pp. Augustu Lo.....ico magno imperatore idest suprascripta quinta, scripta per manum Melchiset, et scriniarii s. romanae ecclesiae. Idest suprascripta quinta vollatum per vullam pluumbiam ipso capitulario erat continentem in eum inter alia quomodo repromiserat Theofilactus senatores romanorum, Gratianus dux, Gregorius dux, Austoaldus dux, Sergius primicerius, Stephanus secundi clericus, Sergius de Eufemia, Adrianus genitor domini Stephani papae; Stephanus primicerius defensorum, item Stephanus Arcarius, Theofilactus sacellarius, et per jussionem, et dicti domini Joanni decimi, et universari papae juraverat illi adque jurare fecerat alios decem et septem nobiliores homines, qualiter illi querere Nicolaostratico Langobardiae Gregorius neapolitano consoli, et Landolfum imperiali patritiu, et Atenolfo, et Guamario principibus, Johanni, et Docibilis gloriosi ducibus, et ipati Gajetanorum ducibus iterum repromiserat, et juraverat, et jurare fecerat ipsorum, et confirmaverat praeceptum per jussionem domini Johanni decimi, et universari papae quod aberet factum a domino Johanne octabo, et universari papae totum, et inclitu territorio Trajectano cum omnes sivi pertinentibus, insuper confirmaverat eorum in ipso praecepto, quod aberet..... scripto sicuti habebat, et inclita civitate, et terra fundana cum omnibus sibi pertinentibus per finis ipse sicut super letum pro eo quod decertaverat, et percertaverunt pro amore christianae fidei delere sarracenos de cuncto territorio apostolorum, seu et deventanis partibus, seu ex omnibus partibus pugnaverat, et pugnaverunt in omni racione, et ordine, sicut ipsu capitularia continebatur vullatum per vullam plumbia, relecta vero scripsio ipsa concessionis, et ipsum capitularium nostrum dederat ego in manu super et scripti domni Paldolfi harchiepiscopi ipsa nostra scripsio, una cum ipsu capitularin, et vos pro parte suprascripti monasterii dedisti in manu ipsius dominum harchiepiscopi cum licere ipsius domni abbatis

duabus praeceptora pertinentes ipsius monasterii, et manifestavimus pro parte ut plus scripsione vel praecepta inter nos ad causando non haberemus, quibus ille per ordinem ipsa praeceptora quas vos pro parte suprascripti monasterii relegi feci, uno ex ipse erat inter caetera continentem quomodo Carolus rex francorum, et longobardorum, ac patritius romanorum pontificum noverit solertia... aqualiter ad petitionem ei religioso viro Theomari... erat monast. s. Benedicti, quod erat constructo in loco, qui dicitur casinu castra tale beneficium circa ipsum monast. visi fuerat concesserat, unde monachi Deo servire, et pro eis, et cuncto populo christiano vovere valeret, idest terras, et sylvas sacri sui palatii pertinentes per finis in territorio aquinense incipiente ab ipsa cosa, quomodo se jungebat cum ipso flumine, et ibat per media Serra de monte s. Donati, et exinde descendebat super monticello de Marri, et usque ad illos Pesclos, qui erant ad pede de monte de Valba, et comodo ibat exinde per duos leones, ed inde per Serras montis super casale, et per ipsum montem usque ad villam de Gareliano, et a Galeriano usque ad Pesclum, qui dicitur Cripta Imperatoris, usque ad flumen, et caetera in omni racione, et ordine sicut in ipso praecepto continebatur roboratum per signum Carolus, sigillatu ab anulo ipsius regi. Ipso alio precepto continente in eo inter caetera quomodo Ugo, et Lotthario rex confirmaverat, et corroboraverat omnia privilegia romanorum pontificum, praecepta quoque regum, et imperatorum, nec non et monasteria virorum, et puellarum, et cellas, res quoque, et familias inivi a religiosis, et clementibus viris concessas, amore igitur divino accensera, et Valdnini ven. abbatis precibus acclinati, prelivato caenoblo Christi confessoris Benedicti..... primatici cautiono prout licite, et legaliter possumus confirmaverat et corroboraverat omnia privilegia romanorum pontificum, praecepta quoque regum, et imperatorum, necnon et monast. virorum, et puellarum, et cellas nomina, sive omnia praedia circa ipsum monasterium adjacentia per confinia, et loca antiquitas terminant in territorio aquinensis incipiente ab ipso Cosa, comodo se jungebat cum ipso flumine, et ibat per media Serra montis s. Donati; et exinde descendebat super monticello de Marri, et usque ad illos Perclos, qui sunt ad pede montis de Balba et comodo vadit exinde per duos leones, et inde per Serras montis supra casale, et per ipsum montem usque ad villa de Gareliano, et de Galeriano usque ad Pesclu, quod dicebatur cripta imperatoris usque ad flumen, caetera in omni racione et ordine continebat praeceptum ipsum, quod scriptum erat per Giserandum cancellarius roborato per ipsis regibus sigillato ab anulo ipsorum regis, relecta vero praeceptora ipsa coram is omnibus, dixerat Petrus judex ipsius Capuae, ut minime ego habere poterat de integras terras, et

sylvas, vel inde quae continnnt ipsa preceptora per indicate finis pro eo, quod continet in lege longobardorum in capitulo, quae constituerat Liutprando rex, ut cuicumque decessoribus illorum datum erat stabili ordine devere permanere sicut iltt. quod illi dederat, et in an. dederat qualiler ibidem contineret, et in lege nobelie Justiniani in capitulo quodam constitnt. erat si quis mala fide rex alienas possideret, vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo aiienaverit, is autem qui se Domino earum pntabat sciebat octestatione unde nuptiaverat ei, quod rex ceperat intra decennium res firm. apt. emptorem, vel qni donationem acceperat, vel alio modo alienationis nactus erat quod..... Domino mala fide possessor alienaverit, non aiiter oep. judice Domino impediat nisi triginta annorum spatium transactum sit, quamvis is, qui emerat, vel alio modo alienationis nactus erat bonae fidei possessor fuerat, eo quod ipse quod dominus Carolus rex dederat illut per jamdictum praeceptum in ipsum coenobinm, et ipsis dom. Ugo, et dom. Lotharius regibus confirmaverat inter aiias terras, et sylvas ipsas in ipsum coenobium per ille fines, ut ividem continebat postmodnm nec Papa urbis Romae, nec qualivet rex dare illud nullatenus poteret, et dicebat, ut mala fide de ipsas terras, et sylvas, quae continunt ipsa praeceptora, quae pertinunt ad partem suprascripti coenovii possideret et per legem de integra terras, et sylvas ipsas, quae continunt ipsa praeceptora aberet, ego non potere inde set ante fa. ad majorem intentione pervenissemus per colloqnia bonorum hominum utrumque partium amatores benimus exinde, ut ego qui supra Dauferius me manifestaret, et concludere vobi pro parte superscripti monasterii de integras jam dictas terras, et syivas per suprascripte fines qui continunt suprascripta praecepta; et ideo sicnt Domino Deo placuit, qni est amator omnium bonorum operum..... pacis ... Daoferius cogente, neque contradicente, aut vim patiente, set bona, expontaneaque mea boluntate per hanc cartula manifestum facio ego qui supra Daoferius coram omnibus suprascriptis residentibus, seu intervenientibus, qui ibidem erant, tibi qni supra Liotto monacho pro parte suprascripti monasterii, erga tecum habendo suprascriptum abbocatum, quia suprascriptas terras, et sylvas per jam dictas finis, et indicationibus quae continunt ipsa duaims praeceptora legibus sunt pertinentes suprascripti monasterii per ipsa praeceptora, et per aliis racionibus, eorum, et mihi qui supra Daoferius de ipsis, vel inde nullatnm est pertinentes, neque per scriptum, neque absqne scripto, nec per possessionem, nec per alia qualibet raciones vel umanum injenium. Insuper repromitto, et obiigo me ego qui supra Daoferius me, et meos haeredes ipsius domino Atenolfi venerabilis abbatis, et a successores suos, et ad partem supradicti monasterii taliter ut amodo et

semper tacitis, et quietis de ipso vel exinde faciemus munere semper ego et heredes meos contra eis omnia magna vel parvaque persona hominum qui pro parte, et datum nostrum, aut supradicti genitori mei cum ipsum domnum Atenolfum venerabilem abbatem, aut cum successores suos, vel cum parte supradicti sui monasterii de integras jam dictas terras, et sylvas per jam dictas fines vel exinde causare vel contendere quesierit quibuscumque modo, eo quod ita vobis complacuit. Verum quod absit, et divinam advertat potencia sive ego, aut eredes meos, aut summissa persona omnium aliquot contrarie agere bolnerimus, aut quesierimus, aut per qualecumque ingenium, vel humana astutia removere quesierimus, haec cartula per racione, et ordine illud qualiter praelegitur compposituri subjaceamus ego et heredes meos ipsius dominum Atenolfi reverendissimi abbatis, et ad successores suos, et ad partem supradicti monasterii pene nomini auri obrizi libras centum, et post soluta paena haec manifestatio securitatis firma et stabili permaneat in perpetuum, et taliter ego qui supra Deuferius una cum consensu uxori meae ea omnia super et scripta feci, script. per vestras demandatio a Petro notario in supradicte civitat. in mense, et indictione supradicta duodecima. ✠ Signum manus de domni Daoferi, qui nobis scribere praescripsit. ✠ Signum manus de Leo de Luccia. ✠ Signum manus de Sicu de Milo. ✠ Signum manus de Leo de Lupo. ✠ Ego Petrus notarius in supradicte civitati complebo, et absolbo in mense, et indictione supradicta duodecima.

IX.

29 ottobre 917.

Giovanni X invia il pallio a s. Wenni arcivescovo di Amburgo e apostolo di Svezia e Danimarca - pubblicato da Lappenberg hamburgisches urkundenbuch - *I, 30 monca: da* Migne *t. CXXXII - pag. 813 - n. - 14 monca: da* Liljegren diplomatico svedese *I. - 21 -* Calles *Germania sacra - t. IV - p. 99 -* Adamo di Brema *l. I. c. 46 inserito da* Pertz *t. VII - M. G. S. pag. 303 - e seg. Il* Jaffe *l' ha gettata tra le bolle spurie, mentr' ella è, non pure autentica, ma documento giuridico e legale; dopochè i contemporanei la inserirono negli atti della chiesa germanica e fra essi* Adamo di Brema. *Ben è vero che la data è corrotta; ma solo perchè fu letta male dai diplomatici. Il valente gesuita* Calles, *ch' ebbe occhi più sereni degli altri, lesse rettamente* anno IV - indictione V - *invece dell' anno primo e indizione nona - La nuova collezione dei* Bollandisti *la reca intera nel t. IX ottobre pag. 383 e così* Staphorst » *Kamburg Kirchen Geschichte t. I. pag. 278* » - I Bollandisti *però muovono dei dubbi sulla sincerità del documento e 1. dicono che la cronologia è corrotta; perchè l' indizione IX correva nel 921 - e l' anno I di pp. Giovanni X nel 914 - in cui s. Wenni non era peranco arcivescovo, seguendo » l' art de vérifier les dates t. I. pag. 268 - 69 » che pone il pontificato di Giovanni X dal fine di aprile 914 al cadere del maggio 928. Noi concediamo tutto: ma replichia-*

mo, è egli questo un difetto del diploma, ovvero di chi lo lesse? Il Calles lesse diversamente e bene. - 2. *I vescovi di Svezia, Danimarca, Norvegia, Zelanda, Scandinavia e Groelandia, rammemorati nella bolla, non esistevano allora e forse mai: dunque per intrinseca ragione è un documento spurio. Rispondiamo che il diploma ne parla, come di cosa avvenire (acquiri poterit); e però non ne segue che falso sia il documento, sol perchè non ebbero effetto nel tempo successivo le cose, che sono da lui annunziate, come eventuali e contingenti.* - 3 - Henschenio *(A. SS. febr. I - 402 - 560)* e Dahlmann *hanno dato accusa di apocrifi a molti monumenti che risguardano il vescovado di Brema e di Amburgo e loro vescovi:* Pertz *ha tentato di difenderli (M. G. t. II pag. 683 - 84 - 99 - 765). Pendente la quistione rimangono almeno sospetti, spezialmente sapendo che un cotale Adalberto ambì sotto l' imperatore Enrico IV - il titolo di patriarca del Settentrione. Rispondiamo, che le quistioni degli eruditi non guastano la verità e la sincerità dei documenti, specialmente quando essi contengono indizi di sincerità intrinseca ed estrinseca, specifica e generica, come il nostro. Ripetiamo che la testimonianza di* Adamo *di* Brema *che vide il diploma autografo e lo cita (M. G. SS. t. VII pag. 303) nella sua storia, rende il documento, non pur sincero, ma giuridico. Non ci brigheremo dunque gran fatto che agli* antichi e nuovi bollandisti *tornassero sospette le cronache e leggende svedesi, danesi, norvege, bremensi etc. ma risolutamente contrastiamo loro di derivare alcun dubbio sopra questo documento, il quale, rapportandosi alle*

bolle di Nicolao I e Gregorio IV e dell' imperatore Lotario ed avendo con esse una ragionevole e legittima rispondenza, tanto nei caratteri intrinseci che negli estrinseci, non consente alcun dubbio sull' autenticità del medesimo, se prima non si distruggono le decretali (61 - pag. 872 - 74 - num. 4 - e 62 - pag. 876 e seg. - 64 pag. 879 - 87 - pag. 662 e seg. t. CXIX - t. CXVIII pag. 1035 C. M.) di Nicolao *e* Gregorio*: la lettera di s. Anscario e il diploma di Lodovico pio (t. CXVIII pag. 1031 - 36 C. M.) con tutto quel di piu che ne lasciò scritto s. Remberto suo discepolo e successore (nella vita t. CXVIII - pag. 966 - num. 10 e seg. C. M.) Da ultimo noteremo che un privilegio somigliante spedì Anastagio III in favore di Hogero arcivescovo e leggesi nel t. CXXXI - pag. 1185 C. M. senza che alcuno abbia mai mosso dubbio della sua sincerità.*

Joannes episcopus servus servorum Dei dilecto confratri Wenni venerabili archiepiscopo Hammenburgensis ecclesiae tibi tuisque successoribus in perpetuum.

Convenit apostolico moderamini pia religione pollentibus benevola compassione succurrere, et poscentium animis alacri devotione impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum praemium apud Deum proculdubio promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint per nos statum perducta. Igitur quia postulasti a nobis quatenus archiepiscopatum Hammaburgensem totum in integrum tibi tuisque successoribus confirmaremus, sicut a beato Gregorio, Nicolao et aliis praedecessoribus nostris decretum est, inclinati precibus tuis, pallium tibi ex more transmittimus et quaecumque ab eis ecclesiae tuae et antecessoribus tuis data sunt et privilegiis confirmata, nos apostolica auctoritate tibi concedimus et nostro privilegio confirmamus, scilicet omnia quae generaliter atque specialiter ad eundem praefatum archiepiscopatum pertinent, quaeque tui antecessores suis laboribus adquisiverunt, vel etiam

quae ob amorem aeternae patriae ibi a Christifidelibus largita sunt vel adhuc largiuntur; cum illis etiam, qui hoc tempore ad Christi fidem conversi sunt, procurante et protegente gratia Dei, videlicet episcopos in omnibus gentibus svenonum seu danorum, norvegiorum, island, scridevinnum, gronlandon et universalium septentrionalium nationum, nec non etiam in illis partibus slavorum, quae sunt a flumine Pene ad fluvium Egidone: haut sub tua tuorumque successorum Hammaburgensis ecclesiae episcoporum maneant potestate vel quidquid a vobis (al. nobis), divina favente gratia, ab errore per fidei sive hominum sive locorum ad religionem christianam acquiri potuerit, tibi tuisque successoribus perpetualiter tenendum inviolabiliterque retinendum censemus. Et insuper decrevimus nullum archiepiscoporum vel colloniensium vel alium quemlibet in tua dioecesi ullam sibi vindicare potestatem et cetera. Caput quoque tuum mitra, quod est insigne romanorum, permittimus insigniri. Quod si quis huic nostrae auctoritatis privilegio contraire praesumat, anathema sit: qui vero pie observaverit, gratiam et benedictionem consequatur a d. n. J. C.

Dat. 4 kal. novembris per manus Leonis sanctae romanae Sedis cancellarii anno d. Joannis papae I indictione VIIII. (al. anno IV - indictione V).

X.

febbraio e marzo 919.

Privilegio di Giovanni pp. X. al celebre monastero di s. Gallo pubblicato da Neugart *» codice diplomatico alemanno t. II pag. 11 » -* Migne *t. CXXXII - pag. 803 - num. 4 - È degna di osservazione quella espressione, ove il papa dice di scrivere in carta recata d' oltralpe e di apporvi il suo suggello per autenticarla e rimuovere ogni sospetto: ella gitta odore d' impostura e contrafazione, e mi dà un argomento intrinseco di gran peso per giudicare il diploma spurio e improvvisato in Isvizzera. Basti aver accennato il dubbio, soltanto per emendare una sentenza che avventurò il valoroso ab.* Duret *nel » geschichtsblätter aus der Schweiz u. XXIX p. 514 » e cioè che questa bolla è la più perfetta e meglio conservata fra i monumenti di pp. Giovanni X.*

Joannes episcopus servus servorum Dei, omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus.

Religiositati vestrae notum esse volumus quia quidam vir venerabilis nomine Salomon ex partibus Germaniae, Constantiniensis ecclesiae episcopus, et abbas monasterii s. Galli, per legatos suos nobis innotuit cum licentia senioris sui Chuonradi regis, limina s. Petri causa orationis, insuper et pro nostra visitatione adire velle, sed propter infestationem tumultuantium populorum, illis in partibus saevientium venire non posse. Innotuit etiam per eosdem legatos, ipsum jam sub antecessore nostro, beatae memoriae Sergio papa, Romam venisse; et ab eo benigne susceptus, concessa sibi auctoritatis suae familiaritate, inter alia apostolicum

expetiit, quatenus praefati monasterii privilegium, quod ab antiquis temporibus usque ad tempora Arnolfi regis solis regibus subjacebat, ut fratres inibi demorantes inter se abbatem eligere et constituere potestatem haberent, quia propter eum violatum fuit. Nam ipse illud monasterium in beneficium acquisivit apud Arnolfum regem, ac filium ejus Ludovicum precibus impetravit, ut denuo restaurare praeciperent, et ab ipsis adepta licentia ex apostolica auctoritate renovatum confirmaretur. Hoc ipsum, sicut ipse episcopus praesens apud antecessorem nostrum expetiit, ita per legatos suos, data licentia a domino suo Chuonrado rege, apud nos impetravit. Nos vero, veneratione religiositatis suae agnita, libenti animo petitioni ejus assensum praebuimus, et per auctoritatem apostolatus nostri certum conscriptum fecimus, ita ut nunc et deinceps saepedicti caenobii patres neque episcopus, neque alterius monasterii abbas, neque comes, neque alia quaeque alicujus hominis persona audeat inquietare, sed quod sancitum est et constitutum apostolica auctoritate, firmum et inviolabile cunctis temporibus in aevum permaneat. Si quis autem, quod fieri nolumus, verum etiam prohibemus, contra hoc nostrae auctoritatis privilegium agere praesumpserit, et violare tentaverit, sciat se, nisi resipuerit, anathematis vinculis subdendum, et a regno Dei alienandum. Qui autem praesumpserit et non resipuerit, anathema sit, et a regno Dei alienatus abscedat, et in infernum diabolo sine fine mansurus demergatur. In hoc etiam petitionibus religiosi episcopi, venerabiliter legatis hoc subnixe supplicantibus, ut contra consuetudinem nostram charta romana cum scriptis notariis permutatis conscribi haec in pergameno, quod secum detulerant, concessimus, et ut non dubitaretur de ipsis quae scripta sunt, annulo nostro subtus sigillari jussimus. Qui autem horum quae per nostram auctoritatem scripta sunt, veri exsecutores et observatores extiterint, benedictionem et gratiam a domino Deo mereantur aeternam amen. Bene valete.

Scriptum est per manus Epiphani notarii s. romanae ecclesiae in mense februario. Datum per manus Petri ortensis episcopi, VIII mart., indictione 8, regnante domno Berengario anno 4, postquam Caesar consecratus est feliciter in Dei nomine, amen.

XI.

15 aprile 919.

=

Placito di pp. Giovanni X - enfiteusi di alcuni beni della scuola dei cantori - pubblicato da Galletti » *nel primicerio 192 - 93* » *senza saper forse che era già divolgato da* Muratori *antiq. t. III pag. 257, il quale lesse 25 aprile - e lo recò al 934 e a Giovanni XI, passandosi delle parole stesse del diploma che annunziano Giovanni X - Anzi a pag. 258 afferma che Giovanni XI, poteva chiamarsi X, perchè questi fu piuttosto antipapa, contro quanto rettamente aveva tante volte affermato negli annali. La ragione di questo suo procedimento dimora in quell'anno IV, che non può stare insieme colla indizione VII cioè col 919; nel qual anno correva l' anno V di pp. Giovanni* - Duret » *pag. 294 n. XXIX e pag. 296 num. XVIII Geschichtsbläter etc. 1856* » *vorrebbe cambiare l' indizione VII in VI per avere l' anno 918 - IV del pontificato - ma io non consentirei per la ragione ch' ella è annunziata ivi due volte e sempre la medesima - più ragionevole è che l' anno fosse mal descifrato.*

Anno IV. pontificatus d. Joanni summi pontifici et universali X pape indictione VII mense aprili die 25..... placuit igitur cum Christi auxilio atque convenit inter Joannes venerabilis subdiaconus sanctae romanae ecclesiae et primicerio schole cantorum que appellatur orphanotropio, consentiente schola cantorum, jubente domno Johanne X papa

et ex diverso (sic) Marco religioso presbitero, seu et Petronia honesta femina atque Andrea amabili viro seu Stephania jugalibus, ut cum Domini adiutorio suscipere debeant a suprascripto Joanne subdiacono, consentiente sibi cuncta schola cantorum, sicut et susceperunt suprascripti Marco presbitero seu Petronia atque Andrea seu Stephania jugalibus honesti viri et femine, sicut et susceperunt conductionis titulo, idest terra sementaricia ad modiorum plus minus 25 - cum parietinis desertis et cum omnibus ad eas generaliter et in integro pertinentibus, posita foris portam majorem et inter affines a tribus lateribus vie publice circumdantur et a quarto latere arcum marmoreum majore ante ipsa porta juris schole cantorum. Ita ut suorum studio, eorumque labore, suprascripto Marco, seu ipsis praenominatis personis intra ipsa cum omnibus ad eam pertinentibus omnibus, tenere et possidere debeant et ad meliorem faciendum domino juvante cultum perducant ipsi heredesque ipsorum profuturi usque in tertium gradum, tertiam personam, tertiam generationem, qui sunt ipsi suprascripti et filiis nepotesque eorum ex filiis legitimis procreatis. Quod si filii aut nepotes minime fuerint, duobus etiam extraneis personis cui voluerint relinquendi habeant licentiam excepto piis locis seu publicis numeris militum seu bando, servata dumtaxat in omnibus proprietate suprascripte schole cantorum. Pro qua etiam terra cum parietinis vel cum omnibus generaliter ad eas pertinentibus, ut superius legitur, dare atque inferre debeant ipso infrascripto Marco cum aliis personis superius nominatis, heredesque eorumque rationibus in supradicta schola singulis quinque annis sine aliqua mora vel dilatione, pensione nomine denarios bono optimo numero sex. Completa vero tertia generatione terra ipsa cum omnibus ad eas pertinentibus, sicuti fuerit culta et meliorata ad jus suprascriptae scholae, cujus est proprietas, modis omnibus revertatur, ut quisquis curam gesserit, iterum locandi quibus maluerit sine aliqua ambiguitate licentia sit. De qua re et de quibus omnibus jurantes dicunt utrasque partes per Dominum omnipotentem, sancteque Sedi apostolice seu salutem viri beatissimi apostolici domni Joannis X papae haec omnia que hujus carte placiti conventionisque seriem textus eloquitur inviolabiliter observare et adimplere promittunt. Quod si quisquam eorum contra hujus placiti conventionisque seriem in toto parteve ejus quolibet modo venire temptaverit det pars infidelis parti fidem servanti ante omne litis initium pene nomine auri uncie sex obritias: et post solutam poenam haec carte seriem in sua nihilominus maneat firmitate. Has autem duas cartas uniformes uno tempore conscriptas, Marco et Adriano scriniario et tabellioni urbis Romae scribenti pariter dictaverunt easque propriis manibus roborantes et testibus a se rogatis obtulerunt subscribendam et sibi invicem tradidere sub

stipulatione et sponsione solemniter interposita in mense indictione suprascripta VII.

Johanne subdiaconus et primicerius schole cantorum manu sua roboravit et testes subscribendos rogavit

Testes VRSB

Sergius SB

Johannes consul

Rodulfus consul

ADI
✠R consul

Adrianus scriniarius et tabellio urbis Romae complevit et absolvit.

XII.

maggio 920.

=

Giovanni pp. X con un privilegio, spedito a Paolo vescovo di Adria, dà origine e cominciamento alla città di Rovigo - pubblicato da Ughelli » *Italia sacra II - 401 -* Migne *t. CXXXII - pag. 804 - num. 5 -* Nicolio *- Origine di Rovigo l. I - pag. 54 - 57 - che la stampò piu intera degli altri, togliendola dall'originale nell'archivio di Rovigo » cat. episcop. n. X -* Bronzieri Giangirolamo » *istoria di Rovigo etc. 86 - 88 - 89 - 113 » contro* Sardi » *storie ferraresi lib. 3 » e* Pigna » *dei principi d'Este lib. 2 » che sognarono le piu strane cose sulla età, sul pontefice, sul vescovo d'Adria, che dissero scismatico, e sul diploma.*

Joannes episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo Paulo s. Adrienis ecclesiae episcopo.

Quia petiisti a nobis, quatenus concederemus tibi, et per te jam factae tuae ecclesiae curtem Bone uno (f. Bonevico), quae vocatur Rhodige, et silvum quae dicitur Grumpi, seu Piscarium, quae vocatur Longole, verum etiam curtem quae vocatur Romiiicus, quae est posita in Caneglada, atque fundum Crispo cum omnibus eorum pertinentiis et adjacentiis, ut liceat tibi in dicto loco Rhodige castrum construere ad servandum populum sanctae tuae ecclesiae, tam a paganis quam a perfidis christianis. Et insuper concedimus suffragium populi permanentis a termino Rhodige usque ad Adriensem civitatem in restaurationem tuae diruptae ecclesiae, et funditus destructae, statuentes, ut nulli liceat a territorio Rhodige usque, etc.

Scriptum per manus Joannis scriniarii S. R. E. mense martio indictione octava.

XIII.

settembre 920.

Privilegio di pp. Giovanni X al monastero di santa Maria in organo di Verona - pubblicato da Cocquelines *bullarium t. I p. 240. (apocrifo corrotto e forse spurio)*

Joannes episcopus servus servorum Dei, Benedicto veronensi abbati pro suae ecclesiae bonis lacrimanti Dei nostramque misericordiam interpellanti ut ejus ecclesiam apostolico jure regendo et sanctae Aquilejensi ecclesiae confirmando juxta romanae electionis modum abbatiam veronensem ut quibusdam feliciter praesidentibus Benedicto abbati veronensi abbatiam aquilejensi ecclesiae subditum apostolico stabilimus jure lamentanti ploranti se multum in hoc passum inesse quod quia nostrum est pupillis adjuvare, et viduas et monasteria sublimare, et ad nos fugientibus de quacumque sit tribulatione Benedicto veronen. abbati fugienti lacrimabili querela lamentanti de ejus ecclesiae bonis concrematione et de quibusdam adversanti ecclesiae consilium damus consolamur hanc ecclesiam sic resolidare ut fuit ejusdem ecclesiae pontificibus tempore Pauli et ecclesiae patriarcharum et Ferocis abbatis ejusdem ecclesiae scimus hanc ipsam ad sanctam sedem aquilejensem ecclesiae respicere sub jure omni illi obedire hoc concedimus laudamus stabilimus ut nulli sit licitum illam consecrandi vel quidque requirendi nisi aquilejensis ecclesiae pontifici et Benedicto abbati et successoribus ejus aut quem vel Benedictus abbas vel patriarcha voluerit exorare, et successoribus eorum et quoscumque ipsos delectat interpellare haec quia ejus privilegio ei dicimus nostra manu scriptum hoc illi adjungimus ut veronensem abbatiam Benedicto abbati ex collatione pontificis sedi aquilejensi datam cum omnibus quae ad eam pertinent videlicet ecclesiae sanctae Mariae antiquae, sanctae Margaritae, sanctae Mariae insulario, sanctae Mariae de xenodochio, et sanctae Mariae in siciano, et canonica sancti Laurentii in siciano, et Mariae conservailae ecclesiae sancti Martini, Faustini et Jovitae cum omnibus ecclesiis et xenodochiis pertinentibus ad monasteria sanctae Mariae in organo, et sanctae Mariae in Gejo et

de clericis ad easdem pertinentibus ecclesias concedimus ecclesiae aquilejensi consecrare, regere, rogare aut quemcumque ipsa voluerit rogare, et sicut fuit Pauli et Eliae tempore patriarcharum, sic nostris sit Poponis patriarchae suorumque successorum et Benedicti abbatis potestate ecclesias consecrando, clericos ad eas pertinentes corripiendo et emendando, et ipsi Benedicto abbati et successoribus ejus obedientiam exhibendo et quidquid juxta regulam sanctorum patrum illis praecipue aut animo sub apostolica authoritate praecipimus nemo praesumat violare, nec aliquam vim inferre neque in supradictis ecclesiis neque clericis ad easdem pertinentibus nec in locis, neque in pascuis, nec in rivis, nec in montibus, nec in collibus, nec in aliquibus ejus ecclesiis locis et specialiter veronen. episcopo interdicimus, sub jure apostolico, ut nec operibus, nec modis aliquibus sit eidem ecclesiae adversarius, et si quis in his inimicus aliquid adversari nitatur tam laici quam clerici in nostro anathemate damnati a communi consortio repellantur.

Scriptum per manus Joannis cardinalis et cancellarii vice Petri diaconi in mense septembris et indictione octava.

Datum per manus Dodonis episcopi et bibliothecarii sanctae romanae ecclesiae in mense et indictione suprascriptis in sacratissima sede beati Petri apostoli anno septimo Deo propitio, pontificatus domini Joannis summi pontificis et universalis papae decimi.

XIV.

novembre 920.

Privilegio di pp. Giovanni X alla chiesa di Autun e al suo vescovo Eriveo - pubblicato dalla Gallia Christiana *t. IV - instr. pag. 70 - n. 50 -* Migne *t. CXXXII. pag. 801 n. 3.*

Joannes episcopus, servus servorum Dei, reverendissimo et sanctissimo sanctae augustodunensis ecclesiae episcopo et per te in eadem ecclesia in perpetuum.

Oportet nos qui ecclesiastici culminis, divina suffragrante pietate, munus suscepimus, ut in districtione rerum ecclesiasticarum, confratrum et episcoporum injuriis compatiendo, armis ecclesiasticae auctoritatis subveniamus, et in restauratione fidelium devotione certa opem confirmationis ferendo gaudentibus congaudeamus. Unde quia poposcit nostram paternitatem filiatio tua ut privilegio nostrae actoritatis res et villas tuae ecclesiae usibus deputatos, videlicet quae in honore beati Nazarii martyris sacrata est, confirmare deberemus, scilicet villam Tiliniacum cum cum suis appenditiis, quam antecessor et avunculus tuus una per consensum et auctoritatem Richardi comitis, et filiorum ejus eorum usibus delegaverat: simul etiam et monetam tuae civitatis, quam per praeceptum filii nostri Caroli gloriosissimi regis isdem antecessor tuus adeptus fuerat, et ex tua largitione decimas redditunm omnium ecclesiarum tuae dioecesis, qui tertio anno ex tunc tam ex his quae tibi debentur, quam etiam ex hiis quae ministerialibus tuis contingunt; nec non et capellas tres: unam in honore sancti Joannis, aliam in honore sancti Leodegarii, tertiam in honore sancti Epladii. Decernimus autem per privilegii nostri auctoritatem ut supra nominata villa, cum supradictis omnibus, perpetuis temporibus in canonicorum usibus sine ambiguitate et sine cunctatione permaneat; non solum autem illa, sed etiam omnes eorum res, videlicet Ruiliacum, quod munilicentia genitricis tuae per consensum Richardi comitis illis contulit; simul etiam Biliniacum. Sussiacum autem, Ma-

riasolium, necnon et Simpiuiacum et Mariniacum, cum omni integritate sua et omnibus appenditiis suis, illorum usibus per apostolicae auctoritatis privilegium confirmamus, utque sub interdictionis excommunicatione, ne quis illud violare andeat, pontificali regimine seu modis omnibus prohibemus. Si quis autem praesumptor temerario ausu hoc quod tuae humilitatis petitione, et quod pro eleemosyna regum et principum, necnon et animae antecessoris tui nostra apostolica liberalitas privilegium auctoritate firmando roboravit, et promulgando confirmavit, contraire, infringere, contradicere, subtrahere, aut in aliquo imminuere innisus fuerit, cognoscat se anathematis vinculo a patre et filio et spiritu sancto aeternaliter obligatum, sed et cum Juda traditore domini nostri Jesu Christi et fure sagrilego, qui ea, quae pauperibus eroganda erant, loculos habens furabatur, ignis aeterni incendio concremandum, et in baratrum cum daemonibus deputandum, ac sine spe recuperationis demergendum. Custodes autem et observatores hujus nostri decreti benedictio et pax domini nostri Jesu Christi conservare dignetur per secula.

Scriptum per manus Adriani scriniarii sanctae romanae ecclesiae, in mense novembri, indict. 8. Bene valete.

XV.

anno 921.

Lettera di Giovanni pp. X ad Ermanno arcivescovo di Colonia - pubblicata da Mansi *» concil. XVIII e nel t. CXXXII pag. 806 - n. 7 - C. M.*

Joannes episcopus, servus servorum Dei, reverentissimo et sanctissimo confratri nostro Herimanno s. colonienses ecclesiae archiepiscopo.

Cum simus dominicae plebis superna miseratione rectores, studiosius nos convenit Dei praesidium pro subditorum saepe cogitare salute, ne frustratis, quod absit, animabus antiqui hostis insidiis, ante omnium pastorem districtam cogamur solvere rationem: quia ideo fidelis servus et prudens domini super familia constitutus esse dignoscitur, ut congruo tempore det illis fructum. Congruo tempore sacerdotes propositi Deo fructum dant, cum pro salute omnium sibi subditorum, quod opportunum est offerunt. Et quia vestra fraternitas sententiam apostoli reprobavit operando, qui monet, nullo modo alicui leviter manus imponere, cum Hilduvinum, canonicis sibi obviantibus regulis, absque clericorum electione, et laicorum acclamatione, Gisleberti metu, episcopali infula decorare non denegastis, cum prisca consuetudo vigeat, qualiter nullus alicui clerico episcopatum conferre debeat, nisi rex cui divinitus sceptra collata sunt. Quo vero ordine Gislebertus hoc quod illi concessum non est agere non metuit, ut arbitror, quia illicite praesumpsit, rationabiliter imbecille permanebit. Tamen quia Richerus, ut Caroli regis testimonium perhibet, atque nostri dilecti filii Berengarii gloriosissimi imperatoris litterae testantur, primitus a clero electus et a populo expetitus est: cur donum sancti Spiritus, quasi temporale commodum, cui non licuit, imponere non distulisti, omnino miramur, cum scriptum sit: *intelligens gubernacula possidebit* - (*Prov. I.*) In veteri etiam testamento divina lege sancitum est, ut sacerdotes de sacrificio domini petusculum sumant - (*Levit. VII*); non equidem ob aliud, nisi ut sacrificio discant, quid de semetipsis ipsi suo conditori debeant immolare. Et cum nosmetipsos Deo offerre sedulo

debeamus, cur alios errantes sequi non contemnimus? cum scriptum sit: *si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris* - (IER. *XV*). - Igitur quia magis hominis quam Dei formidine metuistis, quod inutiliter gestum est, nostra imbuti admonitione, ut citius emendare delectemini, omnino monemus. Valde namque admirari non distulimus, cur contra rationem absque regis jussione agere pertentastis: cum vobis reminiscentibus hoc nullo modo esse debeat, ut absque regali praeceptione in qualibet parochia episcopus sit consecratus. Tamen mediante octobrio ad limina apostolorum cum Hildnino et Richero venire satagite, ut ante praesentiam nostri nostrorumque episcoporum coadunati, quid ex hoc canonica jubeat auctoritas explicare non denegetur. Et si forsitan pro paganorum metu tunc venire non valetis, in kalendis aprilis, omni occasione postposita, ad nos quantocius, sicut superius statutum est, pervenite. Et tunc omni errore radicitus extirpato, qui dignus inventus fuerit per ostium ingrediatur in ovile ovium, et non aliunde, ne fur aestimetur. Quia nos Caroli regis decus nullo modo auferre volumus, sed pro vigore atque dilectione vel consanguinitate nostri dilecti filii Berengarii gloriosissimi imperatoris, ut prior antecessorum suorum regum mos fuit, eum ita illibatam atque inconcussam dominationem obtinere delectamur: et sicut priores suos antecessores, nostrorum antecessorum auctoritate, episcopum per unamquamque parochiam ordinare probabiliter statutum est, ita ut Carolus rex faciat confirmando jubemus. Tamen usque ad illud temporis, sicut superius statutum est, Leogis episcopatus in nostra maneat potestate; ita ut Hilduvinus illic aliquod sacerdotale ministerium nullo modo audeat exhibere.

XVI.

anno 921

=

Giovanni X scrive a Carlo il Semplice re di Francia, annunziando di avere intimato ad Ermanno arcivescovo di Colonia di recarsi a Roma con Richero e Ilduino eletti della chiesa di Liegi - soggiunge che Uberto è scomunicato per le rapine e le devastazioni fatte negli stati della chiesa - lo esorta ad aver caro Berengario imperatore, a cui lo stesso pontefice professa amicizia e protezione - pubblicato da Migne *tom. CXXXII - pag. 807 - n. 8 -* Mansi *concil. XVIII.*

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Carolo glorioso regi.

Cum sincera in vobis charitas atque perfecta mansuetudo clarescat, quia divina dispensatione hoc agitur, conditori divina dispensatione hoc agitur, conditori nostro Deo immensas gratiarum actiones referimus. Unde hortantes vestram filiationem monemus, ut semper solliciti manentes, subditos quoque vobis commissos per abrupta diutius ire non permittatis. Quia in hoc vestri regni sceptra sublimia manent, cum Spiritus sancti dispensatione, quod inutiliter gestum est, emendare non negligitis Noster namque dilectus filius Berengarius gloriosissimus imperator apostolatui nostro litteras ex Richero a vobis electo in Leodio, atque a cuncto clero et populo, transmisit: et qualiter Gislebertus vester infidelis Hildninum illic consecrare praecipiendo non formidavit. Nos vero, prece dilecti filii nostri moti, Herimanno archiepiscopo nostri apo tolatus apices transmittere studuimus, quatenus, mediante octobrio, cum illis pariter junctus ad limina apostolorum non differat venire: ut tunc probabilibus documentis canonice, qui dignus est, approbetur: qui vero diguus (non) esse contemplatur, tunc reprobatus appareat. Usque ad illud vero tempus, ut Hil-

duinus in supradicta ecclesia, quae Legia dicitur, aliquod regimen detinere et sacerdotale officium exhibere non audeat, commonendo praecipimus. Tamen, quia dilectio nostri filii in vobis abundanter emanat, dignum est sinceritas atque consanguinitas vestra ut in illo promptius appareat: et ita fidissimus ex vestra dilectione permaneat, quatenus ex illius adminiculo in praesenti cognoscatis. De hoc vero quod Gislebertus contra vestra sceptra inutiliter gessit, valde doluimus: eo quod prisca consuetudo et regni nobilitas censuit, ut nullus episcopum ordinare debuisset absque regis jussione. Et quia Herimannus archiepiscopus, magis hominis quam Dei formidinem metuens, Gisleberti jussione Hilduinum consecrare non distulit, hac pro ratione sententiam vocationis illi transmisimus, ut mediante octobrio, et si pro metu paganorum venire tunc nequeunt in kalendis aprilis omni remota occasione, tunc nullo modo cum Hilduino et Richero venire differat. Quia tunc mihi conjuncti, ex decore vestri regni subtiliter colloquentes, ita radicitus hoc quod vobis per Gislebertum contingit extirpare non denegabimus, ut postmodum nec ipse, qui auctor iniquitatis contra vestra sceptra gessit, nec alius aliquis audeat aliquam laesionem vestro in regno inferre. Illud etiam vestrae filiationi innotescimus, qualiter nos juncti cum Berengario gloriosissimo imperatore dilecto filio nostro, ad Hubertum, ut depraedationes atque incendia quae in sancta romana ecclesia committere non formidavit, emendare studuisset, admonendo misimus: qui renitens atque superba voce hoc contradicens, emendare noluit. Nos autem secundum nostri ministerii effectum, illum sub excommunicatione misimus, eumque anathematis vinculo alligavimus, cum omnibus suis sequacibus. Unde vestrae celsitudini hoc patefecimus, ut nullus vestri regni illum sequatur vel ei adjutorium impendat, quia non solummodo, qui eum sequuntur alligavimus, sed etiam qui ei adjutorium impendere delectantur.

XVII.

anno 921.

=

Capitoli della unione tra la chiesa greca e latina, fatti in Costantinopoli al tempo di Costantino e Romano imperatori e di Giovanni X papa - Baronio *anno 921 - n. IV - V - t. XV - ed. di Lucca* - Leunclavio e Leone Grammatico *an. 9428 indiz. 8* - Montfaucon » *Bibl. Coislin. nella BB. p. I pag. 122* - Cotelerio » *Mon. della chiesa greca t. II - pag. 435* - Mansi *t. I pag. 1109.*

Tomus unionis, sive expositio sanctae unionis in ecclesia constantonopolitana, Constantini et Romani tempore: quorum ille tunc imperabat, hic ea dignitate fulgebat, quod imperatoris pater audiret.

Dominus Deus noster Jesus Christus discipulis suis, et apostolis, atque iis, qui cum his digni evaserunt haereditate ipsius, eximium quoddam bonum, nimirum pacem reliquit, hoc suis indicium tradens affectionis erga ipsum, si vinculo pacis constricti, spiritus unionem non dissolverent: cum prius ipse suo nobis exemplo, quaenam ejus de pace sententia sit ostendisset, qui supra omnem sublimitatem positus ad infirmam nostram extremitatem descenderit, perindeque ac nos, carnis et sanguinis particeps factus sit, ut a se invicem divisos ad unitatem redigeret. Hinc illis etiam, qui ejus in doctrina sunt instituti hereditatem hanc reliquit, ut pacem inter se çolant. Neque dumtaxat hoc, verum etiam ut alios inter se dissidentes ad pacem trahant. Enimvero cum res ita comparata sit, inde ab initio in hoc usque tempus haud cessavit illius mali seditiosa improbitas sacrum ecclesiae corpus, modo hanc, modo illam causam movens, perturbare. Sed enim hic talis est. At pacis auctor ac magister Christus, Deus ille noster, qui dixit inferorum portas ecclesiae suae non praevalituras, semper ista scandala in ipsius mali caput convertens, ecclesiae suae pacem illibatam conservavit. Hic ipse Christus, pax nostra, Deus, pater, pontifex, verus pastor, sanctis castissimae sponsae suae,

nimirum ecclesiae, liberis a se invicem divulsis; providentia gratiaque sua unionem restituit, eosque rursus ad matris inculpatum sinum congregavit atque ipsi quidem matri concessit, ut ob congregationem liberorum gauderet, sibi vere gloriae ac laudis oblationem, ab ore uno, atque uno corde profectam, tribui; omnibus autem illis, qui non ad turbulentam daemonis voluntatem declinant, sed pacis auctoris mandatum colunt atque observant, gratiarum actionis praestationem. Enimvero superioribus temporibus accidere scandalorum occasione tales, quales eae sane fuerunt: et quovis tempore, malo se commovente, cupientes ecclesiarum gubernatores idoneam medicinam invenerunt.

Nunc autem quod ecclesiam ex causa matrimoniali perturbari contigerit, quando istud ipsum matrimonium reprehensione non caret, ad ejus prohibitionem sacrum ecclesiae judicium fert, ne progressio fiat ulterius, haeve nuptiae locum inveniant. Sic enim et nunc et in posterum a vigentibus scandalis immunes sese reddent, quicumque contentionem et rixam potius amant, quam Christi pacem. Quippe remota occasione, ex qua nata fuere scandala; causa nulla est quae prohibeat, quo minus pacis studiosi pacem colant. In quovis enim negotio sic comparata res est. Cum causa fallax procreationis absurdorum remota est, ad elegantiam pristinam redeunt, quae inde vitium contraxere: sic cum a morbo corpus est occupatum, ubi morbi causa recessit, integra valetudo redit. Et mari ventorum violentia turbato, postquam tempestas cessavit, tranquilla serenitas revertitur. Quamobrem nos publice congregati pontifices atque sacerdotes, quibus non sibimetipsis (nam mitto dicere aliis) placere lubet, sed visum potius est, ecclesiae pacem seditionibus anteferre, quando de matrimonialibus occasionibus scandala nata fecerunt, ea ipsa expurganda putavimus, atque cavendum, ne deinceps ipsis in hominum vitam irrepentibus, tum ecclesia perturbetur, tum eorum vita, quibus sic vivere libitum est, damnabilis evadat. Ac proinde sententia judicioque communi decernimus, ne ab hoc anno praesenti, qui est annus mundi sexmillesimus quadringentesimus vigesimus octavus, indiction. octava, quartas nuptias ullus contrahat, sed ut prorsus eae reiiciantur; quod si quis ad ejusmodi conjugium progredi decreverit, ab omni coetu ecclesiastico exclusus esto, et ab ipso in sanctam aedem ingressu tantisper alienus, donec in hoc conjugio permanserit. Hoc enim sanctis quoque patribus, qui ante nos vixere, visum fuit. Ac nos sane sententiam reddentes apertiorem, eum velut alienum a republica cristianorum abdicamus. Et in hunc quidem modum de quarto matrimonio. Caeterum ut et illa, quae ad alia matrimonia pertinent, honestius constituatur, et conciliationem vita christianorum non indignam habeant, de tertio quoque matrimonio definimus, ne simpliciter atque temere perficiatur. Nam per-

missum id quidem est a patribus, velut inquinamentum quoddam, cum necdum id temporis, uti nunc, res citra pudorem perageretur, ac late diffusa foret. Sed ita contingeret, ac si quis illapsas in domum sordes, in angulo forte sitas negligat. Nunc vero cum speciem sibi quoddam audaciae sumpserit, et magnam ad frequentiam progrediendo, nihil sordium existimetur: recte visum est repurgandum, sicuti nec foedum aliquid non jam amplius in angulum rejectum, sed per aedes ipsas diffusum, ullo modo relinquimus, sed expugnamus, et nauseam ex eo provenientem removemus. Itaque tam imbecillitati humanae nos accomodantes, quam honestatis vitam christianorum decentis rationem habentes, hoc in tertiis nuptiis servandum statuimus, ut si quis ad annum quadragesimum provectus, et neque naturae motus reverentia, neque vitae decentis et honestae, quae a christianis requiritur, habita ratione, sed vitiosa tantum libidine victus, ad tertium se matrimonium projecerit: omni accuratione ac diligenti observatione adhibita, perceptionis sacramenti ad quinquennium exors sit, neque de hoc tempore ullo modo quidquam decidatur.

Nam qui post annum aetatis quadragesimum in ecclesia Christi et esse et appellari amat inquinamentum, quodnam in corrigenda vita studii certum praebedit argumentum, propter quod sacramentorum perceptionis tempus ei minuendum sit? quin ne postea quidem, quam ad illibatam hanc perceptionem admissus fuerit, ei licitum erit, ut ad perceptionem hanc alio tempore accedat, quam in sola salutari Christi Deique nostri resurrectione propter factam (quanta sane fieri potuit) ex praecedentis jejuniorum abstinentia repurgationem. Haec autem dicimus, cum nulli de prioribus matrimoniis extant iis liberi, qui jam post annum aetatis quadragesimum uxorem ducere voluerint. Quippe si liberi sunt, tertium ei conjugium permittendum non erit. Est enim sane quam iniquum, intempestivae libidini patrem indulgere, nec liberis e prioribus matrimoniis susceptis prospici atque caveri, ut moeroris expertes sint, et perturbationis, et aliorum, quae generi mortalium ex secunda multorum liberum procreatione solent accidere. Quin etiam si quis annos triginta natus, et liberos ex prioribus conjugiis susceptos habens, uxori tertiae copuletur, et ipse citra ullam impetrationem veniae perceptionis sacramentorum ad annum quartum exors esto, cum satis pateat eum nulla alia re, quam intemperantia motum, et quod carnalis libidinis mancipium sit, ad ejusmodi se matrimonium conferre.

Itidem posteaquam mysteriorum perceptionem impetraverit, ter dumtaxat iis fruendi quotannis facultatem habebit, semel in salutari Christi Deique nostri resurrectione; secundo in obdormitione immaculatae dominae nostrae Deiparae; tertio natalitio die Christi Deique nostri. Propterea quod in his jejunium praecedat, et emolumentum ex eo proveniens.

Quod si liberi nulli superstites sunt quandoquidem sobolisprocreationem appetere non ejusmodi quiddam est, quod veniam non mereatur; condonandum erit hoc matrimonium, et ea tantum poena, quae dudum, et hucusque fuit in usu mulctandum.

Atque haec de tertiis etiam nuptiis. Enimvero nec secundus nec primus citra cautionem admittimus, sed eas quoque sic contrahendas statuimus, nullam ut improbam causam habeant, vel ex raptu, vel ex praecedente clandestino stupro: sed ut legitimae sunt, et inquinationibus hujusmodi ac impuritate scortationum careant. Si quis igitur indicatis hisce constitutionibus spretis ad conjugalem consuetudinem primam, vel alteram, coiverit: eum Christi ecclesia, quae pura est, nec labem ullam, vel rugam habet salutaribus censuris subiiciens, non prius ad sacrorum perceptionem mysteriorum admittet, quam definitum ob scortationem tempus accurate compleverit: (nisi forte necessarius e vita discessus urgeat) hoc est, donec annus septimus completus fuerit; sacerdos autem, qui neglecta lege jam sancita, quemquam horum ad sacram aliquam perceptionem audebit admittere, de gradu suo periclitabitur, et is qui contra sanctionem promulgatam ad communionem sacram admissus fuerit, rursus inter exortes communionis referetur, donec annus septimus impleatur.

XVIII.

anno 921-22.

Lettera del patriarca di Costantinopoli a Giovanni pp. X sulla riunione delle due chiese greca e latina, publicata da Baronio *ann. XV - pag. 587 - 90.*

JOANNI BEATISSIMO PAPAE EC.

Quot quantisque aerumnarum fructibus per XV. annos jactati simus (tot enim plus minus effluxere, ex quo primum scandala ecclesiam CP pervagata, omnia turbarunt,) et meminisse mihi permolestum est, beatissime pater, et memorari scienti tibi supervacuum. Laeta potius amicis, et coexcubitoribus impartiri juvat, ecclesiae nempe pacem subsecutam, conspirantemque omnium ordinum in his, quae sunt fidei, consensum. Cum enim in eo esset res, ut nulla amplius spes humanis experimentis nostra metientibus superesse videretur: affulsit subito illa captum omnis intellectus supergressa pax. Dominus scilicet Deus noster Jesus Christus, qui saevam illam hiemem atque tempestatem communis hostis opera coortam, in ipsa Halcyonia mutavit: adeo ut nullum penitus dissensionis vestigium remanserit, nulla odii cicatrix: omnes velut ex condicto veterum obliti idem plane sentiunt, omnes sanctae matris ecclesiae, quae eos obviis ulnis diu expectarat, optatissimum eunt in amplexum. Et nostrae quidem ita se res habent. Verum quia et vestram fraternam dilectionem, cujus erga nos officia temporum difficultatibus intermissa sunt, expetimur, et consuetam ecclesiis unionem exoptamus: ideo has ad vos dare litteras decrevimus, ut omnis offensionis memoria deposita, S. V. ad sinceram amicitiam, atque conjunctionem animorum, pastoribus populorum debitam provocaremus; quae tum demum missis hinc inde legatis coalescet, cum judicatum fuerit concorditer, quartum connubium, quod dissensiones, et scandala in ecclesiam invexit, non rei ipsius, sed personae causa permissum esse; suadente tunc occasione lenitatem atque affectum erga principem indulgentiorem, ne repulsa ipsius animus offensus, deteriora moliretur. Sic enim et Sanctitatis tuae nomen

ex sacro ecclesiae CP. albo, ut mos olim erat, una cum nostro rursus celebrabitur; ut nos omni ex parte gaudio repleti, jucunditate pacis perfruemur. Enimvero ut huic curae seduio incumbas, te iterum atque iterum rogat Deo dilectus imperator, oratore Romam ad Sanctitatem tuam destinato CL. V. Basilio Protospathario, et aurei triclinii praefecto, cui nos comitem itineris, curarumque conscium adjunximus Eulogium honorabilem presbyterum. Hos tu, beatissime pater, et excipies (uti spero) fronte hilari, et nos mutuis legationis officiis remunerabis: Joanni venerabili episcopo, cujus apud nos jam experta virtus, id munus, si expedire videbitur, injungens, aut alicui alio moribus illi non absimili, qui, si qua sunt adhuc correctionis indiga, doctrina atque consilio emendare valeat nobiscum, juxta ecclesiasticas constitutiones. Vale in domino, beatissime pater.

XIX.

anno 921-23.

=

Lettera del patriarca di Costantinopoli a Simone principe di Bulgaria - accompagna i legati di pp. Giovanni X - pubblicata da Baronio *XV, 591 - 93.*

SIMEONI PRINCIPI BULGARIAE

Es tu mihi quidem filii adhuc loco, dilectissime Princeps, licet omnem jam pridem obedientiam patri a filio debitam exueris. Hinc fit, ut cum priscus ille, quo te sum prosecutus, amor, tum etiam sanctissimi Romani Papae, cui minime parere, nefas, gravis apud bonos omnes auctoritas, me in lacrymas et preces ire, iterum impellat. Is cum a fama rerum nostrarum universum jam ordem pervagata accepisset christiani populi clades, direptiones, fugas, vastitatem, et reliqua belli, quibus affligimur incommoda, quae pietas ejus est in gregem Domini sanguine redemptum, et nostris ex animo indoluit malis, et eis, ne proserpant latius, ire obviam decrevit. Legatos itaque misit Theophylactum primum inter ejus episcopos locum obtinentem, et Carum ejusdem ordinis praestantissimos viros, qui te suis adhortationibus aut inducerent ad pacem, foedusque nobiscum feriendum; aut si jussa detrectares, Spiritus sancti nomine insolubili anathematis vinculo obstringerent. Hos ergo (nam id mihi beatissimus pontifex injunxerat) ut tuto et commode ad te pervenire possent, addito commeatu, et itineris duce, sedulo curassem, ni me deterruisset ab incepto malus quidam rumor, qui de te pridem inolevit.

Diceris enim, fili mi, solere legatos ad te venientes in vincula conjectos asservare immani plane et omnem supergresso barbariem exemplo. Quae enim est tam effera, tam ob omni humanitatis sensu remota natio, quae tale facinus non inter nefaria scelera recenseat? Quapropter cum et sanctissimi papae exequi mandata valde cuperem, et legatorum incolumitati consultum vellem, illos quidem summis induxi precibus, ut hic apud nos consisterent, veritus ne a te post longae peregrinationis taedium ac laborem aliquid paterentur mali: apostolicas vero litteras ad te perferendas dedi, quibus exhibebis te facilem et obsequentem, si me

audies, immo si rationem habueris dignitatis, salutisque tuae. Cave enim putes, idem tibi plane licere in sanctissimum pontificem romanum, quod in me olim licuit; quem ludibrio habuisti tamdiu. Si quid in eum commiseris, non impune feres.

Apostolorum primores, quorum ille ad aras quotidie litat, iratos in te oculos conjcientes quasi propriam injuriam contemptum illius ultum ibunt. Subeat animum Ananiae, et Saphirae casus, quos objurgatio Petri neci dedit: menti obversetur Elymae magi Paulo contradicentis caecitas. Haec apostolicae indignationis monimenta cogitantem excipiet te, certo scio, horror quidam, et pavor salutaris, nec permittet, ut beatissimi papae monita despicias: praesertim si vera sunt, quae de te narrantur a tuis, praecipua quadam veneratione prosequi Principes illos divos: quos si vere suspicis, ac colis, eorum insidentem throno minime contemnes. Haec de legatione romana, cujus adventu (cur enim tibi sub Christi signis quamvis adversus Christianos diaboli fraude pugnanti commune gaudium invideam) scandalis, quae ob tetragamiam apud nos omnia turbarant, impositus est finis, pax clero reddita, coetus sacri mira animorum conspiratione habiti, et ut verbo dicam, romana ac constantinopolitana ecclesia ita in unam eamdemque coalita est fidem, ac consensionem, ut nihil amplius vetet, quo minus nos optatissima illorum communione, et sanctificatione perfruamur.

Reliquum est, ut te postremo admoneam loco, ne posthac cum ab his, qui rerum potiuntur, litteras acceperis, senatui potius rescribas, quam illis ipsis. Ridiculum enim est, et tua prudentia plane indignum adire servos, posthabito eo cujus ipsi capessunt jussa: nisi te ludere delectat in re haud quidem ludicra. Quin tu potius si te serio poenitet bellorum, cladium non tam acceptarum, quam illatarum piget, sensum animi tui imperatoribus exprome, conditiones offer, diem, locumque colloquio praescribe, sive tu ipse ad nos accedere, sive alios mittere malueris, nulla in me mora est, adero, quocumque vocaveris, cum delectis ex senatu viris, rem fortasse confecturus ex voto, si Deus annuet. Quod si longe alia tibi mens est, nisi hominibus nostris ludibrium debes, post hac ab hujusmodi irrisionibus, quae te minime decent, abstinebis. Deus te eo validiore ope tueatur, quo gravius regendi alios opus suscepisti; ne quod plerumque principibus viris accidit, oneri succumbas.

XX.

marzo 931.

=

Donazione della Massa Campilia e Fiscaglia fatta da Giovanni X - ad Onesto arcivescovo di Ravenna - pubblicata da Mittarelli *an. cam. 1 - app. 34 dall' archivio di Ravenna n. 3 - vol. 38 - da* Amadesi *diss. etc. pag. 48 - e nella lettera inserita nella raccolta di Calogerà XL, 397 - ristampata nel t. CXXXII pag. 805 - n. 6 - C. M. -* Montfaucon *B. B. 437 dice di averla veduta negli archivi di Ravenna: egli però lesse Camilii invece di Campilii.*

In Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Domino nostro Johanne summo pontifice et universali papa in apostolato anno septimo, imperante domino Berengario serenissimo imperatore anno imperii ejus . . . todecimo in mense marcio, indictione nona Romae lateranense. Quia nobis domino Johanni summo et universali papa de apostolica sacratissima beati Petri apostoli sede petistis vobis Honesto divina favente gratia archiepiscopo sanctae nostrae ravennatis ecclesiae beati Apolenaris, ut concederemus, et vestris successoribus in perpetuum possidendum. Unde apostolatu nostro beati Petri apostoli patris patronum tantum .... impetrandi via est, quotiens beneficia a sancta nostra romana ecclesia ejus jura non noceat postulati; sed Roma magis adcrescere possit quam minui. Ideo secut . . . a apostolatu hujus sanctae nostrae universalis ecclesiae sicut dignum et justum recognoscimus . . . i patr. . . . suscipere benedictionem . . . . dimus et damus atque tradimus seu em . . . . amu . . . . hujus sanctae nostrae romanae ecclesiae tibi Honesto sanctae nostrae... pro dilecto confratri nostro et per manus . . . praedicta sancta Ra . . . at.... ecclesia filia hujus sanctae nostrae romanae ecclesia una... vestris successoribus in perpetuum possidendum suo jure. Idest concedimus et a nobis alienamus, et vestris manibus tradimus, atque emancipamus vo-

bis sicut et alii sancti patres nostri tradiderunt et emancipaverunt : ita et nos per hujus nostri praecepti paginam emancipationis similiter et confirmationis emancipamus totam massam quae vocatur Campilio una cum omnibus fundoris suis et cum omnibus juris pertinentiis suis piscationibus quoque et venationibus suis et omnibus sibi subjacentibus vel pertinentibus , constituta territorio gavallense inter flumen Adicem et flumen Pado. Similiter largimur et confirmamus seu tradimus, atque in perpetuum mancipamus de jure sanctae nostrae romanae et universalis ecclesiae in praedicta sancta ravennate ecclesia, id est totam et integram massam quae vocatur fiscalia cum omnibus similiter fundoris seu et cum omnibus juris sibi pertinentibus, nec non cum omnibus villis et plebibus in ipsa massa constitutis , piscationibus quoque et venationibus suis , similiter cum omni tributo , censu atque . . . tione temporale et anuale seu districto et cum omnibus quae de praedicta massa ad sanctam romanam ecclesiam pertinent constituta territorio ferrariense, hoc quidem modo tradimus et emancipamus a nobis ambas massas in te Honesto archiepiscopo et in tuis succes oribus in perpetuum habendo , tenendo , ordinando , disponendo , seu judicandi potestatem habeatis in perpetuum cum tuis successoribus ad jura sanctae ravennatis ecclesiae beati Apolenaris quod sicut supradiximus pure et absolute et sine omni condictione vobis vestrisque successoribus in perpetuum remisimus atque emancipamus. Si quis de omni ciero sive aliqua persona aliqua dignitate decoratus , sive privata persona contra hunc titulum nostri privilegii et emancipationis aliquam litem impulerit, sit compositurus et daturus auri optimi libras centum , medietatem camerae nostrae lateranensi , et medietatem sanctae ravennati ecclesiae beati Apolenaris , et sit excommunicatus a nostra ampiissima sede apostolica , et sub anathemate et pri... timis et sanctorum conciliorum Niceni , Constanti . . . ni esses . . . et quas . . . onorem habere videtur ex eo pri . . . i censuim . .

XXI.

9 maggio 921.

Placito o sentenza di Olderico vasso dell'imperatore sulle medesime masse Fiscaglia e Campiglio - Muratori *antichità d'Italia t. II - n. 969 - e lo ricorda anche negli annali t. V - pag. 292 - ma dice per errore ch'ei fu tenuto a Ravenna, quando veramente la sentenza fu pronunziata in Massafiscaglia* - Montfaucon *ne lesse uno o piu esemplari nell'archivio ravignano e li cita nella biblioteca pag. 437 - n. 13* - Mittarelli *annali camaldolesi t. I - n. 35 - È errato l'anno dell'imperio - Questi due documenti sono subbietto di grande controversia tra* Mittarelli, Muratori, Grandi e Amadesi *cronotassi II 241* - Duret *nel Geschichtsblätter aus des Schweiz etc. num. XVIII pag. 296 n'ha ritentato l'illustrazione. Il* Theologischen quartalschrift *1856 pag. 337-47 Tübingen - è entrato esso pure in lizza su questi diplomi.*

In Nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Amen. Temporibus domini nostri Johannis summi pontificis et universalis papae in apostolica sacratissima beati Petri apostoli domini sede anno VII. Sitque imperante Berengario piissimo perpetuo, augusto, pacifico, magno imperatore anno X. die VIII. mensis madii indictione VIIII. in massa quae vocatur fiscalia. Notitia brevis recordationis ad memoriam retinendam qualiter dominus Honestus religiosissimus archiepiscopus sanctae ravennatis ecclesiae, et domnus Oldericus vassus et missus de domno imperatore, et Walpertus similiter judex domni imperatoris, et Egerulfus judex domni imperatoris, et Lanfrancus judex domni imperatoris, et Farimundus judex domni imperatoris.... in istorum et aliorum multorum presentia accessit jam dictus domnus Oldericus vassus et missus de predicto domno imperatore cum jam dicto domno Honesto archiepiscopo,

in massa quae vocatur fiscalia, et proclamavit se domnus Honestus archiepiscopus ante eum et ante omues alios, qui in eodem loco erant de cunctis hominibus de predicta massa fiscalia, ipsi nolebant servire neque obedire sibi neque ad sanctam ravennatem ecclesism beati Apolenaris secundum quod a sancta romana ecclesia et universali dsta et tradita fuerat predicta massa in praescripta sancta ravennate ecclesia beati Apolenaris in perpetunm possidenda. Et cum boc andisset predictus domnus Oidericus vassus et missus domni imperatoris, sic coepit interrogare ei qnestionare ipsos predictos homines de predicta massa fiscalia: quare non servitis, et non vultis obedire domno Honesto archiepiscopo, et sancto Apolenari? Et ipsi responderunt omnes una voce: nos non scimus quod ista massa sit data et tradita à sancta romana ecclesia in sanctam ravennstem ecclesiam sicut ille dicit: et sic periegere fecit perscriptus domnus archiepiscopus praecepti psginam, et emancipationis quae facta est et tradita a sancta et universali romaua ecclesia in sanctam ravennatem ecclesiam de supradicta massa fiscalia, unde omnes pariter magno timore perterriti confessi suut. Et iaudantes omnes jndices qui in eodem loco erant cum suprascripto domno Olderico, et domno Honesto archiepiscopo juraverunt omnes de tota massa habitantes unusquisque coram cunctis qui ibi in eodem loco erant, quia ab ipso die in antea numquam amplius adversus sanctam ravennatem ecclesiam resistere debent, sed semper obedientes existere debent praedictae ecclesiae sancti Apolénaris et omnibus archiepiscopis de Ravenna in perpetuum, et praedicto domno Honesto archiepiscopo. Insuper posuit bannum praedictus domnus Oldericus missus domni imperatoris super caput domni Honesti archiepiscopi in centum libras auri, medietatem camerae imperatoris et medietatem camerse sancti Apolenaris. Insuper obligaverunt se omnes habitatores de praedicta massa in manu praedicti domni archiepiscopi, quod si ipsi vel sui filii et heredes unquam in aliquo tempore adversus sanctam ravennatem ecclesiam insurrexerint, aut si obedientes aliquo tempore permanserint se omnes cum suis filiis et haeredibus daturos praescripto Honesto archiepiscopo suisque successoribus in perpetuum pene nomine auri rupti optimi libras centom, et in perpetuum faciturl et contenti.

✠ Signum manus domni Olderici vassi et missi domni imperatoris.

Walpertus jndex domni imperatoris interfui et subscripsi.

Egerulfus judex domni imperatoris interfui et subscripsi.

Lanfrancus judex domni imperatoris interfui et subscripsi.

Wallarius judex domni imperatoris interfui et subscripsi.

Ego Petrus in Dei nomine tabellio de Vico Maderio scriptor hujus notitiae, jubente ipso domno Oiderico misso domni imperatoris, interfui et subscripsi.

XXII.

anno 929.

Diploma inedito dei duchi Landolfo e Atenolfo a Giovanni abate di Montecasino, dopo la sconfitta dei saraceni, inedita dall' archivio di Montecasino » cap. princip. dipl. 10 - 19 - e dal regesto di Pietro diacono (ivi tra il numero 241 - 42). La cronologia manca e si argomenta da diplomi precedenti e susseguenti.

In nomine domini salvatoris nostri J. C. Dei aeterni Landolfus et Atenolfus divina ordinante provvidentia longovardorum gentis principes cum principalis excellentia petitione dilecti sui clementer fact.

Igitur noverit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum sagacitas, Petrum venerabilem electum s. capnanae sedis nostrumque dilectissimum nostram obsecrasse excellentiam ut in monasterio beatissimi Benedicti situm in castro Casino, ubi nunc Deo favente Joannes venerabilis abbas regimen tenere videtur, confirmaremus concessionem quam bonae memoriae noster genitor in eadem monasterio, temporibus Leoni abbati, firmavit in eo scilicet ardire ut subtus declaramus sicut et praedicta continet concessio de qua re expetiit in eodem monasterio fieri firmitatem cujus precibus libenter assensum preventes has nostrae munificentiae apices exinde fieri jussimus. Per quos omnino sancimus et perpetualiter nostris ac futuris temporibus concedendo firmamus in eodem venerabili loco omnia et in omnibus quaecumque praecepta seu condonationes vel offertiones aut cessiones a singulis imperatoribus, regibus, ducibus et principibus longobardorum nec non a pontificibus romanae sedis seu a reliquis viris, Deumque timentibus, in eodem venerabili loco concessa sive collata fuerunt usque nunc vel amodo et deinceps in futurum ibi concessa fuerint: simulque et omnes commutationes vicariationes seu cambiationes quas pars ejusdem monasterii cum quibuslibet episcopis abbatibus seu rectoribus ac custodibus ecclesiarum, xenodochiorum prepositis vel cum qualibet magna aut parva persona

firmatos habet vel si quislibet pro sue anime redemptione se in eodem s. cenobio offeruit cum suis rebus aut amodo et deinceps afferre se ipsum vel suas res voluerit integra omnia firmiter in eodem sacratissimo concessa permaneant loco et que ab antiquis temporibus rectores ipsius loci legaliter tenuerunt in sua ditione teneantur atque possideant et in antea, quia omnibus prenotum est quo modo primitus in jum dicto castro Casino a nefandissima gente sarracenorum et postea in Teano plurrima monimina ejusdem monasterii Dei judicio igne cremata sunt. Propterea statuimus atque confirmamus ut amodo et per cuncta succedentia tempora omnia, quae superius a nobis in eodem sacro loco concessa sunt firma atque immobilia ibi permaneant pro nostre anime redemptione et abolenda facinora parentum nostrorum, sine contrarietate vel molestia seu inquietudine comitis gastaldei vel judicis vel cujuscumque personae contradictione vel inquietudine ut nullus quispiam ex hiis omnibus prelegitur, quiqquam invasionis aut contrarietatis ingerere nllo unquam tempore presumat, sed quieto ordine omnia quae supra legnntur habeat et possideat predictum monasterium imperpetunm in nullo ibi contrario ingerente. Quod si quispiam contra hanc concessionis firmitatem precepti quoque modo violare presumpserit, sciet se esse compositurum in eodem venerabili loco auri libram unam. Et haec concessio praecepti firma permaneat imperpetuum. Ut autem haec nostra concessio firma permaneat imperpetuum, manu propria scripsimus et ex annulo nostro subter jussimus sigillari

Signum domini nostri Landolfi gloriosi principis

(*adest sigillum cereum*)

XXIII.

18 gennaio 926.

Privilegio di Giovanni pp. X al monastero di Subiaco - inedito dal regesto Sublacense - il codice sessoriano E - CCXVII f. 27 - 33 - porta solo la rubrica.

Joannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio nostro Leoni reverendissimo abbati venerabilis monasterii s. Benedicti abbati confessoris Christi prope Sublacum siti; tibi, tuisque successoribus in eodem monasterio in perpetuum. Apostolicae namque dignitati concedere, ac suppetias ferre congruit, et poscentium animos sua nimirum auctoritate roborare; qui omnium lucra, potissimum praemium apud conditorem omnium Deum repositum expectant: tunc maxime cum venerabilia loca opportune ordinata, et ad meliorrem frugem reparata fuerint. Quia igitur a nobis petisti fundum Puceium integrum, in quo aedificatum est venerabile monasterium Sublacense: et fundum Turisianum integrum cum suis pertinentiis; nec non et sex fundos scilicet, Cescianum et Moletianum integrum; casam Sirilli, cum ecclesia s. Stephani; Scutagerarium, Maliolanum, et Castri, in integrum cum omnibus eorum pertinentiis. Item fundum dictum casa Paulini, cum ecclesia s. Petri in solitudine posita iuxta fluvium castri Sublaci, ex corpore massae appellato Jubenzanae sito in territorio tiburtino: nec non fundum Ecii; fundum Aprunianum; Cloianellum, cum s. Angeli ecclesia, in deserto sitam in integrum, cum omnibus eorum pertinentiis iuxta dictum flumen Aniene. Item portionem unam trium fundorum, qui Bernaclanum, atias Vineola et Monticellum vulgo appellatur: fundum Opinianum, Storaciaunm, Septinianum, Sessanum, Arginianum, Marcianum, Spatanum, Piceranum, Olibula, Larcianum, Canianum, Sinianum, cum omnibus eorum pertinentiis, ad ipsas tres portiones integraliter et generaliter pertinentibus. Item cellam in Falconiano loco extructam, cum ecclesia s. Nicolai et suis pertinentiis, sitam in territorio Ferentinello minore. Item olivetum integrum clausum in Ferentinello maiore situm: fundum quoque Fortilianum appellatum, in quo portio vineae una cum ecclesia s. Bar-

barae cum omnibus suis pertinentiis : item molendinum unum integrum cum suis pertinentiis in Trullo positum. Item tres fundos, scilicet Fontelanum, Antecesanum, et Ofacianum integros: vineae quoque clausuram integram clausam per se in Gallorum casa positam in territorio Ferentinello minore: alteram quoque vineae clausuram integram in Planello maiore sitam; et sex vineae partes positas in Planello minore: duas etiam vineae partes in loco appellato Goialdo. Item tres vineae portiones in capite vineae Maii sitas; una cum altera parte in extremo eiusdem vineae posita. Item duas portiunculas ex vinea loci Neronis; altera ex vinea in Planello sita: clausuram quoque integram ad locum Mandrae: pari modo et peliolam ex loco Cornetti vocatam. Item et clausurellam unam in collis extremo, ac quatuor portiunculas de vinea eadem post collem sita. Supradictae omnes vinearum portiunculae et clausurae, consistens in territorio Sublacensi iuxta ipsum monasterium. Item fundum appellatum Casanicum, et fundum integrum Jubentianum: portiunculam quoque vineae unam fundi Puzali; et portiunculas quatuor loci dicti Cicerara. Item Oratorium s. Gemiliani, una cum integra domo, horto, et aliis suis pertinentiis positis intus urbem Romam in prima regione super fluvium Tiberim. Aliam quoque domum integram cum horto, vinea, et puteo, aliisque suis pertinentiis intus eandem urbem in prima regione in ripa graeca iuxta marmoratum super fluvium Tiberim: item et aliam domum cum horto, puteo, et vineato, caeterisque suis pertinentiis positam in secunda regione urbis iuxta venerabilem ecclesiam quatuor coronatorum. Item turrim unam intus civitatem tiburtinam cum suis pertinentiis. Praeterea concedimus huic venerabili monasterio hoc nostro apostolico privilegio, pro Dei amore, animaeque nostrae mercede, ac restauratione ipsius sancti loci, clausuram unam integram vineae positae in territorio tiburtino iuxta silicem, ascendentem prope ipsam civitatem cum omnibus suis pertinentiis. Item integram domum una cum curte sua, horto, usque aquae, ac omnibus suis pertinentiis, Romae sitam in secunda regione iuxta formam Claudiam, ubi antea residere solebat Joannes bonae memoriae Grifi, iuxta portam maiorem. Quae omnia et singula suprascripta in proprium usum, ac ipsius venerabilis monasterii commodum possidenda ac tenenda vobis concedimus; et hoc nostro privilegio apostolico confirmamus quemadmodum diplomate suo, vobis piae memorie dominus Nicolaus papa, praedecessor noster confirmavit; ita et nos vestris inclinati precibus, per hujus privilegii seriem, confirmamus suprascripta omnia immobilia loca, hac praesenti decima quarta indictione; vobis, vestrisque successoribus perpetuo detinenda, et possidenda, Statuentes apostolica censura, et apostolorum principis beati Petri auctoritate; sub divini iudicii obtestatione, et anathematis vinculo; ut

nullus quavis auctoritate, aut dignitate praemineat, ipsa loca praenominata a potestate, et ditione praedicti monasterii auferre, seu quovis pacto alienare praesumat; sed potius in proprium usum ac commodum eius omni tempore usque in saeculi finem permanere decrevimus. Si quis autem, quod non optamus, temerario ausu contra hujus nostri apostolici privilegii praeceptum agere praesumpserit, aut quoquo modo aliquo tempore conquassare voluerit; sciat se anathematis vinculo esse innodatum, atque a Dei regno alienum, et cum diabolo, ejusque atrocissimis poenis, ac cum Juda domini nostri proditore aeterno igne concremandum, et in voraginem tartarei chaos submergendum, cumque omnibus damnatis damnandum. At qui hujus nostri apostolici praecepti observator extiterit, misericordiam, benedictionisque gratiam a misericordiosissimo domino Deo nostro consequi mereatur: ideoque hoc statuimus, ut cuncta servorum Dei congregatio ejusdem monasterii, expleta matutinali synaxi, pro animae nostrae redemptione, omni tempore centum kyrie eleison, et totidem Christe eleison persolvant. Scriptum manu Adriani notarii regionarii, et scriniarii s. r. e. Datum decimo quinto kalendas februarii: manu Demetrii Dei providentia arcarii sanctae sedis apostolicae. Anno propitio Deo pontificatus domini Joannis summi pontificis, et universalis papae decimi in sacratissima beati Petri sede residentis duodecimo; mense praedicto indictione decima quarta.

XXIV.

anno 925-28

=

Lettera apostolica di Giovanni X all' arcivescovo di Spalatro e tutti i suoi suffraganei, colla quale li riprende di aver intramesso gli offici di riverenza e sommessione colla s. Sede; di aver aperto il varco nelle loro chiese a liturgie e dottrine straniere; li esorta a dar mano coi legati della s. Sede a toglier di mezzo ogni scandalo - condanna l' uso della lingua slava nelle sacre cerimonie - pubblicato da Farlati *nell'* Illirico sacro III. 93. Migne *e* Jaffe *n' hanno dato soltanto la rubrica e cronologia.*

Joannes episcopus servus servorum Dei reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Joanni s. salonitanae ecclesiae archiepiscopo omnibusque suffraganeis.

Cum religio vestrae dilectionis per tot annorum curricula, et mensium spatia sanctam romanam, et apostolicam, atque universalem ecclesiam, in cujus cathedra Deo auctore nos praesidemus, visitare neglexit, omnino miramur. Cum per caritatis augumentum omnis religio ad soliditatem fidei, et ad lapidem pertinet, sicut scriptum est: tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam; meam videlicet, quid non aliud dicere, nisi absque reprehensione, et in fidei robore solidatam, non habentem maculam, aut rugam, a qua omnes ecclesiae augumentum intelligentiae, atque saporem bonae doctrinae suscipere debent? Et quia fama revelante cognovimus per confinia vestrae parochiae aliam doctrinam pullulare, quae in sacris voluminibus non reperitur, vobis tacentibus, et consentientibus, valde doluimus, juxta illud apostoli: si quis aliud docuerit, praeter id quod in sacris canonibus, atque voluminibus reperitur, etiam si angelus de coelo fuerit, anathema sit.

Sed absit hoc a fidelibus, qui Christum colunt, et aliam vitam per operationem se credunt posse habere; ut doctrinam evangelii atque canonum volumina apostolicaque etiam praecepta praetermittentes, ad Methodii doctrinam confugiant, quem in nullo volumine inter sacros auctores comperimus. Unde hortamur vos, dilectissimi, ut cum nostris episcopis Joanne scilicet sanctae anconitanae et Leonae sanctae Palestrinae ecclesiarum Dei juncti, cuncta per Sclavinicam terram audacter corrigere satagatis: ea videlicet ratione, ut nullo modo ab illorum supradictorum Episcoporum doctrina in aliquo deviare praesumatis. Ita ut secundum mores romanae ecclesiae Sclavinorum terra ministerium sacrificii peragant, in latina scilicet lingua, non autem in extranea, quia nullus filius aliquid loqui debet, vel sapere, nisi ut pater ei insinuaverit; et quia Sclavi specialissimi filii sanctae romanae ecclesiae sunt, in doctrina matris permanere debent, sicut ait apostolus; filioli quos per doctrinam evangelii ego genui, et iterum: filius sapiens laetificat patrem. In hoc utique gaudemus, si Sclavi nostram doctrinam sequi delectentur, ut Deo sacrificium gratum exhibeant. Quoniam qui non fide sacrificant et Deo pura libamina offerunt, vereor ne illis veniat, quod scriptum est: maledictus homo qui opera Dei negligenter facit. Unde vos moneo, ut mala radix in vestris partibus minime pullulet; sed vestra praedicatione assidua defaecata maneat; ut Deo fructum offerre valeatis per praedicationem vestri ministerii, alium centesimum, alium sexagesimum; qui habet aures audiendi audeat.

XXV.

anno 925-28.

=

Lettera di Giovanni X a Tamislao duca di Croazia e Michele duca di Chiumla, ai vescovi e ottimati, clero e popolo di Dalmazia e Schiavonia - li loda per l'antichità e vigore della loro fede - li riprende per l'uso introdotto nelle sacre liturgie della lingua volgare - li conforta ad educare i figli nelle buone lettere e coltivare la lingua latina - pubblicato da FARLATI *nell'*Illirico sacro - MIGNE *e* JAFFE *n'hanno dato la rubrica e cronologia.*

JOANNES episcopus servus servorum Dei dilecto filio Tamislao regi croatorum, et Michaeli excellentissimo duci chnlmorum, nec non reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Joanni sanctae salonitanae ecclesiae archiepiscopo, omnibusqne episcopis suffraganeis; verum etiam et omnibus zupanis cunctisque sacerdotibus, et universo populo per Sclavoniam et Dalmatiam commorantibus, dilectissimis filiis nostris.

Divina omnipotentis Dei dispensatione hoc factum est, ut sollicitudo omnium ecclesiarum nobis commissa esse credatur; ea videlicet ratione, ut spirituali augumento valeamus nequitiae caliginem radicitus extirpare ab omni coetu christianorum, praesertim ab illis, qui specialissimi filii s. r. ecclesiae comprobautur. Quis enim ambigit sclavinorum regna in primitiis apostolorum, et universalis ecclesiae esse commemorata, cum a cunabulis escam praedicationis apostolicae ecclesiae perceperunt cum lacte carnis, sicut Saxones novo tempore a nostro antecessore piae memoriae Gregorio papa doctrinam pariter et litterarum studia, in ea videlicet lingua, in qua illorum mater apostolica ecclesia infulata manebat. Unde hortamur vos, dilectissimi filii, ut caritas Dei per zelum rectitudinis in vestris resplendeat cordibus, quatenus ab omni torpore mentibus expulsi Deo omnipotenti placere possitis; et quia in decalogi mandato commissum

est, ut decimas, et primitias ex nostris facultatibus contulissemus; in novo quippe praeceptum est, ut non solum ex facultatibus, verum etiam ex nostris diebus in spatio vitae praefixis, Deo decimas offeramus. Unde hortamur vos, o dilectissimi filii, ut vestros tenerrimos pueros a cunabulis in studio litterarum Deo offeratis. Quatenus divinitus informati vos suis admonitionibus valeant relevare ab illecebris delictorum ad supernam patriam, in qua Christus est cum omnibus electorum agminibus. Quis etenim specialis filius sanctae romanae ecclesiae, sicut vos estis, in barbara, seu Slavinica lingua Deo sacrificium offerre delectatur? Non quippe ambigo ut in eis aliud maneat, qui in Sclavinica lingua sacrificare contendunt, nisi illud quod scriptum est: ex nobis exierunt, et non sunt ex nobis. Nam si ex nobis essent, manerent utique nobiscum, nisi in nostra conversatione, et lingua. Unde iterum, atque iterum vos monemus, dilectissimi filii, ut in vestra conversatione maneatis, et linguam, et praecepta revendissimorum episcoporum Joannis sanctae anconitanae ecclesiae, et Leonis nostri familiarissimi, a nostro latere vobis transmissi, in omnibus nobis creduli, atque perspicaci industria suffulti sanctae Palestrinae ecclesiae audiatis. Quod vobis attentius commendamus, ut illorum admonitionibus obediatis, et quidquid vobis ab illis iniunctum fuerit ex divinis sive canonicis argumentis, sub omni celeritate obedienter adimplere satagite, si non vultis sequestrari a nostro collegio.

XXVI.

anno 928.

=

Lettera di Giovanni X a Rodolfo re dei francesi, a Guido arcivescovo di Lione, ai vescovi Stateo e Bernone, ai conti Ugo e Gisleberto colla quale raccomanda loro il monastero di Cluni - pubblicato dal Bollario cluniacense - *pag. 2* - Migne *t. CXXXII pag. 812 - num. 14* - Mabillon - *annali benedettini t. III - pag. 365* - Gallia christiana *t. IV - pag. 1052.*

Joannes episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Rodulfo glorioso regi francorum, nec non reverendissimo et sanctissimo confratri nostro Widoni sanctae lugdunensis ecclesiae archiepiscopo atque reverendissimis episcopis Stateo et Bernoni, comitibus Hugoni et Gisleberto.

Anditum nostris apostolicis auribus quod Guido abbas per violentiam abtulit a Cluniaco hoc, quod Berno abbas de potestate gigniacensis monasterii sub censu tenendum legaverat. Quapropter monemus dilectionem vestram, quatenus res omnes illas cluniensibus restituatis. Quia vero praedictus Wido conqueritur quod Berno abbas hoc legaliter non fecit, pro eo quod terminum temporis ac personarum in illo suo testamento non posuint: nos, ad quorum dispositionem utraque loca pertinent, jubemus et constituimus ut, quamdium ex illis monachis, qui in Ginniaco professionem fecerunt, aut oblati sunt apud Cluniacum, aliquis vixerit, res ipsas monachi clunienses teneant sub nostra ditione, nisi forte ipsi monachi sua sponte res ipsas dimiserint. Caeterum vobis, o fili Rodulfe, et fidelibus tuis, qui monasterio cluniensi prodesse valeant, attentius et abatem et congregationem vestrae dilectioni commendamus atque locus ille, qui sanctae nostrae sedi commissus est, sese pro amore apostolorum, mundi videlicet judicum, atque paterna dilectione bene gaudeat elegi se.

XXVII.

anno 928.

Lettera di Giovanni X in favore del monastero di s. Lomer-sur-montier - conferma le donazioni di Guglielmo conte di Auvergne e raccomanda all' episcopato e ai principi di Francia quei monaci che venivano ragranellandosi dopo la dispersione e le violenze dei barbari - pubblicato da Mabillon *A. ss. ord. s. Bened. saecul. IV - p. II - pag. 254 -* Migne *t. CXXXII - pag. 809 num. 12 - Da alcuni fu tortamente attribuita a Giovanni VIII.*

Joannes episcopus servus servorum Dei omnibus episcopis et senioribus Galliae caeterisque sanctae Dei ecclesiae fidelibus salutem.

Quoniam ex successorum apostolorum pietate sic universaliter debemus consulere cunctis, ut singulorum quoque causas sine fastidio debeamus cognoscere, studendum nobis est, non minus velle prodesse, quam praeesse. Noveritis itaque illustrem nobis charissimum arvernorum praesidem Willelmum et uxorem ejus Ingelbergam per fideles sibi legatos Adalelmum scilicet reverendissimum episcopum, Ocbertum et Calseum clarissimos viros manifestasse nobis, qualiter pro Dei amore susceperint monachos sancti Launomari confessoris Christi cum corpore ipsius sancti, persecutione diutina paganorum a suo loco fugatos; quodque eis ad refugium ipsi donaverint aliquid de rebus suis in praesenti et, si opportunitas se illis praebuerit, deinceps plura daturos quae sunt in partibus arvernicis, id est villam Magenciacum cum ecclesia sancti Petri nomine consecrata: et vineam indominicatam ejusdem villae et aliam villam juxta Magenciacum, et juxta illas villam quae dicitur Blavignacus partemque in villa quae vocatur Espidincus (*Espezin*) mansos duos; et in villa Regniaco (*Regnac*) vineam indominicatam; et in villa Malamonte omnem haereditatem cujusdam Asterii, quam de Geraldo et de Lucretia ejus uxore acquisiverunt: et in Barennis vineam indominica-

tam et in ipso comitatu villam Bornicum (*Bort*) quam de ..... acquisiverunt: et super fluvium Dore in comitatu Claromontensi villas Piscatorias cum servis et ancillis, pratis, terris, cultis et incultis, silvis, et manso, quae de Fulcherio commutaverunt, et similiter Prisciniacum (*Precignac*) cum omni integritate et tres alios mansos juxta positos, scilicet Vallecinga, Floriacum, Montjocundum. Super qua re suggesserunt vigilanter apostolatui nostro, quem vice beati Petri tenemus, per religiosum et venerabilem episcopum Adelelmum et supra nominatos Ocbertum et Calseum nobiles viros, sedem romanam de more scilicet devote adeuntes, ut ipsam eorum donationem secundum consuetudinem praedecessorum nostrorum sanctae sedis apostolicae privilegio firmaremus, propter quorumlibet in posterum certam cupiditatem vel inquietudinem: quatenus omni deinceps tempore absque quorumcumque cupiditate vel subreptione monachi cum ipso abate, ipsi et successores eorum, possint ibidem consistere, et sui propositi normam optime servare. Quorum piis actis congaudentes et justis petitionibus annuentes, decernimus per hoc apostoli ae auctoritatis privilegium, perque illam potestatem quam a Deo in beato Petro apostolo accepimus, ut tam ipsae res supra nominatae, quam aliae, quas vel ipse Deo amabilis praeses et ejus uxor Ingelberga, vel alii forte Dei amatores deinceps eisdem monachis vel successoribus eorum donaverin , Domino salvatori nostro sanctoque Petro atque beato Launomaro deserviant in usibus monachorum et diversis utiiitatibus, adveniente nunquam christianorum... qualibet occasione, aliquam sustineant calumniam: sed liceat servis Dei ejusdem loci cultoribus, cum consilio et voluntate abbatis sui ea stabili firmitate, sicut eis expedierit, tenere et gubernare. Si quis autem cupiditate vel aliqua malignitate ductus eorum testamentum e hoc nostrae auctoritatis privilegium aliqua occasione conatus fuerit infringere et de ipsis rebus saepedictis servis Dei aliquam calumniam vel molestiam ingerere... aut abbatem eis imponere, nisi solum illum, quem concors omnis congregatio sibi ex sese elegerit, qui eis prodesse et praeesse secundum regulam beati Benedicti valeat, hunc auctoritate sancti Spiritus sanctorumque apostolorum a liminibus sanctae Dei ecclesiae et a communione corporis et sanguinis D. N. J. C. atque consortio omnium christianorum anathematis vinculo ligatum separamus: ut nisi cito resipuerit, omnia quae depravaverat, corrigendo, cum rapacibus a regno Dei exclusus, perpetua damnatione feriatur.

XXVIII.

anno 928.

Lettera di Giovanni pp. X ad Almerico arcivescovo di Narbona - pubblicata dalla Gallia christiana *VI - pag. 16 - num. 16 - * Migne *t. CXXXII pag. 811 - n. 15.*

Joannes episcopus servus servorum Dei, Almerico archiepiscopo sanctae Dei ecclesiae narbonensis, dilecto filio et confratri nostro. Litteras ad unanimitate tua nostro directas apostolatui, apostolica patientia suscepimus, et ea quae inotuisti admittentes, condoluimus vos tot pertulisse incommoda, vobisque compassi sumus: quoniam si unum membrum patitur, omnia compati debent, eo quod secundum apostolum et egregium praedicatorem gentium huiusmodi sollicitudinem circumferamus, quis, ut apostolice fateamur, quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror? cum praesertim me humiliarem ut eos lucrifacerem . . . . . esse nolumus ab ipso domino in specula constituti, qui vice beati Petri apostolorum principis coelestis regni clavigeri vos instituere decrevi. Igitur reverentia vestrae fraternitatis postulavit a nobis quatenus sanctae apostolicae nostrae auctoritatis privilegio confirmare deberemus omnes res immobiles eiusdem sanctae primae sedis ecclesiae narbonensis constructae in honore sanctorum Justi et Pastoris, ubi beatus Paulus confessor Christi corpore requiescit, hoc est omnes domos, cellas, ecclesias, villas, curtes, parochias, terras, vineas, prata, silvas, necnon et medietatem salinarum, et telonei, seu raficam et naufragium, monasterium sancti Laurentii et cellas cum omnibus eis pertinentibus una cum familia eorum utriusque sexus et ea quae a piis dominis imperatoribus, et marchionibus, sive aliis Deum timentibus, in eadem ecclesia narbonense, necuon et redense, seu et redense, seu et minerbense atque ansonense, necnon et biterense, sive etiam nemausense et in comitatu besuldunense, monasterium Bagnola, quae est ecclesia fundata in honore s. Stephani martyris; unde salubribus petitionibus vestris inclinati decrevimus, et a praesenti prima Indictione hujus nostrae apostolicae confirmationis privilegio roboramus; et in perpetuum apostolica auctori-

tate confirmamus in usum et solatia eiusdem sanctae primae ecclesiae narbonensis, cui praeesse dinosceris, id est omnes domos, cellas, ecclesias, villas, curtes, parochias, terras, vineas, prata, silvas, necnon et medietatem salinarum et telonei seu raficam atque naufragium, monasterium s. Laurentii et cellas cum omnibus eorum pertinentiis, una cum familia eorum utriusque sexus, et omnia quae a piis dominis imperatoribus, et marchionibus, sive aliis Deum timentibus in eadem ecclesia narbonense collata sunt, vel collatura erunt, tam in ipso comitatu narbonense, etiam et redense, seu minerbense, atque ausonense, necnon et et bitterense, item iure firmissimo a te tuisque successoribus possideri volumus ac dominari.

XXIX.

anno 928.

=

Decreti del concilio nazionale di Spalatro - pubblicati e illustrati da FARLATI *» Illirico sacro III, 97. »*

1 - **QUONIAM** antiquitus b. Domnius ab apostolo Petro praedicare Salonam missus est, constituitque, ut ipsa ecclesia et civitas, ubi sancta eius membra requiescunt, inter omnes ecclesias provinciae huius primatis babeat et metropolis nomen, super omnes episcopos legitime sortiatur; ita dumtaxat ut ad eius iussionem episcopi, qui per divinam gratiam cathedram ipsam retinuerit, et synodus celebretur, et consecratio episcoporum, quia dicente Domino: ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae.

2 - Ut in cunctis ecclesiis in quibus supra recolitur episcopos habitasse, nunc autem clero, ordine, et populis sufficiens adest intra dioeceseos limites, episcopus habeatur; quia iuxta decreta patrum non licet, in modicis civitatibus, vel villis episcopos statuere, ne nomen episcopi vilescat, et ut episcopus vacans vacantem dioecesim cum consilio metropolitani, et caeterorum episcoporum accipiat.

3 - Quoniam minime terminis a patribus statutis transferri debent, unusquisque episcopus descriptos sibi terminos possideat, et alienam dioecesim nullatenus invadat; iure proprio servato in regenerandis, consecrandis, atque a suo episcopo chrisma accipiendum.

4 - Ut possessiones ecclesiarum quae pro peccatis conditorum oblatae sunt ad honorem sanctorum, saecularibus minime mancipentur; quia res Deo semel dedicata humano dominio subdi non debet.

5 - Ut si qua ecclesia vel possessio per privilegium a fidelibus sub anathemate in principali ecclesia s. Petri apostoli subditae sunt, minime subtrahantur quatenus et asserentibus, et res ipsa tuentibus Christi clavigeri Petri teneatur suffragiis.

6 - Ut si divino iudicio in tumultu plebis princeps provinciae occidatur, quia quod a multis committitur, inultum manet, vel pro ipso reatu quis cognoscunt, obnoxii debent esse pro ipsa anima eleemosynas fa-

cere, et si quam ecclesiam dedicavit, vel libertos fecit, defendere, uxorem, aut filios fovere benigne.

7 - Ut si quis malignus, diaboli spiritu afflatus, singulari consilio, sicut Judas, dominum suum occiderit, lapideo collo suspenso, ferro corpore praecinctus, exul poeniteat.

8 - De episcopo ragusitano et catharitano, quorum manifeste una sedes dignoscitur, ipsam dioecesim aequa lance inter se dividant, ita ut si unus dictae ecclesiae pastor obierit, donec ordinetur episcopus, residens episcopus ipsius ecclesiae ecclesiasticam curam gerat.

9 - De Licinio episcopo, ut in ecclesia, in qua ordinatus est contentus permaneat; et nullus deinceps in ea episcoporum, vel presbyterorum missam celebret, donec proprius episcopus eam consecret canonice. Si quis postmodum praesumptor in ea contra praemissa fecerit, a nostro collegio excludatur. Quod si dictus Licinius nec legaliter in sua ecclesia perstiterit haeres; sed eventatus ut extraneus accedens, et in sua mallet prima adhaerere ecclesia, ut praesbiter permaneat.

10 - Ut nullus episcopus nostrae provinciae audeat in quolibet gradu, slavinica lingua promovere: tamen in clericatu, et monachatu Deo deservire, nec in sua ecclesia sinat eum missas facere; praeter si necessitatem sacerdotum haberet, per supplicationem a romano pontifice licentiam ei sacerdotalis ministerii tribuatur.

11 - Ut episcopus chroatorum, sicut nos omnes, nostrae ecclesiae metropolitanae subesse se sciat.

12 - Quod si rex et proceres chroatorum omnes dioeceseos episcoporum infra limites nostrae metropolitanae suo cupiunt vindicare pontifici, nullus ex nostris per omnem provinciam eorum neque regenerationes faciat, neque ecclesias, vel presbyteros consecret, tum in suis sedibus commorantibus provinciae episcopis. Quisquis ad nos accesserit consecrari, regenerari, chrisma sibi dari poposcerit, absque scrupulo omni per totam provinciam ipsa tribuant. De caetero autem ipsi cum suo pontifice Deo reddant rationem de his omnibus, quae in eis christianae religionis dogma defuerit: nostra coram Deo conscientia est absoluta.

13 - Ut in ecclesia, ubi presbyter occisus est, ante satisfactionem ipsius vel plebis, ut congruum ipsi episcopo videtur, nullus missas faciat; et ut a presbyteris res ecclesiae non destruantur: neque semel suscepta ecclesia sine caussa relinquatur. Quod si aliter fecerit, donec perdita restituat et ecclesia propria accipiat, excommunicetur.

14 - Ut uxores propriae deinceps non dimittantur, nisi propter fornicationem; quod si quis dimiserit, sic permaneat; et ut haeredes suos, servos suos litterate studiis tradant. Quicumque christianitatem perfectam habere cupiunt, ut illi eos instanter corripiant, et ipsi eos libenter exaudiant, non ut peregrinos, sed ut proprios.

15 - Quod si sacerdotes incontinenter, propter ipsam continentiam, primam, quam sortitus est, separati a consortio cellae teneat uxorem, si vero aliam duxerit, excommunicetur.

Haec ita habita deliberatione, quae supra scripta continentur, cuncta per ordinem sancta synodus romano pontifici confirmanda per dictos suos legatos episcopos, et Petrum presbyterum spalatensem insertis litteris nuntiare decrevit: quatenus divinitus antiquae religionis dogma in ecclesiis dalmatiarum arbitrio summi pontificis universa praelibata sortirentur. Sed cum terminare cuncta legitime antiquo more praestolaremur . . . Fuit fratris nostri episcopi nonensis, qui sibi vindicare cupiens primatum dalmatiarium episcoporum, hoc, quod non expediebat contra dictum synodum in auribus apostolicis iniustum iniecit certamen. Quam ob rem diversa et nunciis recitantibus de his praesentibus, et litteris patentibus non aequalia, ambiguitas romanae ecclesiae facta, non definita ad nos et finienda adhuc, epistola a reverendissimo papa Joanne per legatum nostrum remissa est, cuius vero epistolae tenor hic est.

XXX.

anno 928.

=

Lettera di Giovanni X all' arcivescovo di Spalatro conferma il sinodo spalatrino, ad eccezione di un punto di giurisdizione, sul quale riserba all' apostolica Sede il pronunziare sentenza e cita le parti innanzi a se - pubblicata da Farlati nell' Illirico sacro e *citata da* Jaffe e Migne.

Ioannes episcopus servus servorum Dei reverendissimo, et sanctissimo confratri nostro Joanni sanctae Salonitanae ecclesiae archiepiscopo, omnibusque tuis suffraganeis episcopis.

Quia in vobis orta fuit contentio ante nostrorum legatorum praesentiam de ecclesiasticis negotiis, volumus ad limina apostolorum venientes ante nostram, nostrorumque episcoporum praesentiam cuncta definire satagatis; quia tunc perfectio religionis adimpletur, cum per canonicae disciplinae regulas, quod quondam ordinatum fuerat, per nos emendare comprobatur. Nam vestras litteras suscipientes investigare non distulimus, et quia illic maxima erat impressa murmuratio, suspendere hoc curavimus, ut ante nostram presentiam, aut tu cum Gregorio, aut unus vester suffraganus episcopus veniens cuncta per ordinem nobis revelent, quatenus per viam justitiae incedentes, quidquid rectum est inter vos definire valeamus. De ceteris autem capitulis vobis innotescimus, quatenus hac ratione excepta, quicquid synodaliter nostri legati episcopi vobiscum una statuerunt, a nobis confirmata existant. Sed quia minime res praelibata, tumultuantibus vobis, finiri valuit, nihil dignum religionis ecclesiastica dogmata sumere potuit.

XXXI.

7 settembre 927.

=

Carta inedita del regesto farfense, ed in essa un rogito memorabile per le sottoscrizioni di molti magistrati coetanei di pp. Giovanni X - inedita dal Codice sessoriano CCXVII - E - dal regesto farfense *n. 23 pag. 45.*

Anno Deo propitius pontificatu domni Joannis summi pontificis et universali decimi pp. in sacratissima sede beati Petri apostoli XIIII indictione I mense septembrio die VII. Quoniam certum est nos Theodora seu Anastasia et Lea honestae faeminae germanae sorores filiae quondam Leoni prior scholae confessionis venerabilis basilicae beati Pauli apostoli seu Pretiosa jugalibus una p. consensu et voluntate de Benedicto seu Joanne viris nostri hac die decisemus et eisimus atque tradimus nec nou et venundavimus nullo nobis cogente neque contradicente aut vim faciente, sed propria spontaneaque nostra voluntatis nobiscum domni Theophilacti prioris venerabilis basilicae beati Petri apostoli scholae confessionis seu Christoduli hon. fem. jugalibus cognatibus vestrisque haeredibus vel cui eam vobis concedere et largire placueritis. Id. omnem portionem nostram in integro competentem de Filum Saline unum portionem nostram cum omnibus in integro ad eam pertineutibus positum in Burdunaria in pedica quae vocatur Stainellum inter consortium aliarum partiar. de consortibus nos'ris juris ven. tit. s. Marci. Unde et cha tertio generi et cha venditionis nova quidem vobis concedimus et venumdavimus p. quastam onem portione nram in integro competente de Filu Saline cu oib ad eas pertinentibus. Accepimus nos sctae venditrice una p. consensu et voluntate de viris nris. A vobis q. subi emptoris coram presentia subscriptor. testib. videl. In argento mancusos bonos novos qualis p. tempore fierint numeru sex pro unoquoque mancuso aera denariis XXX nobisque placabilis in omne vera decisione et ab odierna die licentia habeatis et potestate in oem portione nram in integro copetente de Filu Sabine in Burdunaria im pedica q. voc. Stagnellu et cu. oib. ad ea pertinentib. de presenti introeundi utendi fruendi possidendi vendendi et mu-

tandi seu cha nomine vro vrisq. heredibus renovandi et annue pensionis persolvendi vel qtqt exinde facere sive pagere volueritis in vra vrisq. heredib. sit potestate et nnqua a me neq. etia a nulla magna parvaq. persona a nobis submissa contra vob. vrisq. heredib. questione seu caluma abebitis. Sed si etiam qualiscumque persona de oia ut supius scriptu est questione seu litis aut caluma vob. vrisq. heredib. exinde fecerint. Tunc stare me una cu heredib. meis ea defendere permittimus in oi tpre et ab oi hone et in oi loco ubi vob necesse fuerint. In q. et juratis dicem. p. dm emptu scaeq. sedis aplce seu salutem viri beatiss. don. Johi scissimi decimi pp. Haec omnia quae praesens hujus cessio venditionis chartae seriem textus eloquitur inviolabiliter conservare atque adimplere promittimus. Si enim quod absit quoque tempore nos vel heredibus nostris contra vobis vestrisque heredibus et contra hanc cessio venditionis charta quam sponte fieri rogavimus agere aut causa re praesumpserimus pro quovis modum ingenii quod sensum humanum intelligere vel capere potest non solum perjurii reatum incurramus verum etiam daturi nos promittimus vobis vestrisque haeredibus ante omnem litis initium pene nom. ipsum pretium in duplum et post penam absolutionis manentem hanc cessio venditionis charte seriem in suam nihilominus maneat firmitatem. Quam scribendam rog. Leone in Dei nom. consul et tabellio urbis Romae in qua et nos q. stas subtus manu propria sig. sce crucis fecimus et testes qui subscriberent rogam et vob. sstl et didim in mse indic. sbsta prima

✠ sig. manu ssta Theodora seu et Anastasia et Lea hon. fem. germane sorores consentiente sibi Benedict. seu Johs viri nostri

✠ Theophilactus consul et dux in hanc charta consensi et manu propria subscripsi et testes qui subscriberent rogavi

✠ Petrus in hanc charta rogatus tes.

✠ Faustu tes. rog.

✠ Paulus consul et dux tes. rog.

✠ Gratianus consul et dux tes. rog.

Ego Leone in Dei noe consul et tabellio urbis Rom. complevi et absolvi.

CODICE DIPLOMATICO E BOLLARIO

DI

ONORIO II.

XXXII.

anno 1122.

Lettera di Adalberto arcivescovo di Magonza a s. Ottone vescovo di Bamberga - lo riprende e lo invita al sinodo a nome del cardinal Lamberto legato - pubblicata da Ussermann *„ vescovado di Bamberga allegati pag. 55 -* Migne *CLXXIII 1330 - n. 21.*

Adelbertus Dei gratia sanctae moguntinae ecclesiae, licet indignus et humilis, minister, Ottoni dilecto et venerabili fratri suo Babenbergensi episcopo, fraternam in Domino dilectionem et orationes.

Fraternitatem vestram coram Deo et hominibus hactenus laudabiliter vixisse, et contra haereticos tempore hujus schismatis plurimum desudasse pro ecclesia, nulli pene dubium est. Quanto igitur zelum vestrum erga Deum et ecclesiam ferventiorem dudum esse cognovimus, tanto magis nunc miramur, quod tamen salva fraterna charitate dicimus, vos Deo et ecclesiae minus devotum existere, et quodammodo refrixisse, cum jam magnum ostium nobis apertum sit recuperandae unitatis ecclesiasticae, cum jam bonum certamen nostrum Domino cooperante pervenerit ad finem, et nunc quammaxime nobis et omnibus orthodoxi summopere satagendum sit, ut quod dudum a nobis est incohatum bene, votivum in Dei nomine sortiatur effectum.

Dilecioni vestrae pridem significavimus ut sanctae apostolicae sedis legato et fratribus nostris coepiscopis vestris, ac caeteris catholicis principibus in loco, qui dicitur Piefeld, occurrere velletis, et Wirzeburgensis episcopi una nobiscum interesse ordinationi. Ad quam utique prompto et alacri animo etiam non rogatus venire debueratis, non solum quia coepiscopus, sed etiam quia concivis vester est et jure propinquitatis ipsum quodammodo familiarius et specialius diligere debetis. Sed quia venire neglexistis, dominus cardinalis usque ad satisfactionem a divino officio, caeteris consentientibus, vos suspendere voluit. Nos autem pro

singulari amore et reverentia veriti ne quid durius contra vos diffiniri deberet, vix obtinuimus.

Nunc itaque fraternitatem vestram rogamus, et ex auctoritate domini papae et apostolicae sedis legati et nostra praecipimus, ut universali concilio in nativitate sanctae Dei genitricis Moguntiae celebrando omni amputata occasione vestram exhibeatis praesentiam ut ibi et domini papae legationem cognoscatis, et de statu ecclesiae una nobiscum in commune consulatis. Si qui vero episcoporum huic sancto concilio interesse neglexerint, sciant se ex auctoritate domini papae et apostolicae sedis legati et totius concilii synodali sententia, qua hujusmodi praesumptores feriendi sunt, modis omnibus, subjacere.

XXXIII.

anno 1122-23.

Lettera di Boleslao duca di Polonia a s. Ottone - lo invita alla conversione di Pomerania - pubblicata da Meiller *„ vita di s. Ottone pag. 106* - Ussermann *„ vescovado di Bamberga - allegati* - Migne *CLXXIII - 1356.*

Domino suo et patri amantissimo Ottoni venerabili episcopo, Bolezlaus dux polonorum filialis obsequii humilem devotionem.

Quia in diebus iuventutis tuae apud patrem meum decentissima te honestate conversatum memini, et nunc quoque Dominus tecum est, firmans te et benedicens tibi in omnibus viis tuis, si tuae non displicet dignitati, veteres tecum renovare animo sedet amicitias, tuoque consilio simul et auxilio uti ad Dei gloriam promovendam, ipsius gratia coadiuvante.

Nosti enim, ut arbitror, quomodo pomeranorum cruda barbaries, non mea quidem, sed Dei virtute, humiliata, sociari ecclesiae per baptismi lavacrum, seque admitti petivit. Sed ecce per trienninm laboro, quod nullum episcoporum vel sacerdotum idoneorum mihique affinium ad hoc opus inducere queo. Unde quia tua sanctitas ad omne opus bonum prompta et indefessa praedicatur, rogamus, pater amantissime, non te pigeat, nostro comitante servitio, pro Dei gloria tuaeque beatitudinis incremento, id laboris assumere. Sed et ego tuae fraternitatis devotus famulus impensas omnes et socios itinerum et linguae interpretes et coadiutores presbyteros, et quaecunque necessaria fuerint, praebebo. Tu tantum, sanctissime pater, venire dignare.

XXXIV.

prima dell' 8 settembre 1122.

Lettera del cardinale Lamberto di Fiagnano legato in Alemagna di pp. Calisto II a s. Ottone arcivescovo di Bamberga - edita con Uldarico di Bamberga *presso* Eccard. *II pag. 307 - num. 304 - È gran maraviglia come quel tesoro di monumenti del medio evo, serbato dal buon Uldarico, sia rimasto sinora inesplorato ai collettori.*

Lambertus ostiensis episcopus, Saxo presbyter, Gregorius diaconus cardinales et legati, venerabili fratri Otoni babenbergensi episcopo salutem in Christo. Ex domini nostri papae totiusque romanae ecclesiae auctoritate pro eiusdem ecclesiae et regni pace componenda cum regis ac principum nunciis destinati ad partes istas accessimus. Verum quod vos pro ecclesiae libertate tuenda sollicitari ac laborare cognovimus, imo si pacis ac tranquillitatis intuitu nos clementia divina respicere voluerit, vos tanquam specialem ipsius matris filium ac dilectum in Christo fratrem, ipsius pacis et consolationis participem esse desideramus. Quapropter fraternitati vestrae per praesentia scripta mandamus, ut omni occasione remota, in beatae Mariae nativitate Moguntiae nobis occurrere studeatis.

XXXV.

prima dell' 8 settembre 1122.

=

Enciclica del cardinal legato Lamberto di Fiagnano a tutti i vescovi, baroni, clero e popolo di Lamagna - edita con Uldarico di Bamberga presso Eccard *II pag. 342 n. 331.*

Lambertus Dei gratia ostiensis episcopus et sanctae apostolicae sedis legatus, omnibus galliarum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, monachis, clericis, ducibus, comitibus, et universis principibus cum omnibus Christi fidelibus: Pax vobis et gratia a domino Jesu Christo multipliciter. Peccatis exigentibus, sancta Dei ecclesia variis schimatum scandalis iam diu perturbatur, regnum theutonicum in se ipso divisum est, et imo necesse est ut iuxta dominicam vocem cito desoletur, nisi ipsius praeveniente gratia bonorum virorum consilio et auxilio confulciatur. Nos itaque licet indigni sanctae sedis apostolicae fungentes legatione ad hoc venimus, ut si fieri potest, inter regnum et sacerdotium pacem et concordiam Domino cooperante, faciamus et membra imperii a se invicem divisa in corporis unitatem congregemus. Uobis igitur omnibus galliarum archiepiscopis, abbatibus, monachis, clericis, praecipue in sacris scripturis eruditis et omnibus principibus in verbo Domini ex auctoritate sancti Petri, et eius vicarii significamus ac praecipimus, ut quicumque adesse possitis ad sanctum et universale concilium in natalem sanctae Mariae Moguntiae celebrandum occurratis, quatenus ibi de pace et concordia inter regnum et sacerdotium et de statu ecclesiae, quae Deo placita sunt, communi consilio tractare valeamus. In Domino igitur confidimus, quod ipsius gratia nobis in eius nomine congregatis non deerit, qui in evangelio, ubi duo vel tres congregati in eius nomine fuerint in medio eorum futurum se esse promisit.

XXXVI.

prima dell'8 settembre 1122.

Lettera del cardinal legato Lamberto di Fiagnano ad Enrico imperatore - edita con Uldarico di Bamberga presso Eccard *II - pag. 343 - n. 332.*

Henrico gloriosissimo imperatori Lambertus Dei gratia ostiensis episcopus et apostolicae sedis legatus, devotum servitium. Religiosi viri, nuntii videlicet magnitudinis vestrae, apostolicam sedem nuper adventarunt, dicentes pacis, et concordiae inter regnum et sacerdotium jam tandem excellentiae vestrae consilium placuisse, si tamen salva majestate imperii et absque diminutione regni fieri potuisset. Quibus auditis Dominus apostolicus gaudio repletus est, et gratias egit Deo, qui vobis tale consilium inspiravit. Nostrae etiam humilitati hanc injunxit obedientiam, ut in has partes veniremus, et pacis et concordiae inter vos et ipsum mediatores essemus, salva tamen justitia et ita ut nullum majus scandalum ecclesiae inde proveniret. Rogamus igitur excellentiam vestram, ut in concilio episcoporum Moguntiae celebrando in natalem sanctae Mariae vestram dignemini exhibere praesentiam. Illud autem scitote, nihil ibi contra vos, sed pro vobis omnia, salva tamen justitia, nos agere velle, neque id intendere, ut honor imperii vestri aliquod detrimentum patiatur, sed per omnia augeatur.

XXXVII.

23 settembre 1122.

=

Atti autentici del concordato di Worms e cioè privilegio di Calisto II ad Enrico imperatore, scambiato dal cardinale Lamberto di Fiagnano li 23 settembre 1122 - col decreto dell'imperatore nella campagna Lobwise - l'ARCHIVIO VATICANO *(armar. 1 - cap. 6 num. 11)* conserva *ancora l'originale privo della bolla ; e quindi è inutile dare riscontri bibliografici, essendo inserito più o meno correttamente in tutte le storie sacre e civili. Il nostro esemplare è tratto da* PERTZ *(mon. Germ. leg. t. II pag. 75 -) e da* MIGNE *(tom. CLXIII - pag. 1359 - 62. - Alcuni codici forniscono altre soscrizioni e cioè* - Theodoricus comes Montisbellicardi - Bonifacius marchio Tusciae - Teobaldus marchio - Bruno dux Saxoniae - Cynulfus comes palatinus - et alii quamplures - *ovvero* - aliae multae ecclesiasticae personae et saeculares - et alii multi archiepiscopi, episcopi, abbates quorum nomina hic non sunt descripta. - FLEURY e JOHN MILEY » histoire des états du Pape 389 - Paris - Gaume 1851 » lo danno voltato in francese.

PRIVILEGIUM CALIXTI PAPAE SECUNDI

EGO Calixtus episcopus servus servorum Dei tibi dilecto filio Henrico Dei gratia romanorum imperatori augusto concedo electiones episcoporum et abbatum teutonici regni, qui ad regnum pertinent, in praesentia tua fieri, absque simonia et aliqua violentia : ut si qua inter partes di-

scordia emerserit, metropolitani et comprovincialium consilio vel judicio, saniori parti assensum et auxilium praebeas. Electus autem regalia, absque omni exactione, per sceptrum a te recipiat et quae ex his jure tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus imperii consecratus, infra sex menses, regalia absque omni exactione per sceptrum a te recipiat, et quae ex hiis jure tibi debet, faciat, exceptis omnibus, quae ad romanam ecclesiam pertinere noscuntur. De quibus vero mihi querimoniam feceris et auxilium postulaveris, secundum officii mei debitum, auxilium tibi praestabo. Do tibi veram pacem et omnibus qui in parte tua sunt vel fuerunt, tempore hujus discordiae.

XXXVIII.

23 settembre 1122.

=

PRECEPTUM HENRICI QUARTI IMPERATORIS

IN NOMINE sanctae et individuae Trinitatis. Ego Henricus romanorum imperator augustus pro amore Dei et sanctae romanae ecclesiae et domni papae Calixti et pro remedio animae meae dimitto Deo et sanctis Dei apostolis Petro et Paulo sanctaeque catholicae ecclesiae omnem investituram per annulum et baculum et concedo in omnibus ecclesiis, quae in regno vel imperio meo sunt, canonicam fieri electionem et liberam consecrationem. Possessiones et regalia beati Petri quae a principio hujus discordiae usque ad hodiernam diem, sive tempore patris mei, sive etiam meo, ablata sunt, quae habeo, eidem sanctae romanae ecclesiae restituo, quae autem non habeo, ut restituantur fideliter juvabo. Possessiones etiam omnium aliarum ecclesiarum et principum et aliorum, tam clericorum quam laicorum, quae in guerra ista ammisse sunt, consilio principum vel justitia, quae habeo reddam, quae autem non habeo, ut restituantur fideliter juvabo. Et do veram pacem domino papae Calixto, sanctaeque romanae ecclesiae et omnibus qui in parte ipsius sunt vel fuerunt. Et in quibus sancta romana ecclesia mihi auxilium postulaverit, fideliter juvabo, et de quibus mihi fecerit querimoniam, debitam sibi faciam justitiam. Haec omnia acta sunt, consensu et consilio principum, quorum nomina subscripta sunt.

Adelbertus archiepiscopus moguntinus.
Fridericus coloniensis archiepiscopus.
Bruno treverensis archiepiscopus.
H. (*al.* Ardwinus) ratisbonensis episcopus.
O. (*al.* Otto) babenbergensis episcopus.
Bruno spirensis episcopus.
H. augustensis episcopus.
G. (*al.* Godebaldus) trajectensis episcopus.
Ou - (*al.* Uldaricus) constantiensis episcopus.
Erdolfus abbas fuldensis.
H. dux (*al.* Enricus dux Bavariae).
Fridericus dux (*al.* Sveviae).
S. dux.

Bertolfus dux.
Marchio Diepoldus (*al.* marchio Cambiensis a Vochburg).
Marchio Engelbertus.
Godefridus palatinus comes (*al.* Rheni).
Otho palatinus comes (*al.* a Wictelobach).
Berlingarius comes (*al.* Habspurgi).

XXXIX.

tra il decembre 1124 e l'agosto 1125.

Lettera di Deusdedit, diacono cardinale di s. Lorenzo, e legato apostolico nelle Spagne, che annunzia a Didaco arcivescovo di Compostella la morte di papa Calisto e l'elezione di Onorio II - pubblicata da Munio Ugo e Gerardo *nella storia compostellana presso* Migne *tom. CLXX pag. 1132 -* Florez *Espana sagrada t. XX.*

Didaco reverentissimo et gloriosissimo compostellano archiepiscopo nec non S. R. E. legato, Deusdedit S. R E. tituli s. Laurentii cardinalis, desideratam in Christo visitationem.

Hoc quod vestra amabilis pietas a me affectuose audire desiderat, primitus studeo significare. Sciat charitas vestra, charissime, me sanum incolumemque esse et beatae memoriae Calixtum ex hac vita honeste procul dubio migrasse: quapropter divina pietas praeclara non multum suam ecclesiam pastore viduatam sinivit: sed Honorium cito in eadem constituit praesulem, ad quem, venerande amice, consulo vobis honestos citius destinare legatos, ut de bono in melius privilegia utique vestra per me nostrosque amicos renovare possitis. Praeterea, clementissime pater, magnitudinem vestram captamus sollicitare, ut casublam diu a nobis desideratam, per eosdem legatos vel per alios quos agnoveritis esse fideles, nobis protinus mittere studeatis, quatenus nostrum fidele servitium ad honorem vestrum et beati apostoli Jacobi omniumque canonicorum communiter valeatis habere.

XL.

10 ottobre 1124.

=

Onorio II pp. torna in vigore la vita comune e la disciplina canonica nella chiesa di s. Maria di Beyron diocesi di Costanza - pubblicata dalla Svevia sacra *213 -* Migne *CLXVI - 1312 - n. 111 - le date erronee e la luna, citata nella cronologia, gittano odore di falso e spurio: ne sò comprendere come i collettori troppo semplicemente la prendessero per buona. Anche le parole* » manuscriptum hoc etc. » forniscono un carattere intrinseco d' impostura, essendo insolite e strane alla cancellaria apostolica.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis canonicae vitae professoribus in ecclesia cui vocabulum est Buron, quae consecrata est in honorem beatae Virginis Mariae Dei Genitricis inter duos montes ad ripam Danubii fluminis in territorio Constantiensi, eorumque successoribus canonicae victuris in perpetuum.

Sicut irrationabilia poscentis negari debet assensus, sic justa petentibus vobis benigna debemus assensione concurrere. Vestris igitur, filii charissimi in Christo, justis petitionibus annuentes ecclesiam beatae Dei Genetricis et semper Virginis Mariae, quam piae memoriae Peregrinus illustris et nobilis in proprio fundo suo constructam b. Petro apostolo ejusque sanctae romanae ecclesiae in allodium proprium obtulit, in qua vos, filii charissimi, sub regularis vitae disciplina Deo militatis, sub apostolicae sedis protectione specialiter confovendam, tanquam jus proprium suscipimus, et contra pravorum omnium nequitiam ejusdem privilegii auctoritate communimus. Praesenti itaque decreto statuimus ut quaecunque hodie illa vestra ecclesia juste possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et

illibata sub apostolicae sedis tutela permaneant. Et quoniam ex relatione nuntiorum vestrorum ecclesiam vestram vacantem modo cognovimus permanere, decernimus ut nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem conventus vester communi consensu, vel conventus vestri pars sanioris consilii secundum Dei timorem, vel ex vestra congregatione, vel ex alia ejusdem professionis providerit eligendum, quod et deinceps in ecclesia vestra erit observandum. Electus vero praelatus vester ab episcopo Constantiensi, si tamen catholicus fuerit, et in gratia apostolicae sedis extiterit, cura pastorali investiatur, sed et si vestrae placuerit fraternitati, idem praelatus vester abbatum ordinatione et virgae pastoralis gestamine ab episcopo vestro nostra auctoritate insigniatur, a quo etiam chrisma, et sacros ordines et basilicarum dedicationes, siquidem, ut dictum est, catholicus fuerit, sumetis, sin autem ab alio quolibet ea accipietis, salvo tamen per omnia catholici episcopi vestri jure canonico et reverentia. Caeterorum autem quorumlibet hominum obnoxietate fraternitatem vestram nostra auctoritate emancipamus, liberam etiam sepulturam, id est, ut eos qui ibi sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae petitioni nullus obsistat, ecclesiae vestrae concedimus. Ad haec adjicientes suscimus, ut nemini inter vos professione exhibita proprium quid habere, nec sine praelati vestri totiusque congregationis licentia de claustro vestro discedere liberum sit; quod si quis discesserit, et commonitus redire contempserit, praeposito vestro facultas sit, ejusmodi transgressores ubilibet a suis officiis et a communione interdicere, interdictum vero nullus episcoporum abbatum seu praepositorum suscipiat: obeunte vero quolibet tam coenobii vestri, quam quorumlibet praediorum vestrorum advocato, nullus sibi advocatiam, tanquam jure haereditario, usurpare praesumat, nisi quem praelatus vester, consilio fratrum, utilem et idoneum perspiciens ad id eligat, electoque advocatiam ipse committat. Electus vero advocatus, si negligens et inutilis in negotiis vestris exstiterit, si commissum sibi officium male tractaverit, et si admonitus non emendaverit, ab injuncto officio, petente praelato vestro, cessare debebit, et alius, qui Dei amore et pro animae suae redemptione id strenue peragat, illi subrogandus erit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, ablatasve retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur vestris vestrorumque successorum usibus, et pauperum eleemosynis peregrinorumque receptionibus omnimode profutura. Ad indicium autem perceptae hujus a romana Sede liberalitatis, bizantium aureum aut ejusdem pretii argenteum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Et ut haec tuitionis nostrae auctoritas firma in perpetuum permaneat et inconvulsa, manuscriptum

hoc inde fieri et sigilli nostri impressione fecimus insigniri. Si quis igitur in crastinum archiepiscopus, episcopus, imperator, aut rex, dux aut princeps, comes, aut vicecomes, judex, advocatus, seu cujuscumque ordinis homo hanc nostri decreti paginam violaverit aut sciens contra eam temere venire tentaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Redemptoris Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Data Romae per manum Hymmerici vice agentis cancellarii, anno Dominicae Incarnationis 1124, VI. idus octobris, indictione IV, luna II.

XLI.

anno 1125.

=

Lettera di s. Atto abate di Vallombrosa e poi vescovo di Pistoia a papa Onorio II - pubblicata da Fioravanti Jacopo Maria *memorie storiche di Pistoia - Lucca 1758 - pag. 173 -* Punieri *vita di s. Atto ne fa una parafrasi -* Breschi *storia di s. Atto pag. 101 - 259 - originale e versione -* Soldani *storia di Passignano etc. sfuggita a* Jaffe *e* Migne *e a tutti i collettori: mentr' ella è pure un documento di gran valore per istabilire le vicende della chiesa di Fiesole e Firenze, intorno alle quali incespicarono* Ughelli *I. S. t. III, 211 -* Repetti *dizionario etc. II - 107 - Firenze 1835 -* Moroni *dizionario XXIII - 257 e persino i nuovi* Bollandisti *t. IX ottobre p. 660.*

Domino et beatissimo patri Honorio divina gratia primae sedis antistiti, Atto peccator Monach. et reliqui fratres Vallisumbrosae cum debita subjectione voluntariam in omnibus obedientiam. Recolentes integram fidem, et devotionem, quam erga Sedem apostolicam nostri majores hactenus servavere, non formidamus vestram fiducialiter adire praesentiam, pro nostris, aliorumque necessitatibus rogaturi. Humiliter itaque V. S. supplices exoramus, ut laboris, et obedientiae Vallumbrosanae familiae numquam immemores persequentium nos saevitiam ad presens aliquatenus arcere dignemini. Quam ideo ex ordine non exponimus, quoniam eam Dom. Mutinensis episcopi relatione vos audivisse confidimus. Usque adeo quippe in nostri conculcatione crassantur, ut excepta rapina mobilium, combustione domorum, personas insuper nostras turpiter caedere, ac nudare minime vereantur.

Ad haec pro Florentinorum excessibus itidem obsecramus, quos et si velimus, absque maximo scandalo deserere non valemus, quoniam

habitantes in medio eorum, et ipsorum beneficiis substentamur, multorum pro injuriis illorum manibus liberamur. Non ad hoc ista proferimus, ut iniquitas eorum nobis placeat, vel ut prorsus impunita remaneat, sed ne major inde ruina nascatur, super eos saltem minor vindicta procedat. Dicunt autem se velle corrigere, quod non mediata nequitia commisere. Sunt etiam inter eos utriusque sexus et ordinis plurimi, quorum nec actu nec voluntate contigit Faesulana destructio, idcirco ne immunes ab hoc crimine cum..... puniantur in auribus hominum et innoxia..... citudo pariter ab ecclesiae gremio separetur sanctitati vestrae p....... est providere. Tamdem aucti gratia simul et benedictione vestra, parvitatem nostram, totiusque congregationis statum vobis in Domino commendamus, orantes ut in sagena Petri salvari vobiscum in die Domini mereamur.

XLII.

anno 1125.

Privilegio di Onorio pp. II alla chiesa di Ravenna inviato a Gualtieri arcivescovo - pubblicato da Migne *CLXVI - 1243 - n. 30 -* Ughelli *Italia sacra II, 365 -* Montfaucon *bibliotheca bibl. cita l' esemplare da lui veduto nell' archivio ravennate pag. 436 - n. 10.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Gualterio Ravennati archiepiscopo, ejusque successoribus canonice promovendis.

Sacrosanta romana apostolica ecclesia ab ipso Salvatore nostro Domino Jesu Christo caput et cardo est omninm institnta. Non decet igitur a capite membra discedere, sed eminenti rationi, et superni provisioni capitis obedire: moderatrix autem discretio capitis singulorum membrorum officiosas actiones considerans nniuscnjusque jus, et ordinem, et natura constitutum distincte reservat, et quibuscunque nobilibns vetustatis suae dignitatem, sine invidia sociali charitate custodit. Hac igitur inducti ratione honorem famosae Ravennatis ecclesiae apostolicae sedis propriae specialis filiae sine diminutione aliqua volumus conservare, ideoque, venerabilis frater Gualteri, quem pro ecclesiae, strenuitate doctrinae, religionis, et morum honestate, plena in Christo charitate diligimus, tuis rationalibus postulationibus paternae pietatis affectu annuimus. Per praesentis itaque privilegii paginam confirmamus episcopatus videlicet Emiliae provinciae, id est Parmae, Placentiae, Regii, Mutinae, Bononiae, Ferrariae, Forolivii, Foripompilii, Bobii, Caesenae, Ficociae. Praeterea confirmamus vobis exarchatum Ravennae, qui romanae ecclesiae juris est, et monasteria s. Alberti, s. Hilarii, seu caetera monasteria et possessiones ad vestram ecclesiam pertinentes per authentica privilegia ab antecessoribns nostris, et catholicis regibus tradita. Pomposiam quoque monasterii curam personae religionis tuae, salvo ecclesiae nostrae jure, committimus, ut regulari disciplina per suam industriam reformetur. Nulli ergo omnino hominum facultas sit nostram ravennatem ecclesiam temere

perturbare, aut possessiones ejus auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam tuis, quam clericorum et pauperum usibus profutura. Si qua igitur ecclesiastica in futurum saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine destrictae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Ego Bonifacius card. s. Marci subsc.

Ego Gregorius card. ss. Apostolorum ss.

Ego Benedictus cardinalis tit. Eudoxiae subsc.

Ego Anastatus presb. card. tit. s. Clementis ss.

Ego Conradus presb. card. tit. Pastoris subsc.

Ego Desiderius presb. card. tit. s. Praxedis subsc.

Ego Deusdedit card. presb. tit. s. Laurentii in Damaso ss.

Ego Petrus Pisanus presbyter cardinalis s. martyris Susannae subsc.

Ego Petrus card. tit. s. Calixti subsc.

Ego Petrus presb. card. s. Marcelli subsc.

Ego Vitalis Albanensis episcopus subscr.

Ego Petrus Portuensis episcopus subsc.

Ego Guilelmus Praenestinus episcopus subsc.

Ego Egidius Tusculanus episcopus subsc.

Ego comes s. Mariae in Agro diac. subsc.

Ego GG. diac. card. s. Mariae in Porticu subscrip.

Ego Romanus diaconus card. s. Angeli subscr.

Ego GG. diaconus cardinalis sanctorum Sergii, et Bacchi, subscripsi, et alii quamplures.

Dat. Laterani per manum Aimrici, an. 1125 dominicae incarnationis.

XLIII.

sul principio dell' anno 1125.

Lettera del cardinale Goffredo abate di Vendôme a papa Onorio per la quale gli manifesta la sua devozione e il desiderio di rendergli ossequio di presenza, cogliendone materia dal rammemorare che fa i servigi resi all' apostolica sede in altro tempo - pubblicata da Sirmondi *e* Migne » *opere di Goffredo di Vendôme l. 1 - n. 14 - pag. 55 - t. CLVII - C. M.*

Dilectissimo domino universali papae Honorio, frater Goffridus, quod patri filius, quod domino servus.

Multo desiderio desideravi venire ad vos, pater optime, et in ecclesia romana, non ad horam, sed ad moram manere decreveram; sed infirmitas corporis, affectum quidem non mutavit, sed negavit effectum. Hanc utique infirmitatem ex nimio labore et multiplici romano itinere contraxi: et, quod non propter jactantiam dico, sed propter gratiarum actionem, propter utilitatem romanae ecclesiae, pro qua ter captus sum et ter quater transalpinavi. Pro cujus praeterea servitio et maxima ejus necessitate, tempore Guitberti corpus nostrum et pene quidquid habui, expendi. Ego sum, ego sum ille, qui Romae pane tribulationis cibatus et aqua potatus angustiae cum honorabilis memoriae papa Urbano in domo Joannis Fricapanem multos labores et timores diu passus sum: et quid ibi egerim pro fidelitate romanae ecclesiae et quomodo omnia nostra usque ad novissimam equitaturam pro acquisitione lateranensis palatii seminaverim, novit Deus et beatus Petrus et noverunt romani illius temporis. Eo etiam tempore Romae praesbyter ordinatus, investituram de ecclesia beatae Priscae per manum domini papae Urbani recepi, quam praedecessores nostri longe ante possederant: sed quia noluerunt obedire Guitberto, inde fuerant ejecti. Et quamvis aetas et infirmitas nostra quie-

tem potius desiderent, quam laborem; animo trahente ad vos, pie pater, quam istius potero venire aggrediar, licet animus ipse peregrinam non mediocriter timeat sepulturam. Inter ad charissimum patrem mitto latorem praesentium, cujus lingua supplebit quod minus dixit epistola. Valeat dominus papa semper et vigeat: et nos de sua prosperitate et dilectione laetificet.

XLIV.

nel principio dell'anno 1125.

Lettera del cardinale Goffredo abate di Vendôme a Gerardo vescovo di Angouléme legato di papa Onorio in Francia sulla medesima causa col vescovo di Angers - gli dà la nuova ch' egli ha già inviato ambasciatori e reclami al pontefice - pubblicata da Sirmondi e Migne *nelle opere di Goffredo di Vendôme l. I - n. 27 - pag. 67 - 68 - t. CLVII - C. M.*

Bono domino et praecordiali amico Gerardo venerabilis vitae episcopo apostolicae Sedis legato, frater Goffredus suus, quod potest, quod sapit, quod est.

Vestrae dilectioni notum facio quod fratrem Paganum Alerici ad dominum papam mitto, quaedam ei nostrae charitatis signa ierentem. Si per illum quod opto efficere potuero, ad praesens Romam non ibo; alioquin Romam ire paratus sum et romanam ecclesiam per memetipsum visitare, in qua a bonae memoriae papa Urbano praesbyter ordinatus sum. Vestrae autem discretioni grates et gratias multiplices refero, qui andegavensi episcopo semel, bis et ter, imo quater praecepisti, ut quae monasterio nostro abstulerat, restitueret et privilegiis apostolicae Sedis obediret. Ipse non solum contempsit utrumque; verum etiam de me in synodo sua praesbyteris suis conquestus est, eo quod apud dignitatem vestram de illo clamorem feci. Decretum illud quod idem dominus papa Urbanus in arvernensi concilio statuit contra simoniam, quae sub nomine vicariorum olim fieri solebat ab episcopis, annullare machinatur. Redemptionem etenim ecclesiarum, quae in illo magno concilio haeretica pravitas vocata est, ab apostolica Sede damnata, licet in pluribus annis non nisi semel per vicarios foret, nunc sub nomine annui census a simplicitate nostra extorquere conatur. Et quia ego et fratres nostri hoc esse scelus putamus et ideo refutamus,

divinum ecclesiis nostris interdixit officium. Hujus sceleris suscitator est praecipue et auctor Richardus archidiaconus ejus. Et quoniam neuter eorum a persecutionibus cessat, nos a clamoribus cessare non possumus. Ad vos itaque clamamus: a vobis, qui apostolicae Sedis vices habetis et qui beati Petri alodium maxime defendere debetis, consilium et auxilium postulamus. Et si, pro eo quod amici sumus, facere non vultis, saltem pro improbitate nostra facite quod rogamus. Quid comes andegavensis de justitia vobis facienda bonitati vestrae rogando scripserit, vos ignorare non credimus. Valete et nos vestrae sanctitatis humiles servos de constantia vestra et justitiae integritate laetificate.

XLV.

13 gennaio 1125.

=

Breve di Onorio II a Gotofredo vescovo di Firenze inedito - da pergamena sincrona n. 107 - dell' archivio centrale di Firenze - Badia s. Felicita - il nome del vescovo fiorentino, che nella pergamena è scritto colla sigla G., và letta Gothofredo, che sedeva sulla cattedra di Firenze dal 1125 - al 30 e più oltre ancora - Fa maraviglia che al Lami *nella sua opera » memorabilia ecclesiae florentin » e al* Soldani *nelle illustrazioni di Passignano e dell' ordine vallombrosano sfugisse questo breve.*

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Gothofredo florentino episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Grave satis et importabile videtur quod de tua persona nostris est auribus intimatum, quod enim ecclesias destruas et ecclesiasticas inhonores personas nobis est multorum conquerentium relationibus nuntiatum. Mandamus igitur fraternitati tuae per praesentes, ut monasterium sanctae Felicitatis nullis molestiis inquietes, neque aliquam ecclesiam in sua parochia, praeter consensum abatissae et sanctimonialium, aedificari, neque officium celebrari permittas.

Datum Laterani idibus januarii.

XLVI.

prima del 20 settembre 1125.

=

Lettera del cardinale Goffredo abate di Vendôme che si propone di gire a Roma a visitare papa Onorio in compagnia di Rinaldo arcivescovo di Reims - pubblicato da Sirmondi *e* Migne *opere di Goffredo di Vendôme t. CLVII - pag. 70 - l. I n. 51.*

Dulcissimo domino et praecordiali amico domno Rainaldo honorabilis vitae remorum archiepiscopo, frater Goffridus, quod potest, quod sapit et seipsum.

Pater bone, esurio et sitio vos videre et dominum papam vobiscum visitare desidero. Dilectam mihi paternitatem vestram humiliter precor, ut si Romam usque ad pascha ire debetis, servo vestro diem et locum notificare dignemini, quo humilitas nostra comitatui vestro valeat sociari. Insuper etiam ego et mecum nostra congregatio suppliciter et diligenter oramus, ut benignitas vestra episcopum andegavensem et R. archidiaconum ejus aut monere aut rogare dignetur, ne concessionem ecclesiarum, quam monasterio nostro benigne fecistis, perturbare conentur. Quod si sanctitatis vestrae precem sive admonitionem contempserint, nobis quidem laborem generabunt, sed suam sollicitabunt quietem et beatae Trinitatis virtus et omnipotentia eorum annullabit conatus. Valete, et quod placuerit, rescribite.

XLVII.

tra la pasqua e il 20 settembre 1125.

Lettera del cardinale Goffredo abate di Vendôme a papa Onorio - muove querela contro le prepotenze del vescovo di Angers - pubblicata da Sirmondi *e* Migne *nelle opere di Goffredo di Vendôme pag. 56 - num. 15 - tom. CLII - C. M.*

Bono domino et pio patri universali papae Honorio totus vindocinensis conventus, quod patri filii, quod domino servi.

Salvatoris sequentes consilium ad januam vestrae pietatis pulsamus et illius evangelicae mulieris exemplum imitantes, post vos humiles clamamus, de injuriis et vexationibus andegavensis episcopi conquerentes (*Ulgerio*). Pater sancte, ei quidem mandastis, ut pro reverentia beati Petri et vestra monasterium nostrum, quod ad romanam praecipue et singulariter spectat ecclesiam et res monasterii manuteneret et nullis injuriis sive molestiis inquietari permitteret. Ipse vero litteras vestras quae archiepiscopo turonensi et cenomanensi (*il ven. Ildeberto e Guido*) episcopo, sicut et ipsi missae fuerant, in praesentia legati vestri engolismensis episcopi suscepit; sed nec tunc legere nec nobis deinceps reddere dignatus est: et sic aliis quibus eas misistis postea non potuimus ostendere. Praeterea aliorum injurias non compescuit, sed ex sua parte exaggeravit et exaggerat et quos potuit raptores saeculi verbo et exemplo incitavit. Monasterium nostrum alodium romanae ecclesiae, pro cujus amore et timore, ei honorem et reverentiam olim episcopi et archiepiscopi deferebant, dominus iste de hiis quae multo tempore tenuit, sine judicio et audientia expoliavit, et in proposito expoliationis perseverat. Unde non contra Susannam testes sumus, sed de domino episcopo germana loquimur charitate, quae et de amico et de inimico nos dedocet loqui mendacium et de utroque edocet proferre veritatem. Nos quidem, quoniam monasticam professionem retractare philippicam in pontificem minime decet, non dicimus quod mentis tempestate nos persequatur,

sive mole suae magnitudinis premat: sed tamen quo sanctitatis genere hoc faciat, ignoramus, quod in veteri testamento praeceptum non legimus, nec in novo promissum et canonum regulis non dubitatur esse contrarium. Humilitas utique nostra praedicto episcopo in sua necessitate diligenter servivit, sed salva ejus reverentia dicimus, quod retribuit nobis mala pro bonis, retributionem quam Deus non novit. Unde, clementissime pater et domine, vobis toto corde supplicamus ut de quibus sine judicio expoliati sumus ab eo, nos investiri faciatis. Quod si deinceps contra nos, qui specialiter vestri sumus, causari voluerit, inter ipsum et nos, quoniam ad vos venire non possumus, judicem qui non sit nobis suspectus, constituite. Æmulantur enim nos quidam non bona aemulatione: et propter hoc maxime, quia sub tutela et defensione apostolicae Sedis positi sumus. Domnus abbas noster ad vos venire desiderans, usque Viceliacum profectus, ibi per aliquot dies remansit non modica infirmitate detentus. Valeat plus pater et bonus dominus et sibi placeat et faciat, ut quam praedecessorum suorum temporibus habuimus quietem, suo tempore habeamus.

XLVIII.

19 febbraio 1125.

Privilegio di Onorio II al capitolo di s. Lorenzo in Bergamo in pro della vita comune e dell' osservanza canonica - pubblicato da Ughelli *Italia sacra IV - 450 -* Lupi e Ronchetti *codice diplomatico bergamasco II - 918* Migne *CLXVI - 1217 - n. 1.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Alberto archipresbytero et fratribus in matrice Bergomensi ecclesia s. Vincentii canonice viventibus eorumque successoribus in eadem religione manentibus in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura etc. Quapropter vestris in Domino filii postulationibus clementi pietate annuimus, et b. Vincentii ecclesiam una cum vestrae congregationis collegio, ac omnibus ad ipsum pertinentibus sub tutela apostolicae sedis recipimus. Per praesentis igitur privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus ut quaecumque bona seu possessiones a catholicis episcopis sive religiosis regibus ecclesiae vestrae tradita, quaeque in praesentiarum jure possidet, et quaecumque in futurum largiente Domino juste et canonice poterit adipisci in ecclesiis, oppidis, villis, et decimis, in nundinarum peditibus, sive aliis rebus, tam vobis quam vestris successoribus regulariter viventibus firma semper et integra conserventur. Decernimus ergo ut, quaudiu in canonicae disciplinae observantia permanseritis, nullo omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Interdicimus etiam ut nec episcopo, nec alicui personae facultas sit communitatis vestrae bona in proprios usus deflectere, sive in beneficium aliis dare, vel modis aliis

ad praebenda fratrum, vel communi utilitate alienare, locationes vero, commutationes, vel investitiones praediorum communi fratrum consilio pertractentur, nec hujusmodi jus ab episcopo vel personis quibuslibet invadatur, salva tamen canonica catholici episcopi Bergomens. reverentia. Si quis autem in futurum. etc. Amen.

Dat. Laterani per manum Aimerici S. R. E. diac. card et cancellarii XI kal. martii, ind. III, incar. dominicae 1125, pontificatus autem domni Honorii secundi papae anno primo.

XLIX.

24 febbraio 1126.

Privilegio di Onorio II al monastero di Reichenau - pubblicato da Zapf *mon. anecd. hist. Germaniae illustrantia I - 471 -* Migne *CLXVI - 1219 - n. 2.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Dietmaro abbati Rheuaugiensis monasterii, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Eapropter, fili charissime Dietmare, tuis petitionibus annuentes per praesentis privilegii paginam vestro venerabili Rhenangiensi monasterio confirmamus quaecumque ad idem monasterium legitimis fidelium donationibus pertinere noscuntur, quaecumque etiam in posterum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium, juste atque canonice poterit adpisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus itaque sub divi interminatione judicii ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, aut in beneficium dare, sed omnia integre conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Nullus advocatus constituatur, nec aliquis quolibet ingenio se ingerat, vel intromittat, nisi quem abbas elegerit. Qui si in aliquo ei resisterit, concessa potestate careat, et alium auctoritate apostolica abbas eligat. Obeunte te nunc ejusdem loci abbate, vel quolibet tuo successore, nullus ibi qualibet astutia vel violentia ponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris elegerint. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non emendaverit, honoris potestatisque suae dignitate careat, reamque se divino judicio esse co-

gnoscat, et a sacratissimo corpore Domini aliena fiat, sitque anathema in die Domini extremo igne comburenda. Amen

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Lateranis per manus Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii; vice domni Friderici archicancellarii, et coloniensis archiepiscopi, VI kal. martii anno ab incarnatione domini 1126, indict. III, pontificatus domni Honorii papae II anno.

L.

24 febbraio 1125.

Privilegio di Onorio II pp. al monastero dei benedettini di Saalfeld - pubblicato da Migne *CLXVI n. 3 pag. 1220 -* Thuringia *sacra, 698.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Walthero Salfeldensi abbati et omnibus post eum promovendis in perpetuum.

Quando dignitas et auctoritas apostolicae Sedis, cui Domino dispensante praesidemus, ad hoc maximum spectat, ut universae ecclesiae per totum mundum inde prospiciatur et cunctae congregationes et loca sanctorum per illam disponantur, stabiliantur et defendantur, notum facimus omnibus filiis nostris, cunctis scilicet fidelibus Christi, et volumus pro remedio animae nostrae et pro interesse sanctorum apostolorum Petri et Pauli ut locus eorum et abbatia, quae vocatur Salfeld, ita permaneat et confirmetur, secundum quod eam instituit venerabilis Hanno archiepiscopus Coloniensis constructor ejus et cooperator ejus Sigefridus Moguntinensis archiepiscopus, in cujus parochia sita est super fluvium, qui Sala dicitur. Volumus ergo et sub interminatione perpetui anathematis constituimus et praecipimus, ut locus ille perpetua pace sit stabilis et quietus, et ab omni violatione, et ab omni perturbatione, et in favore tutus et munitus. Monachi qui ibi secundum regulam s. Benedicti vivunt et secundum consuetudinem coenobii Sigebergensis, et habent liberam electionem de abbate suo, si fuerit inter eos, qui dignus sit esse abbas, eligant eum, sin autem de coenobio Sigebergensi unde consuetudines habent, abbatem accipiant, quem et constitutum nullus ad aliquod curiale servitium constringat. Res et possessiones istius loci, quas venerabilis Hanno vel alii episcopi et fideles illic tradiderunt, et adhuc tradituri sunt, auctoritatis nostrae banno confirmamus. Parochiam, quae dicitur Neuhofen, et parochiam quae dicitur Crölup, et alias omnes parochias et ecclesias, quae sunt in illa terra, locus ille sub jure suo firmiter habeat, sicut ve-

nerabilis Hanno disposuit, et nullus in illa provincia vel ecclesia construat vel consecret sine abbatis consensu. Et quemadmodum gens illius terrae priusquam venerabilis Hanno archiepiscopus per illud coenobium et per alias quas construxit ecclesias aggressus est, pagana fuit et adhuc semipagana videtur, concedimus et damus auctoritatem, sicut idem Hanno episcopus et Sigefridus archiepiscopus testamento sanxerunt, ut abbas illius loci et monachi, quos ad hoc procuravit, habeant ibi potestatem praedicandi verbum Dei, baptizandi, sepeliendi, infirmos visitandi, confessi nes percipiendi, ut scintilla christianitatis quae per eos adhuc ibi viget, nequaquam extinguatur, sed mag s ac magis ad honorem sanctae ac summae individuae Trinitatis accendatur. Montem, qui dicitur Coburg, cum omnibus prediis ad eum pertinentibus monachi Salfeldenses possideant, et villam quae dicitur Sevrinveldin et aliam Sidemaresdorff, et mercatum quod est in Moderin et praedia cujusdam Reginaldi, quae prope ad XII mausos ibi habent et alibi villam quae dicitur Ilmina cum molendino et omnibus utilitatibus suis, nemus et silvam quae quondam ad cameram pertinuit, sicut Hanno archiepiscopus contradidit, ita habeant cum omnibus villis et novalibus ibi elaboratis; et si quis a temporibus ejusdem Hannonis archiepiscopi usque nunc aliquod ibi novale sine abbatis licentia usurpavit vel deinceps u urpare voluerit, ni resipiscat, et nisi sanctis apostolis Petro et Paulo et eorum monachis sua recognoscat, sit anathema in perpetuum. Similiter et de illis censemus qui decimam illam quae per terram datur de singulis mansis cum duobus tantum modii vel aufer e vel subtrahere voluerint monachis illis, quia speciali er dos monasteri est, et quotidiana Domino militantium sunt parata stipendia. Nullus ergo episcopus, nullus episcopi villicus, nullus miles amp ius de illa decimatione se intromittat, si voluerit ecclesiae matris gremio confoveri. Interd cimus etiam in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, ut in bonis monasterii sec undum consue udinem provinciae illius neque canes pascantur, neque stip ndia venatoribus dentur, nec episcoporum, nec advocatorum, nec aliorum quorumlibet hominum violentia locus ille gravetur et opprimatur, cum sit ibi vinea Domini Sabaoth q iae per nos et successores nostros munita et septa sit intus et foris, ubi Martha possit ministrare, ubi Mariae d tur pacare et videre quam suavis est Dominus, ubi Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis, et pro omni populo Domini et nostro saepius auditur et praecantatur. His consuetudinibus, et illud adj cimus, et auctoritatis nostrae banno cuncti fidelibus notificamus, quod quidam ingenuus vir nomine Adelbertus de Couize et uxor ejus nomine Christina p o remedio animarum suarum, et parentum, et alienum suorum tradid rint Domino et apostolis ejus Petro et Paulo ibi in Salfeld praedia sua quaecunque habuerint

in illa terra, quae dicitur Orla, videlicet Coniza in Buchio, in Briscinnia, vel in Quezin et alibi ubicunque jacent cum omnibus utilitatibus suis, viis et inviis, exitibus et reditibus, agris et silvis, terris cultis et incultis, aquis et aquarum decursibus, molendinis pratis, pascuis et familiis. Haec omnia eo jure tradiderunt, ut quicunque est abbas Salfeldensis habeat sub manu sua ipsorum bonorum advocatiam, et cuicunque voluerit committat eam sine beneficio, et sine alicujus haeredis successione, et ex ipsis bonis nullus habeat beneficium, praeter eos homines qui excepti sunt, cum suis beneficiis quando ista facta est delegatio, qui autem ex familia traditi sunt, ut vocentur servientes, qui ex abbatia s. Michaelis in Sigeberge, et ex abbatia s. Pantaleonis in Colonia. Qui autem ita delegati sunt, ut sint sicut fuerunt tantum ex familia tali jure potiantur, ut quicunque eorum culpabilis in judicio pronuntiatur cum XXX tantum denariis emendetur et eorumdem denariorum medietatem, hoc est, XV persolvat. Ipse vero praenominatus miles Adelbertus et conjux ejus Christina habeant advocatiam ipsorum praediorum, et ipsa praedia cum omni utilitate quandiu vivunt, nisi sponte voluerint ea dimittere. Post mortem autem amborum, abbas et fratres sui ea libere et potestative possideant in eleemosynam et utilitatem monasterii, et pauperum et hospitii Christi. Si quis hanc infringere, vel violentiam aliquam his decretis inferre voluerit, sciat se per auctoritatem apostolorum Christi Petri et Pauli, et per nostrum potestatis bannum anathemate et igne perpetuo cum omnibus iniquis et raptoribus et invasoribus damnandum, nisi cito paenitentia digna commotus resipiscere curaverit.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Data Laterani VI kal. martii per manum Almarici cancellarii bibliothecarii sanctae romanae ecclesiae, anno ab incarnatione Domini 1125, indict. III, pontificatus domni Honorii II papae anno II.

LI.

7 marzo 1125.

Privilegio di pp. Onorio II al beato Giovanni priore di Camaldoli in pro del suo ordine - pubblicato da Mittarelli *annali camaldolesi III - 306 -* Migne *CLXVI - 1223 - n. 4 - L' autenticità di questo diploma è assicurata da una bolla di* Eugenio III *- t. CLXXX p. 1187 C. M. e d'* Innocenzo II *t. CLXXIX pag. 272 C, M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Joanni priori Camaldulensi, et ejus fratribus tam praesentibus, quam futuris in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo, commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacente Deo, religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet igitur omnes christianae fidei amatores religionem diligere, et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere. Quapropter, charissimi in Domino filii, justis petitionibus vestris assensum praebentes, locum vestrum cum omnibus ad se pertinentibus in beati Petri tutelam, nostramque protectionem suscipimus, et apostolicae sedis patrocinio communimus. Per praesentis igitur privilegii paginam constituimus, ut camaldulensis eremi status semper in religionis suae vigore permaneat, et monasticae observantiae ordo in tota vestra congregatione statutus a nullius protervia commutetur, et ne cui fratrum vestrae congregationis post monasticam professionem exhibitam, absque prioris et rationabili fratrum licentia egredi liceat, prohibemus; quod si exire praesumpserit, et secundo tertiove commonitus redire contempserit, usque ad condignam satisfactionem excommunicationis sententiae submittatur. Ecclesiis vero ab ejusdem congregationis fratribus rectis a nullo episcoporum absque

canonica examinatione divinum interdicatur officium. Liceat et ecclesiarum vestrarum monachis in communi civitatis, seu parochiae interdicto, clausis januis, et non admissis dioecesanis, divina officia celebrare. Porro qui propter obsequium servorum Dei, qui in camaldulensi eremo degunt, perrexerint, in eundo et redeundo et stando a nemine molestentur. Quaecumque vero in praesentiarum juste ac legitime possidetis, apostolica auctoritate vobis vestrisque successoribus in eadem religione permanentibus, confirmamus. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam sancti Donati, quae Fonsbonus dicitur, cum hospitali et omnibus suis bonis; monasterium sanctae Mariae in Poplena; monasterium sancti Salvatoris secus civitatem Florentiae. Monasterium Montis-Muri; monasterium sancti Petri in Cerreto; monasterium sanctae Mariae in Policiano; monasterium sancti Petri in Fontiniano; monasterium sancti Justi in Vulterris; monasterium sanctae Mariae in Morrona; monasterium sancti Frigidiani et monasterium sancti Michaelis infra civitatem Pisarum. Monasterium sancti Savini in territorio ejusdem civitatis. Monasterium sancti Stephani in Cintoria; monasterium sancti Salvatoris in Cantignano, monasterium sancti Petri in Puteolis. Monasterium sancti Salvatoris in Salvamunda; monasterium sanctae Mariae in Agnano. Monasterium sancti Petri in Rota; monasterium sancti Salvatoris Berardigorum; monasterium sancti Vigilii, in Burgo Senensi; monasterium sancti Petri in vivo Montis Armiati monasterium sancti Quirici in Rosa. Monasterium sancti Savini in Cllo. Eremum de Fleri, cum suo monasterio. Monasterium sancti Viviani, monasterium sancti Bartolomaei in Angiari, monasterium sanctae Mariae in Trivio; Eremum sancti Petri in Fajolo; monasterium sanctae Mariae in Insula; monasterium sanctae Mariae in Lacu; monasterium sancti Angeli juxta castrum Brisli; monasteriolum sanctae Christinae in eadem curte. In Marchia Camerina, monasterium sancti Georgii; monasterium sancti Martini in Accole cum ecclesia, quae dicitur Heremita. In Sardinia insula monasterium sanctae Trinitatis in Zaccari; ecclesia sanctae Eugeniae in Samanar, ecclesia sancti Michaelis et sancti Laurentii in Vanari; ecclesia sanctae Mariae et sancti Joannis in Altazar; ecclesia sanctae Mariae in Contra; ecclesia sancti Joannis et sancti Simeonis in Salverano, ecclesia sancti Nicolai in Trulla. Ecclesia sancti Petri in Scano. Ecclesia sancti Pauli in Cotroniano. Ad haec adjicentes statuimus ut quaecumque in futurum largiente Domino, concessione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praedictum eremum et congregationem vestram temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,

vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur religiosorum fratrum, et pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem praefatae eremo vel congregationi justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemium aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

✠ Oculi Domini super justos

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

✠ Ego Guido Arretinus episcopus SS.

✠ Ego Egidius Tusculanus episcopus SS.

✠ Ego Guido Tiburtinus episcopus SS.

✠ Ego Vitalis Albanensis episcopus SS.

✠ Ego Petrus cardinalis presbyter tituli sanctae Susannae.

✠ Ego Anastasius presbyter cardinalis tituli s. Clementis, SS.

✠ Ego Desiderius presbyter cardinalis tituli sanctae Praxedis, SS.

✠ Ego Sigizo presbyter cardinalis tituli sancti Xisti, SS.

✠ Ego Hugo diaconus cardinalis s. Theodori, SS.

✠ Ego Joannes sacrae basilicae subdiaconus SS.

✠ Ego Rodulphus sacrae basilicae subdiaconus SS.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, nonis martii, indictione III, anno dominicae incarnationis 1125, pontificatus autem domni Honorii secundi papae anno I.

LII

11 marzo 1125.

Lettera di Onorio II pp. ad Enrico vescovo di Verdun, perchè renda giustizia a Lorenzo abate di s. Vannes, e si presenti al tribunale apostolico - pubblicata da Bouquet *Recueil XV, 257* - Wassebourg *A. B. G. CCLXXXIY V* - Migne *CLXVI - 1225 - n. 4* - Lorenzo di Liegi *t. CCIV - 953 - C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Virdunensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos filius noster Laurentius abbas s. Vitoni, conquestus est mercatum de Monte s. Vitoni, et teloneum cum pugillo frumenti, placitum et correctionem mensurarum, decimas foratici vini civitatis, quae amisit tempore discordiae, a praedecessore tuo sibi ablata fuisse; unde tuae fraternitati mandamus ut ei ablata restituas. De Richerio de Bu, qui alodium suum in Baronis curte invasit, et alias ei nonnullas molestias intulit, debitam justitiam facias. Quod si jura monasterii sui quae a praedecessoribus nostris confirmata sunt, reddere neglexeris, nobis hoc esse grave non dubites. Gravamur autem vehementer, quod a praedecessore nostro felicis memoriae papa Calixto et a nobis vocatus, venire ad nos et ad romanam ecclesiam contempsisti.

Datum Laterani, XIII kal. aprilis.

LIII.

anno 1125.

Ricorso di Lorenzo abate di s. Vannes contro Enrico vescovo di Verdun presentato all' arcivescovo di Magonza Adalberto, dopo udito il sentimento di pp. Onorio II. pubblicato da Martene *Anedoct. t. I. 374 - 75 -* Mabillon *lo cita nella nota alle lettere di san Bernardo t. CLXXXII.*

Alberto amico suo Dei gratia mogontino venerabili archiepiscopo sedis apostolicae legato, Laurentius et congregatio ecclesiae S. Vitoni in suburbio Virdunensi devotam subjectionem et fideles in Deo orationes.

Novit terra et omne imperium devotionem fidelissimam et amorem quem habetis erga romanam ecclesiam, et quia illam super aurum et topazion et super omnem salutem dilexistis, pro ejus defensione multos labores et pericula multa, et adversa sustinuistis. Benedictus Deus, qui dedit vobis et velle et posse. Concordiam etiam inter regnum et sacerdotium, quam afflicta diu desiderando ecclesia expectavit, post tanta mala et seditiones per vos maxime recipere meruit, nec inconsulta tamen et inconsiderata eadem concordia processit: quia inter salutaria quae ibi determinastis, pietatis consilio inventum et constitutum est ut expoliatae ecclesiae vel omnes qui tempore seditionis occasione illius discordiae jura sua et possessiones perdiderant, illibata reciperent. Et quia nos quoque quaedam, quae ab anteccessoribus Virdunensium episcopis, fundatoribus scilicet ecclesiae nostrae, nobis collata sunt et privilegiis apostolicorum et imperatorum olim roborata, pro eadem discordia nuper perdidimus, pace facta, voluimus reverti ad jura nostra, et prolatis privilegiis convenimus domnum Henricum episcopum nostrum, ut quia se amicum et obedientem romanae ecclesiae profitebatur, nobis ablata pacifice restitueret; sed nullo modo adquievit. Nobis ergo iterum atque iterum eadem repetentibus, illoque justitiam non recipiente, compulsi sumus Romam adire et domno papae Honorio causam nostram sugge-

rere. Ille antem nobis compatiens querimoniam nostram benigne recepit et missis per nos litteris suis eidem, ut ablata nobis restitueret, praecipiendo mandavit. Qua interpellatione cognita et praeceptione audita, majorem in nos animositatem episcopus sumpsit, ut non solum ablata non restitneret, verum etiam et huc usque a nobis possessa modo aufferret. Nos autem per antiqua previlegia et per viventes testes et per litteras domni papae parati eramns justitiam nostram testificandam defendere; sed ipse nihil horum recepit. Hac ergo necessitate, auribus quoque vestrae excellentiae molestiam inferre compellimur, rogantes eminentissimam pietatem vestram, ut inter maximos honores vestros humilitatem nostram valde vobis devotam respicere dignemini, et pro salute animae vestrae nobis in causa nostra subveniatis, quatenus qui tantorum honorum dignitatum et ordinationum prudentissimum judicem et potentissimum dominum interpellare praesumimus, non repulsam, sed justitiae misericordiam nos invenire gaudeamus. Et quidem nunc pro malis patriae, nunc terrae continua sterelitate ad tantam inopiam redacti sumas, ut etiam panem vix cum discrimine ecclesiae nostrae habeamus. Cum ergo ad vos isdem dominus venerit, vel si non venerit, memores estote nostri, et agite ut secundum praeceptum domni papae, cujus vices geritis, nobis ablata restituantur. Scimus quidem quia multas vobis praetendet occasiones; sed nos vobis non nisi veritatem secundum antiqua previlegia, et testimonium adhuc viventium testium loquimur. Memoriae vestrae et misericordiae totum attribuemus, si per auxilium gratiae vestrae ablata, quae proclamamus, recipere meruerimus. Omnipotens Deus vitam vestram ad diffensionem ecclesiae et imperii per tempora longa custodiat.

LIV.

2 aprile 1125

=

Privilegio per l'ordine cluniacense inviato a Pietro il venerabile da pp. Onorio II. - pubblicato da Mansi *concilior. XXI. - 525 -* Migne *CLXVI. - 1225 - n. 6. -* Bibliotheca cluniacense *pag. 1378 - L'autenticità di questo diploma è messa in salvo da una bolla di* Eugenio III. *- t. CLXXX. pag. 1105 C. M. e da una di* Lucio II. *ivi pag. 889.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro abbati venerabilis monasterii cluniacensis, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Incomprensibilis et ineffabilis divinae miseratio potestatis, nos hac providentiae ratione in apostolicae sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus ecclesiis sollicitudinem gerere studeamus. Siquidem sancta romana ecclesia, quae a Deo sibi concessum omnium ecclesiarum retinet principatum, tanquam diligens mater, singulis debet ecclesiis instanti vigilantia providere. Ad ipsam enim, quasi ad caput et matrem, ab omnibus est concurrendum, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, et a suis oppressionibus releventur. Condecet igitur, ut ecclesiae et venerabilia loca, maxime quae ad speciale jus et singularem proprietatem sanctae romanae, cui Deo auctore deservimus, spectant ecclesiae, specialioris praerogativae sortiantur honorem, et apostolicae auctoritatis munimine roborentur. Quamobrem, dilecte in Christo fili Petre abbas, justis postulationibus tuis clementius inclinati, quidquid auctoritatis, praedecessores nostri ecclesiae romanae pontifices, praesertim apostolicae memoriae nom. Gregorius VII, Urbanus, et Paschalis II, discretionis ratione, vestro monasterio et locis ad id pertinentibus contulerunt: nos quoque praesenti decreto, auctore Domino, confirmamus.

In quibus haec propriis sunt visa nominibus annotanda : abbatia s. Egidii, etc.

In omnibus autem prioratibus et cellis, quae nunc, sine proprio abbate, vestro regimini subjectae sunt nullus futuris unquam temporibus abbatem ordinare praesumat. Liceat quoque vobis seu fratribus vestris in ecclesiis presbyteros eligere : ita tamen, ut ab episcopis, vel episcoporum vicariis, animarum curam absque venalitate suscipiant. Quam si committere illi, quod absit, ex pravitate noluerint : tunc presbyteri ex apostolicae sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequentur. Ecclesiarum vero seu altarium consecrationes, ab episcopis, in quorum dioecesibus sunt, locorum vestrorum fratres accipiant, si quidem gratis ac sine pravitate voluerint exhibere. Alioquin a catholico, quem malueritis, episcopo, consecrationum ipsarum sacramenta suscipiant. Neque cuilibet facultas sit aut claustri vestri, aut locorum vestrorum fratres, pro vivorum seu defunctorum eleemosynis justis ob salutem datis inquietare : sed tam virorum, quam mulierum oblationes, quae ad eos offerantur, in usu servorum Dei pauperumque profuturas recipere liceat. Statuimus etiam ne cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres, pro qualibet interdictione vel excommunicatione, divinorum officiorum suspensionem patiantur : sed tam monachi ipsi, quam et famuli eorum, et qui se monasticae professione devoverunt, clausis ecclesiarum januis, non admissis dioecesanis, divinae servitutis officia celebrent, et sepulturae debita peragant. Concedimus etiam vobis, clericos saeculares, seu laicos, nisi qui pro certis criminibus excommunicati sunt, ad conversionem per loca vestra suscipere. Sane terminos immunitatis loci vestri, qui a praefato antecessore nostro Urbano papa constituti sunt, praesentis decreti nostri pagina confirmamus. Ne videlicet ullus homo cujuscunque conditionis ac potestatis, invasionem, praedam, aut rapinam facere, sive homicidium perpetrare praesumat infra ipsorum limites terminorum. Praeterea decernimus, ut nulli omnino hominum liceat vestrum venerabile monasterium, et loca subdita, temere perturbare : sed eorum possessiones et bona caetera, quae pro animarum salute jam data sunt, vel in futurum, Deo miserante, dari contigerit, firma vobis, vestrisque successoribus et illibata permaneant. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, etc..... salvo in omnibus romanae ecclesiae jure, et sedis apostolicae reverentia. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego Crescentius Sabinensis episcopus subscripsi.

Ego Petrus Portuensis episcopus subscripsi.

Ego Vitalis Albanus episcopus subscripsi.

Ego Wilhelmus Prenestinus episcopus subscripsi.
Ego Ægidius Tusculanus episcopus consensi, subscripsi.
Ego Gregorius presbyter card. tit. Apostol. subscripsi.
Ego Rossemannus diacon. card. s. Georgii subscripsi.
Ego Cosmus sanctae Mariae in ...... subscripsi.
Ego Gregorius s. Angeli diaconus card. subscripsi.

Datum Lateranum per manum Aymerici S. R. E. diaconi cardinalis et cancellari, IV non. aprilis, indict. III, incarnat. dominicae anno 1125, pontificatus nostri anno I.

LV.

2 aprile 1125

Lettera di pp Onorio II. ai cluniacensi in tempo dello scisma nell' ordine - li esorta a tenersi saldi nell' obbedienza verso Pietro il venerabile e schivare Ponzio - pubblicata da Mabillon *ann. ben. VI. - 140 -* Migne *CLXVI. - 1227 - n. 7.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, diiectis filiis ciuniacensibus monachis, saintem et apostoiicam benedictionem.

Laudes et gratiarum actiones divinae miserationi persoivimus, quoniam, sua protegente virtute, in nnitate concordiae, vestram permanere constantiam et in vobis religionis observantiam splendere cognovimus. Rogamus autem ut in bono, quod inchoastis, principio firmiter persistentes, pervigiii studio laboretis quae Deo piacabiiia sunt efficaciter operari. Venientem ad nos charissimnm filinm nostrum Petrum abbatem, pro vestra reverentia et ejus dilectione paterna benignitate suscepimus, et tum ipsius quam vestras postuiationes diiigenter admisimus, abbatias siquidem sancti Egidii, et s. Bertini et s. Benedicti super Padum ad reformandam et conservandam in eis reiigionem, sibi et cinniacensi monasterio, salvo jure sanctae romanae ecciesiae restituimus. Ipsum igitur cum iitterarum nostrarum prosecutione ad vos remittentes, charitatem vestram rogamus ut eum affectione praecipua diiigatis, et tanquam patrem et a Deo constitutum animarum vestrarum custodem obedientia et humili subjectione unanimiter honoretis. Obsecramns antem in Domino, ut et nos vestris orationibus adjuvetis. Praecipimus antem ut nulius clnniacensis professionis monachus ad Pontium oiim abbatem sine praedicti filii nostri Petri abbatis consensu ire praesumat. Si quis vero id facere seu tentaverit, vei attentare praesumpserit, sententiam, quam in eum praefatus abbas dederit, ratam habebimus.

Data Lateranis IV nonas apriiis.

LVI.

5 aprile 1125

=

Breve di pp. Onorio II. a Turstano arcivescovo di Jorck sulla controversia colla metropoli di Canterbury - pubblicato dai Monastico anglicano III. - *143* - Migne *CLXVI - 1230 - n. 11.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri Turstino archiepiscopo eboracensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Gratias clementiae divinae persolvimus, quia sani et incolumes cum pacis tranquillitate in urbe sumus. Et quia personam tuam diligimus, controversiam illam de primatu inter eboracensem et cantuariensem ecclesias in nostra tantum volumus praesentia terminare.

Data Laterani nonis aprilis.

LVII.

5 aprile 1125

Placito inedito o sentenza di pp. Onorio II tra i signori di Cave e il monastero di s. Maria in Vialata - Nell' archivio di s. Maria in Vialata conservasi l' originale inedito ed io l' ho avuto in mano, quando ivi era canonico. Il presente però è trascritto dal codice Vaticano C. 8045 - che contiene un centone di memorie e documenti storici sui tusculani, raccolti dal celebre ab. Galletti *con più industria e fatica, che discernimento e giudizio.*

Anno 1125 pontificatus domni Honorii secundi papae, Indictione III, mense aprilis, die sexta. Ego Falco scriniarius hunc capitulum recordationis facio, jussu predicti pontificis, rogatu domnae Mariae abatissae monasterii s. Ciriaci et Nicolai quod situm est in via lata, sicut predicta abbatissa proclamavit coram subscriptis testibus cum dicto pontificae in Lateranensi palatio cum tota curia episcoporum cardinalium diaconorum et subdiaconorum et bonis hominibus Caloleum de Cave et eius consortes de dimidia parte Castelli de Cave intus et desuper cum ecclesia s. Stephani et s. Sabini et de duas partes de Rocca de Cave cum omnibus eorum pertinentiis, posita territorio Campanino, quod per vim tenent, quia ius est s. Cyriaci et antecessores eius proclamaverunt, sedente papa Paschale et ipse domnus papa Paschalis misit Laviniam oiim abbatissam s. Ciriaci in tenimento et possessione usque ad haec tempora de predictis duas partes castelli de Cave cum suis pertinentiis et rocca, tunc sepedictus dns papa Honorius misit nuntios suos ad castellum de Cave ut infra spatium octo dierum predictus Caloleus cum suis consortibus curiae respondere abbatissae venirent. Termino veniente predictus Caloleus cum Nauclerio et Udemundo et aliis consortibus suis in palatium se presentaverunt. Ad haec domna abbatissa cum suis fidelibus iterum domno pon-

tifici se proclamavit supra dictum Caloleum et suis consortibus. Tunc dictus Caloleus cum suis consortibus tempus consilii petiit. Tunc domnus papa non dedit ei tempus consilii, sed dedit ei tempus deliberationis secundum jus legum, et hi testes interfuerunt. Donadeus Petri Johannis de Nicolao, Johannes Oddonis, Stephanus Sicconis, Nicolaus Leonis, Nicolaus de Masuzellis, Johannes Benedicti de Presbitero, Cencius de Roizzo, Bonusfilius de Mardompna, Gregorius de Peregrino, Romanus de Bobo.

Ego Johannes Hoddonins scriniarius s. r. e. sicut inveni in dicto Falconis scriniarii, quondam mei avi, ita scripsi.

LVIII.

12 aprile 1125.

Onorio pp. II conferma la sentenza promulgata contro Falco conte d' Angers con una lettera diretta ai canonici di s. Martino di Tours, pubblicato da Mansi *concil. XXI - 322 -* Migne *CLXVI - 1231 - n. 13 - è scritta in tempo di sede vacante, prima che il venerabile Ildeberto fosse eletto. Questa bolla è citata da* Lucio II *- t. CLXXIX pag. 878 C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis clericis turonensis matris ecclesiae s. Mauritii? salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut boni et humiles filii sunt paternae dilectionis nexibus arctius astringendi, ita ingrati et inobedientes, sunt vigore justitiae coercendi. Siquidem compertum habuimus quod Falco andegavensis comes divortium illiciti matrimonii filiae suae et Guilleimi filii Roberti comitis, a dilecto filio nostro I. cardinali presbytero apostolicae sedis legato, et ab aliis fratribus nostris coepiscopis, et sapientibus viris, accepta idoneorum probatione testium, judicatum, servare contempsit; praeterea quod gravius est, uti accepimus, ad b. Petri et sanctae atque apostolicae romanae ecclesiae injuriam, praedicti legati nuntios ad eum directos capiens, et in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum et capillos flammis exurere, et litteras in cospectu hominum sub dio cremare praesumpsit. Unde legatus idem in propriam comitis terram, interdictionis, et in personam ejus, excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo, habito fratrum consilio, eamdem, usque ad condignam satisfactionem, sententiam ratam habemus. Interdictum autem praecipimus observari.

Datum Laterani pridie idus aprilis.

LIX.

13 aprile 1125.

Onorio pp. II conferma a Giovanni da Crema cardinale la legazione in Inghilterra, pubblicata da Mansi *XXI -- 327* Wilkins *C. M. B. I -- 406 che lo pone al 1126 -* Migne *CLXVI - 1231 - n. 14.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Joanni presbytero cardinali, apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum bonorum filiorum est, subjecta devotionis humilitate, patribus obedire: ita patrum interest, benigno charitatis affectu, filiis providere. Curam igitur et sollicitudinem tibi a praedecessore nostro felicis memoriae papa Calixtu II Angliae regno commissa, providentiae dilectionis tuae committimus. Obsecramus autem in Domino, ut tanquam sapiens et discretus romanae ecclesiae filius, quae ad honorem Dei et sedis apostolicae pertinent, honestate studiosus opereris.

Data Laterani idibus aprilis.

LX.

13 aprile 1125.

Onorio pp. II raccomanda il card. Giovanni, suo legato, all'episcopato e clero, ai baroni e monaci e popolo inglese; pubblicata da Migne *CLXVI - 1250 n. 12 il* Wilkins *la reca colla data erronea* » *2 id : 1126.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus et filiis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, proceribus, et caeteris tam clericis, quam laicis per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quamvis in extremis terrarum positos, ad Petri tamen apostoli curam christianae fidei vos facit universalitas pertinere. Cum enim Petro dictum est: pasce oves meas, pasce agnos meos (Joan. XXI), profecto nulla ovium, nullus agnorum exceptus est ad Christi consortium pertinentium, qui non Petri commissus est pastioni speciali. Praeter hoc, sorte regnum Angliae b. Petro et romanae ecclesiae pertinere sanctissimi patris nostri Gregorii papae auctoritas, et b. Augustini praedicatio manifestat. Hoc igitur dispositionis debito provocamur, vobis scilicet longe positis, sollicitiore diligentia providere. Quamobrem christianum filium nostrum Joan. cardinalem sanctae romanae ecclesiae sacerdotem, in partem nostrae sollicitudinis vigilantem, vices ei nostras in partibus vestris commisimus. Qui nimirum de ecclesiarum correctione et stabilitate, de religionis augmento, et de caeteris, quae probanda vel improbanda visa fuerint, cum vestrae dilectionis auxilio, cooperantibus sanctorum apostolorum patrociniis, pertractabit. Rogamus ergo vos, et monemus, atque praecipimus, ut eum tanquam s. Petri vicarium reverenter suscipiatis, humiliter audiatis, atque ad ipsius vocationem, synodales cum eo conventus solemniter celebretis: quatenus per ipsius et vestram industriam, in regno vestro, quae corrigenda sunt, corrigantur, quae firmanda sunt, sancto inspirante spiritu, firmentur.

Data Laterani IV idibus aprilis.

LXI.

13 aprile 1125.

Onorio pp. II raccomanda a Davide re di Scozia il suo legato cardinale Giovanni di Crema - pubblicata da Mansi *XXI - 329 -* Wilkins *C. M. B. t. I. 407 - che l'assegna al 1126 -* Migne *CLXVI - 1232 n. 15.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio David illustri Scotorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Oportet devotos et humiles b. Petri discipulos, quae ad honorem S. R. E. spectare cognoverint, attentius operari. Unde nobilitati tuae rogando mandamus, ut dilectum filium nostrum Joannem cardinalem, cui vices nostras in partibus illis commissimus, reverenter suscipias et honores: episcopos etiam terrae tuae, cum ab eo vocati fuerint, ad concilium suum facias convenire. Controversiam, quae inter Turstanum Eboracensem archiepiscopum et episcopos terrae tuae diu agitata est, eidem legato nostro diligentius indagandam discutiendamque committimus. Finitam vero sententiam apostolicae sedis judicio reservamus.

Datum Laterani idibus aprilis.

LXII.

21 aprile 1125.

=

Privilegio per la chiesa di Montefeltro da Onorio pp. II inviato a Pietro vescovo - pubblicato da Ughelli *Italia sacra II - 844 -* Migne *CLXVI - 1232 - n. 16 -* Costadoni *e* Mittarelli *» annali camaldolesi t. III - pag. 205 - hanno illustrato questo diploma.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Petro Feretrano episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere, et earum quieti, et utilitati salubriter, auxiliante Deo, providere. Proinde, charissime in Domino, frater Petre, sanctam Feretranam ecclesiam, cui Deo auctore praesides, in beati Petri tutelam nostramque protectionem suscipimus, statuentes, praesentis privilegii auctoritate ut ecclesiae possessiones et bona quaecumque, quae vestra Feretrana Ecclesia in praesentiarum juste et legitime possidet, sive in futurum, largiente Domino, juste atque canonice poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus nominibus exprimenda, videlicet s. Pancratii capellam, s. Martini in Monte, capellam sanctae Sophiae, capellam s. Mariae in Plebe cum curte sua, plebem s. Laurentii in Folia cum pertinentiis, plebem S. Joannis in Carpineo cum suis pertinentiis, capellam s. Marini, et possessionem quae est in Carpineo, plebem s. Cassiani in Pisino cum omnibus suis pertinentiis, et fundum suum integrum, capellam s. Theodori cum suis pertinentiis, et terram in valle Cava et Molledano, plebem S. Theonisti in loco qui dicitur Corma, cum omnibus pertinentiis suis, plebem s. Marini cum castello et pertinentiis suis omnibus, plebem s. Agathae cum omnibus pertinentiis suis, et curte quae vocatur Farnito in loco qui dicitur Ovilione, plebem s. Martini in Murisiano cum pertinentiis suis, plebem s. Hilarii cum pertinentiis suis, plebem s. Mariae in Vico cum pertinentiis suis, plebem s. Stephani

in Murlo cum pertinentiis suis, monasterium s. Martini in Saltu cum pertinentiis suis, plebem s. Petri in cultu cum pertinentiis suis, plebem s. Petri ad Missam cum pertinentiis suis, fundum Hermannum in integrum, fundum Adinum in integrum, monasterium s. Salvatoris in fundo, cellam Fausti in integrum cum suis pertinentiis, cum castello quod vocatur Casale d' Ilice, plebem s. Cassiani in campo Juveniae cum pertinentiis suis in integrum, plebem s. Mariae in Romania cum omnibus suis pertinentiis, plebem s. Mastiolae cum pertinentiis suis, monasterium s. Severini cum pertinentiis suis, capellam s. Proculi cum pertinentiis suis, et tertiam partem de fundo Atiliano, tertiam partem de fundo Bacuniano, tertiam partem de fundo stabulo, tertiam partem de fundo justorum, cum campo qui vocatur Martii in integrum, tres petiolas de terra fundi Attiliani, qui vocatur Plegae, fundum Plegni in integrum, fundum Alfidiarum, qui vocatur campus Planus, fundum frigi in integrum, fundum Antimaria in integrum, fundum Columnella in integrum, fundum post Collina, capellam sancti Archangeli in integrum, fundum vallis Donatuli, massam Licinianam in integrum, fundum Clusi in integrum, cellam Fausti, Scannulas majores et minores in integrum capellam sanctae Agathae cum castro, quae vocatur Petra Anellaria, capellam s. Georgi in integrum, fundum Cervianum in integrum, fundum Capicianum, curtem quae vocatur Grilena cum omnibus pertinentiis suis in castello felicitatis, capellam sancti Martini in Castagnolo, capellam s. Sophiae in Aquatario, capellam sanctae Mariae in Methavistis in integrum, ecclesiam Florae in Scapinio, fundum Sititianum, fundum campo planum cum omnibus suis pertinentiis, castellum novum, quod vocatur Petrella, salva in omnibus romanae ecclesiae justitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat etc. Si qua, etc., cunctis autem, etc. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Americi S. R. E. diaconi cardinalis et cancellarii, XI kal. maii, indict. III anno dominicae incarnationis 1125, pontificatus autem D. Honorii II papae anno I.

LXIII.

1 maggio 1125.

Breve di Onorio pp. II a Didaco arcivescovo di Compostella pubblicato da Florez *Espana sagrada XX 430 -* Migne *CLXVI - 1233 - n. 17 -* Munio *etc. l. II - c. 79 - pag. 1136 - t. CLXX C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, Didaco archiepiscopo Compostellanae ecclesiae, salutem apostolicamque benedictionem.

Vestra siquidem, fili, praesentia hunc sacerdotem Bernardum nomine, vestris de partibus ad nos usque pervenisse, et de vobis multa nobis bona quam maxime retulisse, procul dubio noscat, atque enm in praesentia nostri a militibus Salmantinis, imo Dei inimicis, qui quondam ecclesiam, quam ipse pro posse regebat, inhumanius invaserunt, et ei cuncta sua bona rapuerunt, fore conquestum: quocirca obedientiae jussionem vobis imponimus, vosque utpote nostrum filium rogamus obnixe, quatenus Salmantinum episcopum, qui vobis suffraganeus est, apostolica sententia admonere minime recusetis, ut praefatae ecclesiae huic clerico bona sua faciat restitui, in eosque raptores quod canonicum est exhibere nentiquam praetermittat: quod si facere contempserit, canonica justitia feriatur. Vos autem rogamus ut huic ad tantam paupertatem perducto aliquantulum pro Dei misericordia succurrere dignemini.

Datum Laterani Kal. Maii

LXIV.

4 maggio 1125.

Onorio pp. II con questo privilegio rimunera la vita comune e la canonica osservanza dei chierici di s. Maria di Porto in Ravenna - pubblicato da Fantuzzi *monumenti ravennati VI - 41 -* Migne *CLXVI - 1234 - num. 18.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Joanni praeposito et ejus fratribus in ecclesia S. Mariae in Portu canonicam vitam professis ejusque successoribus in eadem religione permansuris in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis commissa est a provisore omnium bonorum Domino ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus omnimodis propagare, nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Oportet ergo omnes christianae fidei amatores religionem diligere et loca venerabilia cum ipsis personis divino servitio mancipatis attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur molestiis vel importunis angariis fatigentur. Quapropter vestris in Domino, charissimi filii, petitionibus assensum praebentes, tam vos quam ecclesiam vestram cum omnibus ad eam pertinentibus in B. Petri tutelam nostramque protectionem suscipimus. Statuentes ut quaecumque in praesentiarum legitime possidetis, sive in futurum, largiente Domino, jus e et canonice poteritis adipiscere, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad haec adjicientes praesentis privilegii auctoritate statuimus ut praefata ecclesia ab omnibus sit extraordinaria functione immunis ut

videlicet si quando archiepiscopus ravennatis seu, discedente eo, clericos aut laicos ejusdem ecclesiae ad romanum pontificem cujuslibet rei gratia, vel ad imperatorem proficisci contigerit, nullam eis exactionem in argento aut equitaturis, vel hujusmodi aliquibus de eadem ecclesia liceat facere aut ibidem hospitando aliquod unquam gravamen inferre. Praeterea cum ingruente bello ravennatis cives, vel pro militibus, vel pro munienda civitate collectam fecerint, saepe dictam ecclesiam ab omni exactione nihilominus decernimus esse immunem, salva tamen in omnibus ravennatis ecclesiae justitia per sanctorum patrum sanctiones stabilita. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus, SS.

Ego Crescentius episcopus Sabinensis, SS.

Ego Petrus Portuensis episcopus, SS.

Ego Egidius Tusculanus episcopus, SS.

Ego Gregorius S. Angeli diaconus cardinalis, SS.

Ego Bonifacius presbyter cardinalis, SS.

Ego Mathaeus diaconus cardinalis, SS.

Ego Gerardus SS. Aquilae et Priscae, SS.

Ego Gregorius SS. Sergii et Bacchi diaconus cardinalis, SS.

Ego presbyter cardinalis S. Balbinae, SS.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi et cancellarii. IV Nonas Maii indictione III, Incarnationis Dom. anno 1125 pontificatus vero D. Honorii secundi papae anno I.

LXV.

11 luglio 1125.

Privilegio di Onorio pp. II al monastero di s. Walpurga in Silva sacra *nella diocesi di Strasburgo - pubblicato da* Wurtwein *nova subsidia etc. VII - 56 -* Migne *CLXVI - 1255 - n. 19 - L'autenticità di questa bolla è resa più sicura da altra d'* Innocenzo II. *tom. CLXXIX pag. 416 C. M. che la conferma.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Bertholfo abbati monasterii quod in honore sauctorum apostolorum Philippi et Jacobi et sanctae Walburgae virginis constructum est in Argentinensi episcopatu, in loco videlicet qui sacra silva dicitur, ejusque successoribus regulariter substituendis in posterum.

Quoniam sine verae cultu religionis, nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritatis religiosas personas diligere, et religiosa loca, maxime quae beati Petri juris existunt, et ad romanam specialiter spectant ecclesiam sedis apostolicae munimine confovere. Ideoque, dilecte in Domino Fili Bertholfe abbas, justas postulationes tuas clementius admittens, monasterium sacrae silvae cui Domino auctore praesides, quod beato Petro et ejus sanctae romanae ecclesiae sub annuo unius aurei censu oblatum, et ad honorem omnipotentis Dei et sanctorum apostolorum Philippi et Jacobi, et sanctae Walburgae virginis dedicatum est, ad exemplar praedecessorum meorum Paschalis et Calixti secundi romanorum pontificum beati Petri et sanctae romanae ecclesiae patrocinio communimus. Statuimus enim ut universa quae a religiosis principibus, Friderico duce et Petro ejusdem loci fundatoribus vel ab aliis fidelibus de suo jure monasterio eidem collata sunt, aut in futurum largiente Deo, dari, offerri, vel aliis justis modis acquiri contigerit, quieta vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Nulli vero omnino hominum liceat eumdem locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel

ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte autem ejusdem loci abbate, vel suorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii senioris secundum Dei amorem et beati Benedicti regulam elegerint. Ad haec, juxta praedecessoris nostri papae Calixti definitionem, decimam animalium sive fructuum vestrorum, quos per totam sacrae sylvae terram vestri laboribus sumptibusve colligitis, salsensium fratrum vel aliorum hominum contradictione qualibet habeatis. Rustici autem vestri decimas suas praesbyteris parochiae suae contribuant. Confirmamus etiam Deo ibidem servientibus fratribus usum ejusdem silvae tam ad aedificandum quam ad calefaciendum ad eorum licitum, et usum aquarum adipiscendum et suum commodum faciendum et pascua eorum animalibus per totam silvam, quemadmodum supradicti filii nostri Henrici imperatoris, et nepotis ejus Friderici ducis, necnon et comitis Petri liberalitate concessum est. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem saepe dicto monasterio justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemium aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Beneventi per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis, V. idus julii indictione III. incarnationis dominicae anno 1125 pontificatus autem domni Honorii II. papae anno primo.

LXVI.

dopo il luglio 1125.

Onorio II, dopo riconquistato il castello e la rocca di Fumone, lo raccomandò ai baroni Gregorio e Bertraimo - pubblicato con Cencio Camerario *nel suo regesto - da* Muratori *- A. M. E. t. III - pag. 229 - 32 - Il codice originale di Cencio, da me osservato in una copia autentica Vallicelliana, porta questo diploma in mezzo ad altri di Adriano IV; quindi potrà cadere il sospetto che appartenga a questo pontefice, ma non mai ad Onorio III, come vuole* Muratori.

Cum per misericordiam Dei et beatorum apostolorum merito castrum Fumonis quod ad jus et proprietatem beati Petri pertinere constat, cum multo labore et expensis et continua decem hebdomadarum obsidione in primo anno pontificatus nostri, mense scilicet julio a nobis recuperatum fuisset, consueta sedis apostolicae miseri ordia moti et quorundam fidelium nostrorum precibus de consilio fratrum nostrorum, ipsum castrum Gregorio cum filiis suis, sicut idem Gregorius et pater ejus et Bertraimus avus ejusdem Bertraimi et fratrum suorum a praedecessoribus nostris ipsum quondam habuisse noscuntur, *in custodiam concessimus*, ipsos eisdem in nostra et fratrum nostrorum praesentia recognoscentibus et in plena curia profitentibus, se in eodem castro nihil prorsus juris habere nisi quod antecessoribus eorum a praedecessoribus nostris *in custodiam* datum fuit. Statuimus autem quod praedictus Gregorius *custodiam turris* habeat, reliqua omni tam possessiones quam homines et domos ipse cum nepotibus suis ita aequali portione habeat, sicut inter eum et Bertraimum patruum suum fuit ex antiquo divisum. Claves vero portae ab eo qui utrique parti placuerit et qui communiter fidelitatem utrique parti fecerit, debent teneri et ei expensae et victualia communiter ministrari. Homines autem ipsius castri, qui ad Gregorium pertinent, ei de manda-

lo nostro fidelitatem jurarunt: et ii qui ad Bertraimum et fratres suos pertinent, eis fidelitatem similiter praestitorunt, salva in omnibus fidelitate nostra. Quod si Gregorius Bertraimum et fratres suos super ea parte castri, quam eis concessimus voluerit impedire vel aliquam eis molestiam facere, nisi forte de mandato nostro vel successorum nostrorum procederet, homines utriusque partis jurarunt, qood ipsum Bertraimum et fratres ejus adversus Gregorium adjuvabuut et ne hoc fiat, quibuscumque poterunt modis, efficieut. Et omnes juraverunt utrique parti se castrum ipsum contra omnes homines pro posse suo defensuros, nisi per nos aut aliquem de mandato nostro castrum idem impugnaretur. Si vero versa vice Bertraimus et fratres ejus Gregorium soper ea parte castri, quam ei concessimus et soper custodia turris voluerint impedire vel aliquam ei inferre molestiam, nisi forte id de mandato nostro vel successorum nostrorum fieret, homines utriusque partis simili juramento tenentur. Juraverunt etiam homines ipsius castri, quod si altera vel utraque pars adversus nos vel adversus catholicos successores nostros voluerit malignari aut malitiam aliquam exercere, illos omnino deserent et ne id fiat quibuscunque modis poterunt, laborabunt. Insuper altera pars alteri parti juramentum securitatis in praesentia nostra praestitit, et fidejussores nobis pro centum libris papiensis monetae quisque eorum super his omnibus obligavit. Fidejussores siquidem ex parte Gregorii sunt: Ogerius Ottonis pro centum solidis papiensis monetae: Gerardus de Antieulo pro centum solidis: Petrus domini Rimandi pro centum solidis: Leo domini Landi de Berardo pro centum solidis: Crescentius Luzarii pro centum solidis: Gregorius Landi domini Berardi pro centum solidis: Carbo domni Ptolaemei pro centum solidis: Henricus domni Laranii pro centum solidis: Ogerius domni Michaelis pro centom solidis: Joannes Markese pro centum solidis: Ogerius Infans pro centum solidis: Ogerius donnae Theodorae pro centum solidis: Albertus Retrusus pro centum solidis: Landus Datusdiabolo pro centum solidis: Rainaldos Alberti pro centum solidis: Tuscanisius pro centum solidis: Iltus de Milo pro centum solidis: Joannes Scalsagallina pro centum solidis: Landus Mainardi pro centum solidis. Ex parte vero Bertraimi et fratrum suorum fidejussores sunt hii: Rollandus domni Rogerii pro centum solidis denariorum papiensium: Landus de judice pro centum solidis: Rofredus de Alberico pro centum solidis: Rollandus Mancinus pro centum solidis: Carbo de Ptolemaeo pro centum solidis: Rao de Jachlo pro centum solidis: Egidius de Marino pro centum solidis: Albertus de s. Egidio pro centum solidis: Ugerius de Ado pro centum solidis: Egidius de Benedicta pro centum solidis: Mattheus de Fortisciana pro centum solidis: Philippus de Jacobo pro centum solidis:

Joannes de Alberto pro centum solidis: Guidottus pro centum solidis: Leo de Lando pro centum solidis: Gregorius de Lando pro centum solidis: Ugerius de Theodora pro centum solidis: Crescentius de Larario pro centum solidis: Odda de Lando pro centum solidis: Henricus de Lanzario pro centum solidis.

Constituimus praeterea ut neutra pars aliquid de possessionibus ejusdem castri filiae vel sorori in dotem concedat et nihil exinde cuilibet personae tribuat vel aliquo titulo alienet. Nos vero de arbitrio nostro et de consilio utriusque partis feuda militibus distribuimus, qui fidelitatem nobis et catholicis successoribus solummodo praestiterunt et securitatem utrique parti fecerunt. Juraverunt etiam quod si altera vel utraque pars adversus nos vel adversus catholicos successores nostros, sicut superius diximus voluerit malignari aut malitiam exercere, illos omnino desereut et ne id fiat quibus modis poterunt, laborabunt. Praeterea utraque pars catholicis successoribus nostris absque alio beneficio debebit fidelitatem praestare. Insuper quatuor homines de hiis qui ad Gregorium pertinent et sex de hiis qui ad Bertraimum et fratres ejus et quinque modios terrae de parte Gregorii, totidem vero de parte Bertraimi et fratrum suorum cum vineis ad feudum unius militis nobis reservavimus et Amato advocato in feudum concessimus.

LXVII.

dopo il 2 agosto 1125.

=

Risposta di Didaco arcivescovo di Compostella a Deusdedit diacono cardinale di s. Lorenzo e legato apostolico nelle Spagne - pubblicata da Munio Ugo *e* Gerardo *storia compostellana inserita da* Migne *nel t. CLXX pag. 1133 -* Florez *Espana sagrada t. XX.*

Domino venerabili et patri reverenti Dei gratia matris nostrae S. R. E. legato et cardinali Deusdedit, Didacus compostellanorum humilis minister desideratam praesentis et futurae vitae felicitatem.

Nos et nostram ecclesiam vestrae, tamquam nostrae propriae saluti et prosperitati, mera veritate et absque omni simulatione congaudere et vestrae adversitati atque tribulationi, si adessent quod absit, eodem modo condolituros esse, vestra refert non dubitare, cum vestram discretionem minime lateat qualem quantamque erga se dilectionem nostra devotio gerat: et nos equidem in vestra benevolentia atque amore fideliter persistentes ad vestrum servitium atque nostram voluntatem pro posse nostro exequendum devote accincti, clementiam vestram obnixius deprecamur, quatenus non ad nostri obsequii raritatem vel parvitatem, sed potius ad puri et veri amoris impendium respiciatis et nostras et nostrae ecclesiae vices in curia et apud domini papae majestatem boni patris et patroni exemplo agere studeatis. De caetero vestrae memoriae beatitudini suggerimus nostram mediocritatem vestrae celsitudinis litteras IV nonas augusti recepisse et eas laeto et jucundo animo perlegisse. Nos autem legatos nostros cum benedictione nostra et vestrae hebdomadae? redditu, XV diebus post Pascha transactis, Romam miseramus, quia de morte domini et patris nostri venerandae memoriae papae Calixti jam audieramus et idcirco, donec illis legatis redeuntibus, alios miserimus, vestrae petitioni ad praesens consulere non valemus. Interim gratia vestri estote nostrae parvitatis memor, vestrae dignitatis numquam immemores. Valeat paternitas vestra.

LXVIII.

3 ottobre 1125.

=

Altra citazione di pp. Onorio ad Enrico vescovo di Verdun - gl' intima di comparire innanzi alla sede apostolica per rispondere della ordinazione di Corrado vescovo di Tulle e delle ingiustizie contro Lorenzo abate di s. Vannes - pubblicata da Bouquet *recueil XV - 258* Migne *CLXVI - 1237 n. 20.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Henrico Virdunensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Praedecessor noster piae memoriae papa Calixtus suis te litteris evocavit, ut ad eum mediante quadragesima praeterita venires, et de ordinatione illius Conradi Tullensis intrusi rationabiliter responderes. Nos quoque post ejus obitum pro eadem causa veniendi ad nos tibi terminum dedimus; tu vero elationis tumore inflatus, venire ad nos penitus contempsisti. Praeterea, ut abbati S. Vitoni quod juris erat sui monasterii restitueres tibi praecepimus, et ablata redderes. Postmodum auferre illi ea ipsa et quaedam insuper alia praesumpsisti. Pro tantis igitur excessibus per praesentia tibi scripta praecipiendo mandamus, ut proxima Epiphaniorum festivitate ad nostram praesentiam venias responsurus, interim vero ab episcopali officio prorsus abstineas.

Datum Beneventi V Nonas Octobris.

LXIX.

21 novembre 1125.

Privilegio di Onorio pp. II al monastero di s. Paolo De Argon in Bergamo - pubblicato da Lupi *» codex diplomaticus bergomates t. II. pag. 925. Niuna biblioteca romana o fiorentina possede intero il codice bergamasco - I lazzaristi di Montecitorio, la magliabecchiana e riccardiana conservano il solo I. tomo: la maruccelliana anche il II, ove appunto esiste a pag. 925 -* Migne *la cita al t. CLXVI - pag. 1237 - num. 21.*

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis monachis monasterii s. Pauli apostoli de Argon salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam sine verae cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere et religiosa loca Sedis apostolicae munimine confovere. Ideoque rationabilibus filii nostri Ariprandi prioris vestri ac vestris precibus assensum prebentes beati Pauli cellam apud Argon in Pergamensi parochia sitam cum omnibus ad ipsam pertinentibus sicuti et cetera cluniacensis monasterii membra sub tutela apostolicae Sedis excipimus precipientes et mansuro per Dei gratiam in perpetuum decreto sancientes ut quecumque predia quecumque bona in presentiarum ad ipsam cellam juste pertinere noscuntur quecumque etiam in futurum ei offerri vel aliis justis modis acquiri contigerit vobis vestrisque successoribus quieta semper et illibata permaneant sub abbatis cluniacensis obedientia et dispositione servanda in quibus hec propriis visa sunt exprimenda vocabulis. Capella sanctae Mariae de Argon curtis de Sarnico cum tribus capellis capella de Cliziano cum pertinentiis earum. Capella de Paratico. Predium de Cattaga Kudilanum cum capellis suis. In Agutiano ecclesia sanctae Mariae et sancti Petri et s. Dalmatiis cum pertinentiis suis. Sancti Michaelis de Sun-

cino sancti Petri de Umbriano ecclesia sanctae Trinitatis de Crema sanctae Mariae de Cremnsiano. Sancti Petri dei Veilate, sancti Nicolai de Farinate. Sancti Fabiani et sancti Martini cum omnibus pertinentiis earum. Ecclesia sancti Andreae in castro de Briniano et due extra castrum. Ecclesia sancti Michaelis de Lemine et sancti Faustini sancti Joannis de Monticello sancti Vincentii de Turre, et sancti Cassiani. Sancti Fidelis de Valtellina cum omnibus ad predictas capellas pertinentibus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem cellam temere perturbare vel ejus possessiones auferre minuere vel temerariis vexationibus fatigare S·d omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua erga in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tenptaverit secundo tertiore commonita sii non satisfactione congrua emendaverit potestatis onorisque sui dignitate careat reamque se divino juditio existeret de perpatrata iniquitate cognoscat atque a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini et Redemptoris Nostri Jesu Christi aliena fiat et in extremo examine districte ultioni subiaceat Cunctis autem eidem loco juxta servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatinus hic fructum bone actionis percipiat et apud districtum judicem praemia aeterne pacis inveniat.

Oculi Domini super justos S. Petrus S. Paulus.

Benevalete.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcop. SS.

Loc. Sign.

Honorius pp. II.

Datum Laterani per manu Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii XI kalend decembris indict. IV anno dominicae incarnationis XCXXV pontificatus autem domini Honorii secundi PP. anno I.

LXX.

27 novembre 1125.

Privilegio al monastero di Ahausen nella diocesi di Augusta pubblicato da Petri » *svevia eccles. 190* - Migne *CLXVI - 1237 n. 22.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis, in Christo filiis monachis s. Martini de Ahuseo, salutem et apostolicam benedictionem.

Sicut irrationabilia poscentibus negari debet assensus, sic justa petentium votis benigna debemus assensione concurrere. Ea propter nobilium virorum Adelberti palatini comitis et ejus fratrum Udalrici et Gualteri devotioni duximus annuendum. In Augustensi equidem episcopatu in pago Albae juris sui praedium, quod Ahusen dicitur, ubi domus flat beati Martini ecclesia fabricata est .... uoa cum patre suo egregiae recordationis Manegoldo palatino comite pro salute animae suae beato Petro apostolorum principi in alodium proprium cum omnibus ad eumdem locum pertinentibus obtulerunt. Quam oblationem nostra postulant auctoritate firmari. Nos igitur praesentis decreti auctoritate sancimus, ut tam praefatus locus, quam omnia ad eum pertinentia sub apostolicae sedis tutela integra semper et illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem monasterium perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temeraris vexationibus fatigare; sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Obeunte ipsius loci abbate nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem regulariter providerint eligendum. In advocati autem vestri electione abbas liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit.

Sepulturam quoque ejusdem caenobii omnino liberam esse sancimus, ut eorum qui se illic sepeliri desideraverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat.

Pari etiam modo concambium, quod de loco, in quo monasterium vestrum situm est, cum ecclesia sancti Petri in Tetingen, ad cujus parochiam pertinebat, utriusque partis consensu et fundatorum conniventia factum esse dignoscitur, confirmamus. Ordinationes praeterea monachorum, consecrationes altarium sive basilicarum ab episcopo in cujus dioecesi estis accipietis, si quidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, ac sine pravitate postulata voluerit exibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem maiueritis antistitem adire, et ab eo sacramenta ipsa suscipere, qui apostolicae sedis fultus auctoritate indulgeat. Ad indicium autem perceptae a Romana Ecclesia libertatis, aureum unum per singulos annos Lateranensi palatio persolvetis.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam violaverit, ut sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioui subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus subscripsi

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, quinto kalendas decembris, indictione quarta, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo vigesimo quinto, pontificatus autem sanctissimi Honorii secundi papae anno primo.

LXXI.

27 novembre 1125.

Privilegio di pp. Onorio II ai benedettini del monastero di Nereskeim nella diocesi di Augusta - citato da Migne *CLXVI pag. 1240 - e pubblicato nel* Wirtembergisches Unckundenbuch *I, 367 - Stuttgart - 1849 con delle postille.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Pilgerino abbati monasterii sancti Udalrici, quod in Augustensi dioecesi in loco qui Noresheim dicitur situm est, ejusque successoribus regulariter subintrantibus in perpetuum. Cum ecclesiis omnibus et venerabilibus locis debitores ex apostolicae sedis beneficentia existamus, illis tamen locis atque ecclesiis, quae beato Petro jure proprio subjectae sunt, vigilantiori nos convenit studio et diligentia providere. Nobilis equidem piae recordationis comes Hartmannus cum sua conjuge Adelhaide et filiis suis Hartmano, Adelberto comite atque Udalrico, qui nunc per gratiam Dei religiose in constantiensi episcopatu ecclesiae praeest, praedium sui juris, in quo vestra beati Udalrici confessoris ecclesia fundata est, cum omnibus ad ipsum pertinentibus, beato Petro et sanctae romanae ecclesiae obtulit. Quam nimirum oblationem praedecessor noster, sanctae memoriae Urbanus papa, sua authoritate firmavit. Nos itaque ipsius praedecessoris nostri vestigia imitantes, eandem ecclesiam cum bonis omnibus et possessionibus suis in beati Petri et sanctae romanae ecclesiae jure atque proprietate omni tempore permanere censemus. Caeterum bona omnia et professiones quas praefatus comes Hartmannus et alii viri de suo jure vestro monasterio contulerunt, et quaecumque in praesenti vestra ditione justis modis ecclesia vestra possidet, aut futuris temporibus juste atque canonice, largiente domino, conferentur, firma vobis vestrisque successoribus et inconcussa permaneant. Nulli ergo hominum facultas sit eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuere, vel ablatas retinere, aut temerariis vexationibus fatigare. Sed

omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione vel gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte te, nunc ejus loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel patrum (pars) consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Eorum vero advocatus, quamdiu vixerit Hartmannus comes, supradicti Hartmanni filius, habeatur, etsi ipse filium non habuerit, fratres, vel ejus filii, si utiles loco illi extiterint. Alias fratres ipsi quem maluerint in offi ium ministerii hujus asciscant. Consecrationes altarium et basilicarum, ordinationes monachorum vestrorum, oleum sanctum et caetera ad episcopale officium pertinentia ab augustensi episcopo, in cujus estis dioecesi, accipietis, si tamen catholicus fuerit et gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit. Alioquin licet vobis catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta percipere, qui apostolica fultus authoritate quae postulatis indulgeat. Sepulturam quoque loci vestri liberam esse censemus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati nullus, nisi forte excommunicati sint, obsistat.

Si qua ergo in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi. (Monogramma - Bene valete.) Datum Laterani per manum Aimerici, sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, V. kalendas decembris, indictione quinta, anno dominicae incarnationis MCXXV. pontificatus autem domini Honorii papae secundi anno primo.

LXXII.

27 novembre 1125.

Onorio pp. II benedice la vita comune e l'osservanza canonica, tornata in vigore nel monastero di s. Maria di Breisach, nella diocesi di Strasburgo e riceve quei religiosi sotto l'apostolica protezione - pubblicato da Petri *suevia eccl.* 232 - Migne *CLXVI - 1259 - n.* 23.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Ottoni abbati ejusque fratribus canonicam regulam professis in ecclesia s. Mariae, sita in Brisacensi comitatu, in loco qui nigra silva dicitur, eorumque successoribus in eadem religione per omnipotentis Dei gratiam permansuris in perpetuum.

Ad hoc in apostolicae sedis regimen nos promotos esse Deo disponente conspicimus, ut aures nostras justis petitionibus commodemus et religionem propagare in quantum dederit Dominus debeamus. Quia igitur vos, filii in Christo charissimi, per divinam gratiam aspirati mores vestros sub regularis vitae disciplina confirmare et communiter secundum SS. Patrum institnta Deo omnipotenti deservire proposnistis, nos votis vestris paterno congratulamur affectu, unde petitioni vestrae benignitate devota plenissimum impertimus assensum, et tam vos, quam locum vestrum in tutelam apostolicae sedis recipimus, quem videlicet Romanae Ecclesiae censualem facere decrevistis consilio et instinctu Argentinensis praepositi Brunonis, egregiae strenuitatis viri, qui ecclesiam vestram impensis suis in alodio suo construxit, et bonorum suorum ac possessionum collatione dotavit, vitae quoque canonicae ordinem, quem professi estis, privilegii auctoritate firmamus, et ne cui post professionem exhibitam pro suis quid habere, neve sine abbatis vel congregationis licentia de claustro discedere liceat, interdicimus. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem

regulariter providerint eligendum: nullusque ibi electioni se ingerat, nisi quos religiosa congregatio vestra vocaverit. In advocati autem vestri electione abbas liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligendi, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit; qui si calumniator potius, quam advocatus existens bona monasterii pervaserit, et non magis ea defenderit, abbas habeat facultatem cum fratrum consilio alium sibi utiliorem statuendi advocatum. Ordinationes clericorum, consacrationes altarium sive basilicarum, ab episcopo in cujus dioecesi estis, accipietis, si quidem gratiam et communionem apostolicae sedis habuerit, et ille sine pravitate ea vobis exhibere voluerit; alioquin liceat vobis catholicum quemcumque mavultis adire antistitem et ab eo sacramenta ipsa suscipere, qui ea sedis apostolicae auctoritate fretus indulgeat. Sane circa caenobii vestri ambitum occasione qualibet assultum fieri prohibemus. Si vero, quod absit, contingit in atrio vestro, vel in effusione sanguinis, vel in verborum elatione, sive in aliqua hujuscemodi violentiam irrogari, nequaquam propter hoc a divinis ecclesia vestra prohibeatur officiis, nisi commune fuerit interdictum. Porro laborum vestrorum vel animalium decimas, quae penes ipsum locum vestris sumptibus et laboribus excoluntur, quietas vobis et illibatas manere debere censemus, nec vos super hoc aut ab episcopo ejusdem dioecesis, aut ab aliquo inquietari permittimus. Concambium, quod factum est inter ecclesiam vestram et s. Galli, apostolica praecipimus auctoritate in omne dehinc tempus inviolatum fore. Sepulturam quoque ipsius coenobii omnino liberam esse censemus, ut eorum, qui illic sepeliri desideraverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus adversetur. Ad haec adjicientes statuimus, ut quaecunque bona in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel oblatione fidelium juste atque canonice acquirentur, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, quamdiu scilicet illic canonici ordinis tenor Domino praestante viguerit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem perceptae hujus gratiae a romana ecclesia stolam sacerdotalem per singula biennia romano pontifici persolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam violaverit, aut sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac san-

guine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic in futurum fructum beatae remunerationis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Salva justitia episcopalii. Amen.

Datum Laterani per manum Aimerici romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, quinto kalendas decembris, indictione quarta, anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo vicesimo quinto, pontificatus autem domini Honorii secundi papae anno primo.

LXXIII.

9 decembre 1125.

Privilegio di Onorio pp. II a Goffredo abbate del monastero savignense - pubblicato da Mantene *th. I, 361* Migne *CLXVI - 1241 - n. 25.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ganfrido abbati s. Trinitatis de Savigneio, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut et bene placentem Deo religionem laboremus statuere, et stabilitam exacta diligentia conservare. Ea propter, dilecte in Domino fili Gaufride abbas, venerabilis fratris nostri Turstini eboracensis archiepiscopi precibus inclinati, tuis rationabilibus postulationibus duximus annuendum. Statuimus enim, ut monasterium b. Trinitatis de Savigneio, cui, Deo auctore, praeesse cognosceris, quaecunque impraesentiarum juste et ligitime possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; quaecunque praeterea in futurum, largiente Deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, poterit adipisci, firma vobis et integra conserventur, salva nimirum dioecesani episcopi justitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed et omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quis autem huic nostrae constitutioni sciens temerario ausu contraire tentaverit anathematis sententiam se noverit incursurum.

Datum Laterani V. idus decembris.

LXXIV.

9 decembre 1125.

=

Breve di pp. Onorio II a Segur re di Norvegia in pro di Rodolfo vescovo delle Orcadi, pubblicato dal Monastico anglicano *III - 144 -* Migne *CLXVI - 1244 n. 26.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Segur illustri Norvegiae regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Auribus nostris intimatum est, quod venerabilis frater noster Thomas Eborum archiepiscopus Radulphum Orcheneia ipsum consecravit. Postmodum vero, sicut accepimus, alius est ibidem intrusus. Caeterum episcopalem cathedram aut unus obtinebit, aut nullus. Ideoque per praesentia scripta nobilitati tuae mandamus, quatenus praenominato Radulpho sedem episcopalem, Orchensiam videlicet, cum parochia et caeteris pertinentiis suis, tanquam proprio illins loci episcopo et pastori, restituas. Et de cetero sollicitudo custodiat, ne ob hoc iram Dei incurrat.

Datum Laterani V idus decembris.

LXXV.

9 decembre 1125.

Breve di Onorio pp. II al vescovo eletto di Whilhern - onde si consacri presso l'arcivescovo di Jorck - pubblicato dal MONASTICO ANGLICANO *III - 145 - MIGNE CLXVI - 1242 - n. 27.*

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio electo de Candida Casa, salutem et apostolicam benedictionem.

Cui alii a Domino praeesse conceditur, nulla suis dignis subesse prelatis superbia communicatur; ideoque per praesentia scripta tibi mandamus, ut ad charissimum fratrem nostrum Thomam eboracensem archiepiscopum, tanquam ad proprium metropolitanum tuum, consecrandus accedas; et ab ipsius manu, praesente sancti Spiritus gratia, cum humilitatis devotione consecrationem accipias.

Data Laterani quinto idus decembris.

LXXVI.

anno 1126.

Lettera di Conano duca di Bretagna ad Onorio II pp. - pubblicata da Lobineau » *historia Britanniae II, 279* Migne *CLXXI - 79 -* Beaugendre *vita del venerabile Ildeberto, prolegomeni alle sue opere.*

Honorio suo et christianorum domino, ultimus filius suus Conanus dux britannorum, salutem. Vestram, sancte pater, exoro paternitatem, ut si in aliquo deliqui, vel delinquero, me, ut tenerum filium levi virga corrigatis. Ego namque vobis semper per omnia parebo. Sed et abbatiam rothonensem sancti Salvatoris, quam divae memoriae Ludovicus pius imperator quondam in minori Britannia, quae nunc est mea, construxit, et proprio juri beati Petri sub sancto Leone papa sociavit, ego et antecessores mei in fedelitate vestra hactenus custodivimus; sed, accumulata britannorum perfidia, amodo custodire, ut deceret, eam non possum. Reddo igitur vobis eam liberam, sicut pius Ludovicus Imperator dedit, et concedo ei omnia jura sua, precorque ut de malefactoribus ejus justitiam faciatis. Vale.

LXXVII.

circa l'anno 1126?

=

Lettera di Baldovino II re di Gerusalemme scritta a s. Bernardo abate di Chiaravalle, nella quale gli raccomanda l'approvazione dell' ordine dei templari, da ottenersi da pp. Onorio II, e lo prega a compilare la regola - pubblicata da Du-puy » *histoire de l'ordre etc. de Templiers - Brusselles - Fappers 1751 - pag. 85 - n. 4.* Henriquez *privilegia ordinis cisterciensis pag. 277 -* Hurter *tableau des istitutions etc. III - 120 - Questi scrittori hanno ricevuto per buono il documento.* Mabillon *però, tanto nelle opere di s. Bernardo, quanto negli annali, non n' ha tenuto conto alcuno. Io ho qualche dubbio sulla sincerità di questo documento, derivato dallo stile e dai titoli di cui si serve Baldovino, che gittano odore delle prammatiche francesi, assai più recenti.*

Balduinus miseratione Jesu Christi rex Jerosolymorum, princeps Antiochiae, venerabili patri Bernardo in regno Galliae degenti, totius reverentiae digno, abbati monasterii Clarevallis, promptae voluntatis obsequium.

Fratres templarii, quos Dominus ad defensionem hujus provinciae excitavit et mirabili quodam modo conservavit, apostolicam confirmationem obtinere et certam vitae normam habere desiderant. Ideo mittimus ad vos Andream et Gaudemarnm, bellicis operibus et sanguinis stemmate claros, ut a pontifice ordinis sui approbationem obtineant et animnm ejus inclinent ad praestandum nobis subsidinm et auxilium contra inimicos fidei, qui omnes uno animo omnique consensu ad supplantandum subvertendumque regnnm nostrum insurgunt.

Et quia non me latet quanti ponderis sit intercessio vestra, tam apud Deum, quam apud ejus Vicarium et caeteros orthodoxos Europae principes, prudentiae vestrae utrumque hoc negotium duximus comittendum, quorum expeditio erit nobis gratissima. Constitutiones templariorum taliter condite, quod et a strepitu et bellico tumultu non dissentiant, et principum christianorum auxilio sint utiles. Sic agite, ut felicem exitum hujus rei, vita comite, videre possimus.

Deo pro nobis preces fundite. Valete.

LXXVIII.

14 gennajo 1128.

=

Regole e costituzioni dell' ordine militare dei cavaleri templari, compilate da s. Bernardo e approvate da Onorio pp. II - pubblicate da Andrea Favin » *théâtre d'honneur et de chevalerie L. IV pag. 16. 4, 1659 - Parigi Faüet 1620* - Henriquez *Crisostomo* » *fasciculus ss. ordinis cisterciensis e necrologio dell' ordine etc.* Antuerpiae 1630 pag. 41 - Du-puy *storia dei templari pag. 89 e seg* de Thou *XI - 85* - Labbe *X* - 923 - Mabillon *annali benedettini L. LXXV* - 28 - Migne *CLXVI* - 857 - *e seg.*

REGULA PAUPERUM COMMILITONUM CHRISTI TEMPLIQUE SALOMONICI PROLOGUS

Omnibus in primis sermo noster dirigitur, quicumque proprias voluntates sequi contemnunt, et summo ac vero regi militare animi puritate cupiunt, ut obedientiae armaturam praeclaram assumere, intentissima cura implendo praeoptent, et perseverando impleant. Hortamur itaque, qui usque nunc militiam saecularem, in qua Christus non fuit causa, sed solo humano favore amplexati estis, quatenus horum unitati, quos dominus ex massa perditionis elegit, et ad defensionem sanctae ecclesiae gratuita pietate composuit, vos sociandos perenniter festinetis. Ante omnia autem, quicumque es, o Christi miles, tam sanctam conversationem eligens, te circa professionem tuam oportet puram adhibere diligentiam, ac firmam perseverantiam; quae a Deo tam digna, sancta et sublimis esse dignoscitur, ut si pure et perseveranter observetur, inter militantes, qui pro Christo animas suas dederunt, sortem obtinere mereberis. In ipsa namque refloruit jam et reluxit ordo militaris,

qui despecto justitiae zelo, non pauperes aut ecclesias defensare, quod suum erat, sed rapere, spoliare, interficere contendebant. Bene igitur nobiscum agitur, quibus Dominus et Salvator noster Jesus Christus amicos suos a civitate sancta in continuum Franciae et Burgundiae direxit, qui pro nostra salute veraeque fidei propagatione non cessant animas suas hostiam Deo placentem offerre. Nos ergo cum omni gratulatione ac fraterna pietate, precibusque magistri Hugonis, in quo praedicta militia sumpsit exordium, cum Spiritu sancto intimante, ex diversis ultramontanae provinciae mansionibus in solemnitate sancti Hilarii anno 1128, ab incarnato Dei Filio, ab inchoatione praedictae militiae nono ad Trecas, Deo duce, in unum convenientes, modum et observantiam equestris ordinis per singula capitula ex ore ipsius magistri Hugonis audire meruimus, ac juxta notitiam exiguitatis nostrae scientiae, quod nobis videbatur absurdum, omneque quod in praesenti concilio nequivit esse nobis memorabiliter relatum ac computatum, non levitate, sed consulte, providentiae et discretioni venerabilis Patris nostri Honorii, ac incluti patriarchae Hierosolymitani Stephani, fertilitate ac necessitate non ignari orientalis religionis (f. regionis), nec non pauperum commilitonum Christi, consilio communis capituli unanimiter commendavimus. Sane autem prorsus licet nostri dictaminis auctoritatem permaximus numerus religiosorum Patrum, qui in illo consilio divina admonitione convenerunt, commendat; non debemus silenter transire, quibus videntibus, et veras sententias proferentibus, ego Joannes Machaelensis praesentis paginae, jussu concilii ac venerabilis abbatis Claraevallensis, cui creditum ac debitum hoc erat, humilis scriba esse divina gratia merui.

Nomina patrum residentium in concilio Trecensi. Primus quidem resedit Matthaeus Albanensis episcopus, Dei gratia sanctae romanae ecclesiae legatus, deinde Rainaldus archiepiscopus Remensis, tertius Henricus archiepiscopus Senonensis, dehinc coepiscopi eorum, Ranckedus Carnotensis episcopus, Goslenus Suessionum episcopus, episcopus Parisiensis, episcopus Trecensis, praesul Aurelianensis, episcopus Antisiodorensis, episcopus Meldensis, episcopus Catalaunensis, episcopus Laudunensis, episcopus Belvacensis, abbas Vezeliacensis, qui non multo post factus est Lugdunensis archiepiscopus, ac sanctae romanae ecclesiae legatus; abbas Cisterciensis, abbas Pontiniacensis, abbas Trium Fontium, abbas sancti Dionysii de Remis, abbas sancti Stephani de Divione, abbas Moles.... (Molismensis); supra nominatus abbas Bernardus Claraevallensis non defuit, cujus sententiam prescripti libera voce collaudabant. Fuerant autem et magister Albericus Remensis, et magister Fulgerius, ac complures alii quos longum esset enumerare. Caeterum vero de non litteratis idoneum nobis videtur ut testes amatores veritatis adducantur in

medinm. Comes Theobaudns, comesque Nivernensis, ac Andreas de Bandinento, intentissima cura qnod erat optimum scrutantes, quod eis videbatur absurdum temperantes, in concilio sic assistebant. Ipse vero magister militiae, Hugo nomine, revera non defuit, et qnosdam de fratribns suis secum babuit, verbi gratia, fratrem Godefridum, fratrem Rorallum, fratrem Gaufridum Bisol, fratrem Paganum de Monte Desiderii, Archembaudum de Sancto Amano. Iste vero magister Hugo cum snis discipulis modum et observantiam exiguae inchoationis sui militaris ordinis, qui ab illo qui dicit: Ego principium, qui et loqnor vobis (Joan. VIII.), sumpsit exordium, juxta momoriae suae notitiam supra nominatis patribus intimavit. Placuit itaqne concilio, ut consilium ibi lima et consideratione divinarum Scripturarum diligenter examinatum, tamen cum providentia papae romanorum ac patriarchae Hierosolymitarum, nec non etiam assensu capitulí pauperum commilitonum Templi, quod est in Jerusalem, scripto commendaretur, ne oblivioni traderetur, et inenodabiliter servaretur, ut recto cursu ad suum conditorem, cujus dulcedo tam mel superat, ut ei comparatum velut absynthium sit amarissimum, pervenire digne mereantur, praestante cui militant, et militare qneant per infinita saeculorum saecula. Amen.

INCIPIT REGULA PAUPERUM COMMILITONUM SANCTAE CIVITATIS.

1 - Qualiter divinum officium audiant.

Vos quidem propriis voluntatibus abrenuntiantes, atque alii pro animarum salute vobiscum ad terminum cum equis et armis summo regi militantes, matutinas, et omne servitium integrum, secuudum canonicam institutionem, ac regularium doctorum sanctae civitatis consuetudinem, pio ac puro affectu audire universaliter studeatis. Idcirco vobis, venerabiles fratres, maxime debetur, qnia praesentis vitae luce despecta, contemptoque vestrorum corporum cruciatu, saevientem mundum pro Dei amore vilescere perenniter promisistis; divino cibo refecti ac satiati, et dominicis praeceptis eruditi et firmati, post mysterii divini consummationem nullus pavescat ad pugnam, sed paratus sit ad coronam.

2 - Quot orationes dominicas, si Dei servitium audire nequiverint, dicant.

Caeterum, si aliquis frater negotio orientalis christianitatis forte remotus (qnod saepius evenisse non dubitamus) pro tali absentia Dei servitium non audierit: pro matutinis, tredecim orationes dominicas; ac pro singulis horis, septem; sed pro vesperis, novem dicere collaudamus, ac libera voce unanimiter affirmamus. Isti etenim in salutifero labore ita

directi, non possunt accurrere hora competenti ad divinum officium. Sed, si fieri potest, horae constitutae non praetereant ante institutum debitum.

3 - Quid agendum pro fratribus defunctis.

Quando vero quilibet fratrum remanentium, morti, quae nulli parcit, impendit quod est impossibile auferri: capellanis ac clericis vobiscum ad terminum charitative summo sacerdoti servientibus, creditum officium et missam solemniter pro ejus anima Christo animi puritate jubemus offerre; fratres autem ibi astantes, et in orationibus pro fratris defuncti salute pernoctantes, centum orationes dominicas usque ad diem septimum pro fratre defuncto persolvant; ab illo die quo eis obitus fratris denuntiatus fuerit, usque ad praedictum diem, centenarius numerus perfectionis integritatem cum fraterna observatione habeat. Adhuc nempe divina ac misericordi charitate deprecamur, atque pastorali auctoritate jubemus, ut quotidie, sicuti fratri in victibus dabatur et debetur, ita quod est necessarium sustentationi hujus vitae, in cibo et potu tantum, cuidam pauperi donec ad quadragesimum diem impendatur. Omnes enim alias oblationes, quas in morte fratrum, et in Paschali solemnitate, caeterisque solennitatibus, Domino pauperum commilitonum Christi spontanea paupertas indiscrete reddere consueverat, omnino prohibemus.

4 - Capellani victum et vestitum tantum habeant.

Alias vero oblationes, et omnia eleemosynarum genera, quoquo modo fiant, capellanis, vel aliis ad tempus manentibus, unitati communis capituli reddere pervigili cura praecipimus. Servitores itaque ecclesiae victum et amictum, secundum auctoritatem tantum habeant, et nihil amplius habere praesumant, nisi magistri sponte charitative dederint.

5. - De militibus defunctis qui sunt ad terminum.

Sunt namque milites in domo Dei, templique Salomonis, ad terminum misericorditer nobiscum degentes. Unde ineffabili miseratione vos rogamus, deprecamur, et ad ultimum obnixe jubemus, ut si interim tremenda potestas ad ultimum diem aliquem perduxerit, divino amore, ac fraterna pietate, septem dies sustentationis, pro anima ejus, quidam pauper habeat.

6. - Ut nullus frater remanens oblationem faciat.

Decrevimus, ut superius dictum est, quod nullus fratrum remanentium aliam oblationem agere praesumat; sed die noctuque mundo corde in sua professione maneat, ut sapientissimo prophetarum in hoc se aequipollere valeat: Calicem salutaris accipiam (Psal. CXV.), et in morte mea mortem Domini imitabor: quia sicut Christus pro me animam suam posuit, ita et ego pro fratribus animam ponere sum paratus. Ecce competentem oblationem: ecce hostiam viventem Deoque placentem.

7. - De immoderata statione.

Quod autem auribus nostris verissimus testis insonuit, videlicet immoderata statione et sine mensura stando divinum officium vos audire: ita fieri non praecipimus, imo vituperamus: sed finito psalmo: Venite exultemus Domino, cum invitatorio et hymno, omnes sedere, tam fortes, quam debiles, propter scandalum evitandum, nos jubemus. Vobis vero residentibus, unoquoque psalmo finito, in recitatione Gloria Patri, de sedibus vestris ad altaria supplicando, ob reverentiam sanctae Trinitatis ibi nominatae, surgere, et debilibus inclinare demonstramus. Sic etiam in recitatione evangelii, et ad Te Deum laudamus, et per totas laudes, donec finito Benedicamus Domino, stare ascribimus, et eamdem regulam in matutinis sanctae Mariae teneri jubemus.

8. - De refectione conventus.

In uno quidem palatio, sed melius dicitur refectorio, communiter vos cibum accipere credimus, ubi, quando aliquid necessarium fuerit, pro signorum ignorantia, leniter ac privatim quaerere oportet. Sic omni tempore quae vobis necessaria sunt cum omni humilitate et subjectione reverentiae petite ad mensam, cum apostolus dicat: panem tuum cum silentio manduca (II Thess. III), et psalmista vos animare debet, dicens: posui ori meo custodiam, id est apud me deliberavi, ut non delinquerem in lingua (psal. XXXVIII.) id est, custodiebam os meum ne male loquerer.

9. - De lectione.

In prandio et coena semper sit sancta lectio recitata. Si Dominum diligimus, salutifera ejus verba atque praecepta intentissima aure desiderare debemus. Lector autem lectionum vobis indicat silentium.

10. - De carnis refectione.

In hebdomada namque, nisi Natalis dies Domini vel Pascha, vel festum sanctae Mariae, aut omnium sanctorum evenerit, vobis ter refectio carnis sufficiat: quia assueta carnis comestio intelligitur honorosa (f. onerosa) corruptio corporum. Si vero in d'e martis tale jejunium evenerit, ut esus carnium retrahatur, in crastino abundanter vobis impendatur. Die autem Dominico omnibus militibus remanentibus, nec non capellanis, duo fercula in honorem sanctae resurrectionis bonum et idoneum indubitanter videtur. Alii autem videlicet armigeri et clientes, uno contenti cum gratiarum actione permaneant.

11. - Qualiter manducare milites debeant.

Duos et duos manducare generaliter oportet, ut solerter unus de altero provideat, ne asperitas vitae, vel furtiva abstinentia in omni prandio intermisceatur. Hoc autem juste judicamus, ut unusquisque miles aut frater aequalem et aequipollentem vini mensuram per se solus habeat.

12. - Ut aliis diebus duo aut tria leguminum fercula sufficiant.

Aliis nam diebus, videlicet secunda et quarta feria, nec non et sabbato, duo aut tria leguminum vel aliorum ciborum fercula, aut, ut ita dicam, cocta pulmentaria, omnibus sufficere credimus; et ita teneri jubemus, ut forte qui ex uno non potuerit edere, ex alio reficiatur.

13. - Quo cibo sexta feria reficere oportet.

Sexta autem feria cibum quadragesimalem ob reverentiam passionis omni congregationi, remota infirmorum imbecillitate, semel sufficere a festo omnium sanctorum usque in pascha, nisi natalis dies Domini vel festum sanctae Mariae aut apostolorum evenerit, collaudamus. Alio vero tempore, nisi generale jejunium evenerit, bis reficiantur.

14. - Post refectionem semper gratias referant.

Post prandium vero et coenam semper in ecclesiae, si prope est, vel si ita non est, in eodem loco summo procuratori nostro, qui est Christus, gratias, ut decet, cum humiliato corde referre inenodabiliter praecipimus; famulis aut pauperibus fragmenta, panibus tamen integris reservatis, distribuere fraterna charitate debent et jubentur.

15. - Ut decimus panis semper eleemosynario detur.

Licet paupertatis praemium, quod est regnum coelorum, pauperibus procul dubio debeatur, vobis tamen, quos christiana fides de illis indubitanter fatetur, decimum totius panis quotidie eleemosynario vestro dare jubemus.

16. - Ut collatio sit in arbitrio magistri.

Cum vero sol orientalem regionem deserit, et ad Ibernam (f. Iberiam) descendit, audito signo, ut est ejusdem regionis consuetudo, omnes ad completas oportet incedere vos, ac prius generalem collationem sumere peroptamus. Hanc autem collationem in dispositione et arbitrio magistri ponimus, ut quando voluerit de aqua, et quando jubebit misericorditer ex vino temperato competenter recipiatur. Verum hoc non ad nimiam satietatem oportet et in luxu fieri, sed parcius, quia apostatare etiam sapientes videmus.

17. - Ut finitis completis silentium teneatur.

Finitis itaque completis ad stratum ire oportet. Fratribus igitur a completoriis exeuntibus nulla sit denuo licentia loqui in publico, nisi necessitate cogente; armigero autem suo, quae dicturus est, leniter dicat. Est vero forsitan ut in tali intervallo vobis de completorio exeuntibus, maxima necessitate cogente, de militari negotio, aut de statu domus nostrae, quia dies ad hoc vobis sufficere non creditur, cum quadam fratrum parte ipsum magistrum, vel illum cui domus dominium post magistrum est debitum, oporteat loqui. Hoc autem ita fieri jubemus, et ideo quia scriptum est: in multiloquio non effugies peccatum

(Prov. X), et alibi: mors et vita in manibus linguae (Prov. XVIII). In illo colloquio scurrilitates et verba otiosa ac risum moventia omnino prohibemus, et vobis ad lectulum euntibus dominicam orationem, si aliquis quid stultum est locutus, cum humilitate et puritatis devotione dicere jubemus.

18. - Ut fatigati ad matutinas non surgant.

Fatigatos nempe milites non ita, ut vobis est manifestum, surgere ad matutinas collaudamus; sed assensu magistri, vel illius cui creditum fuerit a magistro eos quiescere, et tredecim orationes constitutas sic cantare, ut mens ipsorum voci concordet, juxta illud prophetae: psallite Domino sapienter (Psal. XLVIII.): et illud: in conspectu angelorum, psallam tibi (Psal. CXXXVII): vos unanimes collaudamus. Hoc autem in arbitrio magistri semper consistere debet.

19. - Ut communitas victus inter fratres servetur.

Legitur in divina pagina: dividebatur singulis, prout cuique opus erat (Act. 11.). Ideo non dicimus, ut sit personarum acceptio, sed infirmitatum debet esse consideratio. Ubi autem qui minus indiget, agat Deo gratias, et non contristetur; qui vero indiget, humiliet se pro infirmitate, non extollatur pro misericordia, et ita omnia membra erunt in pace. Hoc autem prohibemus, ut nulli immoderatam abstinentiam amplecti liceat, sed communem vitam instanter teneant.

20. - De qualitate et modo vestimenti.

Vestimenta autem unius coloris semper esse jubemus, verbi gratia alba, vel nigra, vel ut ita dicam, burella. Omnibus autem militibus professis in hieme et in aestate, si fieri potest, alba vestimenta concedimus, ut qui tenebrosam vitam postposuerint, per liquidam et albam suo conditori se reconciliari agnoscant. Quid albedo, nisi integra castitas? Castitas, securitas mentis, sanitas corporis est. Nisi enim unusquisque miles castus perseveraverit, ad perpetuam requiem venire, et Deum videre non poterit; testante apostolo Paulo: pacem sectamini cum omnibus et castimoniam, sine qua nemo videbit Dominum (Hebr. XII). Sed quia hujusmodi indumentum, arrogantiae ac superfluitatis aestimatione carere debet: talia habere omnibus jubemus, ut solus leniter per se vestire et exuere et calceare ac discalceare valeat. Procurator hujus ministerii pervigili cura hoc vitare praesumat, ne nimis longa aut nimis curta, sed mensurata ipsis utentibus, secundum uniuscujusque quantitatem, suis fratribus tribuat. Accipientes itaque nova, vetera semper reddant in praesenti, reponenda in camera, vel ubi frater, cujus est ministerium, decreverit, propter armigeros et clientes, et quandoque pro pauperibus.

21. - Quod famuli vestimenta alba, hoc est pallia, non habeant.

Hoc nempe, quod erat in domo Dei ac suorum militum templi, sine

discretione ac consilio commoois capituli oboixe cootradicimus, et funditus, quasi quoddam vitiom peculiare, amputare praecipimus. Habebaot enim olim famuli et armigeri alba vestimeota, uode veoi·bant damna importabilia. Surrexerunt namque in ultramontanis partibus quidam pseudofratres, coojugati et alii, diceotes se esse de templo, cum sint de mundo. Hi nempe taotas cootumelias totque damna militari ordioi acquisieruot, et clleotes remaoeotes plurima scandula oriri inde superbiendo fecerunt. Habeant igitur assidue nigra: sed si talia ooo possint invenire, habeaot qualia iovenirl possunt io illa provincia qua degunt, aut quod vilius uoius coloris comparari potest, videlicet burella.

22. - Quod milites remanentes tantum alba habeant.

Nulli ergo concessum est candidas chlamydes deferre, aut alba palla habere, nisi oominatis militibus Christi.

23. - Ut pellibus agnorum utautur.

Decrevimus communi consilio, ut nullus frater remaoens, pelles perconiter, aut pelliciam, vel aliquid tale, quod ad usum corporis pertioeat, etiamque coopertorium, oisi agoorum vel arietum, habeat.

24. - Ut vetusta armigeris dividaotur.

Procurator vel dator paooorum omni observantia veteres semper armigeris et clientibus, et quaodoque pauperibus, fideliter aequaliterque erogare ioteodat.

25. - Cupieos optima, deteriora habeat.

Si aliquis frater remanens, ex debito, aut ex motu superbiae, pulchra vel optima habere voluerit, ex tali praesumptione procul dubio vilissima merebitur.

26. - Ut quautitas et qualitas vestimeotorum servetur.

Quantitatem secundum corporum magnitudinem largitatemque vestimeotorum observare oportet: dator pannorum sit in hoc curiosus.

27. - Ut dator pannorum in primis aequalitatem servet.

Loogitudinem, ut superius dictum est, cum aequali mensura, ne vel susurronum, vel comminatorum (f. criminatorum) aliquid oculus notare praesumat, procurator fraterno intuitu consideret, et io omnibus supradictis, Dei retributionem humiliter cogitet.

28. - De superfluitate capillorum.

Omoes fratres, remaneotes principaliter, ita tonsos habere capillos oportet, ut regulariter ante et retro, et ordinate considerare possint; et in barba, et io greonionibus eadem regula indeclinabiliter observetur, ne superfluitas, aut facetiae vitium denotetur.

29. - De rostris et laqueis.

De rostris et laqueis manifestum est esse gentilitium. Et cum abominabile hoc omoibus agoscatur, prohibemus et cootradicimus, ut

aliquis ea non habeat, imo prorsus careat. Aliis autem ad tempus famulantibus, rostra, et laquea, et capillorum superfluitatem, et vestium immoderatam longitudinem, habere non permittimus, sed omnino contradicimus. Servientibus enim summo conditori munditia interius exteriusque valde necessaria, eo ipso attestante, qui ait: estote mundi, quia ego mundus sum.

30. - De numero equorum et armigerorum.

Unicuique vestrorum militum tres equos licet habere, quia domus Dei templique Salomonis eximia paupertas amplius non permittit impraesentiarum augere, nisi cum magistri licentia.

31. - Nullus armigerum gratis servientem feriat.

Solum autem armigerum singulis militibus eadem causa concedimus. Sed si gratis et charitative ille armiger cuiquam militi fuerit, non licet ei in eum verberare, nec etiam qualibet culpa percutere.

32. - Qualiter ad tempus remanentes recipiantur.

Omnibus militibus servire Jesu Christo animi puritate in eadem domo ad terminum cupientibus, equos in tali negotio quotidiano idoneos, et arma, et quidquid ei necessarium fuerit, emere fideliter jubemus. Deinde vero, ex utraque parte aequaliter servata, bonum et utile appreciari equos judicavimus. Habeatur itaque pretium in scripto, ne tradatur oblivioni: et quidquid militi, vel ejus equis, vel armigero, erit necessarium, adjunctis et ferris equorum secundum facultatem domus, ex eadem domo fraterna charitate impendatur. Si vero interim equos suos miles aliquo eventu in hoc servitio amiserit, magister, prout facultas domus hoc exigit, alios administrabit. Adveniente autem termino repatriandi, medietatem pretii ipse miles divino amore concedat, alteram ex communi fratrum, si ei placet, recipiat.

33. - Quod nullus juxta propriam voluntatem incedat.

Convenit his nempe militibus, qui nihil sibi Christo charius existimant, propter servitium, secundum quod professi, et propter gloriam summae beatitudinis, vel metum gehennae, ut obedientiam indesinenter magistro teneant. Tenenda est itaque, ut mox, ubi aliquid imperatum a magistro fuerit, vel ab illo cui magister mandatum dederit, sine mora, ac si divinitus imperetur, moram pati nesciant in faciendo. De talibus enim ipsa veritas dicit: ab auditu auris obedivit mihi (psal. XVII.)

34. - Si licet ire per villam sine jussu magistri.

Ergo hospitales milites propriam voluntatem relinquentes, et alios ad terminum servientes, deprecamur, et firmiter eis jubemus, ut sine magistri licentia, vel cui creditum hoc fuerit, in villam ire non praesumant, praeterquam noctu ad sepulcrum, et ad stationes quae intra muros sanctae civitatis continentur.

35. - Si licet eum ambulare solum.

Hi vero ita ambulantes, non sine custode, id est milite aut fratre remanente, nec in die nec in nocte iter inchoare audeant. In exercitu namque postquam hospitati fuerint, nullus miles, vel armiger, aut alius, per atria aliorum militum causa videndi, vel cum aliquo loquendi, sine jussu, ut dictum est superius, incedat. Itaque consilio affirmamus, ut in tali domu ordinata a Deo, nullus secundum proprietatem militet aut quiescat: sed secundum magistri imperium totus sic incumbat, ut illam Domini sententiam imitari valeat, qua dicit: non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit (Joan. V.)

36. - Ut nullus nominatim quod ei necessarium erit quaerat.

Hanc proprie consuetudinem inter caetera ascribere jubemus, et cum omni consideratione ob quaerendi vitium teneri praecipimus. Nullus igitur frater remanens, assignanter et nominatim equum aut equitaturam vel arma quaerere debet. Quomodo ergo? Si vero eius infirmitas, aut equorum suorum debilitas, vel armorum suorum gravitas, tali esse agnoscitur, ut sic incedere sit damnum commune, veniat magistro, vel cui est debitum ministerium post magistrum, et causam vera fide et pura ei demonstret; inde namque in dispositione magistri, vel post eum procuratoris, res se habeat.

37. - De frenis et calcaribus.

Nolumus ut omnino aurum vel argentum, quae sunt divitiae peculiares, in frenis et pectoralibus, nec calcaribus, vel in strevis, unquam appareant, nec alicui fratri remanenti emere liceat. Si vero charitative talia vetera instrumenta data fuerint, aurum vel argentum taliter coloretur, ne splendidus color vel decor caeteris arrogantia videatur. Si nova data fuerint, magister de talibus, quod voluerit, faciat.

38. - Tegimen in hastis et clypeis non habeatur.

Tegimen autem in clypeis et hastis, et furellis in lanceis, non habeatur, quia hoc non proficuum, imo damnum nobis intelligitur.

39. - De licentia magistri.

Licet magistro cuiquam dare equos, vel arma, vel quamlibet rem cuilibet dare.

40. - De mala et sacco.

Sacculus et mala cum firmatura non conceduntur; sic exponentur, ne habeant absque magistri licentia; vel cui creduntur domus post eum negotia. In hoc praesenti capitulo procuratores et per diversas provincias degentes non continentur, nec ipse magister intelligitur.

41. - De legatione litterarum.

Nullatenus cuiquam fratrum liceat a parentibus suis, neque a quo-

quam hominum, nec sibi invicem, accipere vel dare, sine jussu magistri vel procuratoris. Postquam licentiam frater habuerit, in praesentia magistri, si ei placet, legantur. Si vero et a parentibus ei quidquam directum fuerit, non praesumat suscipere illud, nisi prius indicatum fuerit magistro. In hoc autem capitulo magister et domus procuratores non continentur.

42. - De fabulatione propriarum culparum.

Cum omne verbum otiosum generare agnoscatur peccatum, quid ipsi jactantes de propriis culpis ante districtum judicem dicturi sunt? Ostendit certe propheta, si a bonis eloquiis propter taciturnitatem debet interdum taceri, quanto magis a malis verbis propter poenam peccati debet cessari. Vetamus igitur et audacter contradicimus, ne aliquis frater remanens, ut melius dicam, stultitias, quas in saeculo in militari negotio tam enormiter egit, et carnis delectationes miserrimarum mulierum, cum fratre suo, vel alio aliquo, vel de alio commemorare audeat; et si forte referentem aliquem talia audierit, obmutescere faciat, vel quantocius poterit cito pede obedientiae inde discedat, et olei venditori aurem cordis non praebeat.

43. - De quaestu et acceptione.

Verum enimvero si aliqua res sine quaestu cuilibet fratri data gratis fuerit, deferat magistro vel dapifero; si vero aliter suus amicus vel parens dare nisi ad opus suum noluerit, hoc prorsus non recipiat, donec licentiam a magistro suo habeat. At cui res data fuerit, non pigeat illi, si alteri datur, imo pro certo sciat, quia si inde irascitur contra Deum agit. In hac autem praedicta regula ministratores non continentur, quibus specialiter hoc ministerium debetur et conceditur de mala et sacco.

44. - De manducariis equorum.

Utilis res est cunctis, hoc praeceptum a nobis constitutum, ut indeclinabiliter amodo teneatur. Nullus autem frater facere praesumat manducaria linea vel lanea, idcirco principaliter facta; nec habeat ulla, excepto profinello.

45. - Ut cambiare vel quaerere nullus audeat.

Nunc aliquid restat, ut nullus praesumat cambiare sua, frater cum fratre, sine licentia magistri, et aliquid quaerere, nisi frater fratri, et sit res parva, vilis, non magna.

46. - Ut nullus avem cum ave capiat, nec cum capiente incedat.

Quod nullus hactenus avem cum ave accipere audeat nos communiter judicamus. Non convenit enim religioni sic eum mundanis delectationibus inhaerere, sed Domini praecepta libenter audire, orationibus frequenter incumbere, mala sua cum lacrymis vel gemitu quotidie in oratione Dei confiteri. Cum homine quidem talia operante cum accipitre,

vel alia ave, nullus frater remanens hac principali causa ire praesumat.

47. - Ut nullus feram arcu vel baiista percutiat.

Cum omni reiigione ire decet simpliciter, et sine risu, humiliter, et non muita verba, sed rationabilia loqui, et non sic clamosa in voce. Specialiter injungimus et praecipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu aut baiista aut jaculari audeat; nec cum iilo qui hoc fecerit, ideo pergat, nisi gratia eum custodiendi a perfido gentiii, nec cum cane sit ausus clamare vel garrulare; nec equum suum, cupiditate accipiendi feram, pungat.

48. - Ut leo semper feriatur.

Nam est certum, quod vobis specialiter creditum est et debitum, pro fratribus vestris animas ponere, atque incredulos, qui semper Virginis Fiiio minitantur, de terra delere. De leone enim hoc legimus, quia ipse circuit, quaerens quem devoret (I Petr. V); et manus eius contra omnes, omniumque manus contra eum (Gen. XVI).

49. - De omni re super vos quaesita judicium audite.

Novimus quidem persecutores sanctae ecclesiae innumerabiles esse, et hos, qui contentionem non amant, incessanter crudeliusque inquietare festinant, In hoc igitur concilii sententia serena consideratione pendeat, ut si aliquis in partibus orientaiis regionis, aut in quocunque alio loco, super vos rem aiiquam quaesierit vobis per fideies et veri amatores judices audire judicium praecipimus; et quod justum fuerit, indeclinabiliter vobis facere praecipimus,

50. - Ut haec regula in omnibus teneatur.

Haec eadem reguia, in omnibus rebus vobis immerito ablatis, perenniter jubemus ut teneatur.

51. - Quod licet omnibus miiitibus professis terram et homines habere.

Divina, ut credimus, providentia a vobis in sanctis locis sumpsit exordium hoc genus novum reiigionis, ut videlicet reiigioni militiam admisceretis, et sic reiigio per militiam armata procedat, hostem sine culpa feriat. Iure igitur judicamus cum milites Templi dicamini, vos ipsos, ob insigne meritum et speciale probitatis, domum, terram et homines habere, et agricoias possidere, et juste eos regere, et institutum debitum vobis specialiter debetur impendi.

52. - Ut de male habentibus cura pervigil habeatur.

Male habentibus fratribus supra omnia adhibenda est cura pervigil, ut quasi Christo eis serviatur: ut illud evangeiicum: infirmus fui, et visitastis me, memoriter teneatur. Hi etenim diiigenter ac patienter portandi sunt, quia de talibus superna retributio indubitanter acquiriiur.

53. - Ut infirmis necessaria semper dentur.

Procuratoribus vero infirmantium omni observantia atque pervigiii cu-

ra praecipimus, ut quaecumque sustentationi diversarum infirmitatum sunt necessaria, fideliter ac diligenter juxta domus facultatem eis administrent, verbi gratia, carnem et volatilia, et caetera, donec sanitati restituantur.

54. - Ut alter alterum ad iram non provocet.

Praecavendum nempe non modicum est, ne aliquis aliquem commovere ad iram praesumat: quia propinquitatis et divinae fraternitatis tam pauperes quam potentes summa clementia aequaliter astrinxit.

55. - Quomodo fratres conjugati habeantur.

Fratres autem conjugatos hoc modo habere vobis permittimus: ut, si fraternitatis vestrae beneficium et participationem petunt, uterque suae substantiae portionem, et quidquid amplius acquisierint, unitati communis capituli post mortem, concedant, et interim honestam vitam exerceant, et bonum agere fratribus studeant, sed veste candida, et chlamyde alba non incedant. Si vero maritus ante obierit, partem suam fratribus relinquat: et conjux de altera vitae sustentamentum habeat. Hoc enim injustum consideramus, ut cum fratribus Deo castitatem promittentibus fratres hujusmodi in una eademque domo maneant.

56. - Ut amplius sorores non habeantur.

Sorores quidem amplius periculosum est coadunare, quia antiquus hostis femineo consortio complures expulit a recto tramite paradisi. Itaque, fratres charissimi, ut integritatis flos inter vos semper appareat, hac consuetudine amodo uti non licet.

57. - Ut fratres Templi cum excommunicatis non participent.

Hoc, fratres, valde cavendum atque timendum est, ne aliquis ex Christi militibus homini excommunicato nominatim ac publice, aliquo modo se jungere, aut res suas accipere praesumat, ne anathema maranatha similiter fiat. Si vero interdictus tantum fuerit, cum eo participationem habere, et rem suam caritative accipere, non immerito licebit.

58. - Qualiter milites saeculares recipiantur.

Si quis miles ex massa perditionis, vel alter saecularis, saeculo volens renuntiare, vestram communionem et vitam velit eligere, non ei statim assentiatur, sed juxta illud Pauli, probate spiritus si ex Deo sunt, et sic ei ingressus concedatur. Legatur igitur regula in ejus praesentia: et si ipse praeceptis expositae regulae diligenter obtemperaverit, tunc si magistro et fratribus eum recipere placuerit, convocatis fratribus desiderium et petitionem suam cunctis animi puritate patefaciat. Deinde vero terminus probationis in consideratione et providentia magistri, secundum honestatem vitae potentis, omnino pendeat.

59. - Ut omnes fratres ad secretum consilium non vocentur.

Non semper omnes fratres ad consilium convocare jubemus: sed quod idoneos et consilio providos magister cognoverit. Cum autem de

majoribus tractare voluerit, ut est dare communem terram, vel de ipso ordine disceptare, aut fratrem recipere; tunc omnem congregationem, si magistro placet, convocare est competens; auditoque communis capituli consilio, quod melius et utilius magister consideraverit, illud agatur.

60. - Quod cum silentio orare debeant.

Orare fratres, prout animi et corporis affectus postulaverit, stando vel sedendo, tamen summa cum reverentia, simpliciter, et non clamose, ut unus alium non conturbet communi consilio jubemus.

61. - Ut fidem servientium accipiant.

Agnovimus nempe complures ex diversis provinciis, tam clientes, quam armigeros, pro animarum salute animo ferventi ad terminum cupientes in domo nostra mancipari. Utile est autem, ut fidem eorum accipiatis, ne forte veteranus hostis in Dei servitio aliquid furtive vel indecenter eis intimet vel a bono proposito repente exterminet.

62. - Ut pueri, quandiu sunt parvi, non accipiantur inter fratres Templi.

Quamvis regula sanctorum Patrum pueros in congregatione permittat habere, nos de talibus non collaudamus vos unquam onerare. Qui vero filium suum, vel propinquum, in militari religione perenniter dare voluerit, usque ad annos, quibus viriliter armata manu possit inimicos Christi de terra sancta delere, eum nutriat; dehinc secundum regulam in medio fratrum pater vel parentes eum statuant, et suam petitionem cunctis patefaciant. Melius est enim in pueritia non vovere, quam posteaquam vir factus fuerit enormiter retrahere.

63. - Ut senes semper venerentur.

Senes autem pia consideratione secundum virium imbecillitatem supportare ac diligenter honorare oportet: et nullatenus in his quae corporis sunt necessaria districte teneantur, salva tamen auctoritate regulae.

64. - De fratribus qui per diversas provincias proficiscuntur.

Fratres vero qui per diversas provincias diriguntur, regulam, in quantum vires expetunt, servare in cibo et potu et caeteris studeant, et irreprehensibiliter vivant, ut ab his qui foris sunt bonum testimonium habeant, religionis propositum nec verbo nec actu polluant, sed maxime omnibus, quibus se conjunxerint, sapientiae et bonorum operum exemplum et condimentum praebeant. Apud quem hospitari decreverint, fama optima sit decoratus; et, si fieri potest, domus hospitis in illa nocte non careat lumine, ne tenebrosus hostis occisionem, quod absit! inferat. Ubi autem milites non excommunicatos congregari audierint, illuc pergere, non considerantes tam temporalem utilitatem quam aeternam animarum illorum salutem, dicimus. Illis autem fratribus in ultramarinis partibus spe subvectionis ita directis, hac conventione eos qui militari

ordini se jungere perenniter voluerit recipere collaudamus: ut in praesentia episcopi illius provinciae uterque conveniat, et voluntatem petentis praesul audiat. Audita itaque petitione, mittat eum frater ad magistrum et ad fratres qui sunt in templo quod est in Jerusalem, et si vita ejus est honesta talique consortio digna, misericorditer suscipiatur, si magistro et fratribus bonum videtur. Si vero interim obierit, pro labore et fatigatione, quasi uni ex fratribus totum beneficium et fraternitas pauperum et commilitonum Christi ei impendatur.

65. - Ut victus aequaliter omnibus distribuatur.

Illud quoque congrue et rationabiliter manutenendum censemus, ut omnibus fratribus remanentibus victus secundum loci facultatem aequaliter tribuatur: non enim est utilis personarum acceptio, sed infirmitatum necessaria est consideratio.

66. - Ut milites templi decimas habeant.

Credimus namque relictis affluentibus divitiis vos spontaneae paupertati esse subjectos, unde decimas vobis communi vita viventibus juste habere hoc modo demonstravimus. Si episcopus ecclesiae, cui decima juste debetur, vobis charitative eam dare voluerit, assensu communis capituli de illis decimis quas tunc ecclesia possidere videtur vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam vel ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur, et seipsum in hoc valde redarguens, vobis eamdem reliquerit, ad nutum ejus qui praeest tantum, sine consensu capituli, id agere potest.

67. - De levibus et gravibus culpis.

Si aliquis frater loquendo, vel militando, aut aliter, aliquid leve deliquerit, ipse ultro delictum suum satisfaciendo magistro ostendat. De levibus, si consuetudinem non habeant, levem poenitentiam habeat. Si vero eo tacente per aliquem alium culpa cognita fuerit, majori et evidentiori subjaceat disciplinae et emendationi. Si autem grave erit delictum, retrahatur a familiaritate fratrum, nec cum illis simul in ead m mensa edat, sed solus refectionem sumat. Dispensationi et judicio magistri totum incumbat, ut salvus in judicii die permaneat.

68. - Qua culpa frater non amplius recipiatur.

Ante omnia providendum est ne quis frater potens aut impotens, fortis aut debilis, volens se exaltare et paulatim superbire, ac culpam suam defendere indisciplinatus maneat: sed si emendare noluerit, ei districtior correptio accedat. Quod si piis admonitionibus, et fusis pro eo orationibus, emendare noluerit, sed in superbia magis ac magis se erexerit, tunc, secundum apostolum, de pio eradicetur grege. Auferte malum ex vobis (I. Cor. V.); necesse est ut a societate fratrum fidelium ovis morbida removeatur. Caeterum magister, qui baculum et virgam

manu tenere debet (baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates sustentet, virgam quoque qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriat), consilio patriarchae et spiritali consideratione id agere studeat, ne, ut ait beatus Maximus, aut solutior lenitas cohibentiam peccantis, aut immoderata severitas a lapsu non revocet delinquentem.

69. - Ut a Paschali solemnitate usque ad festum omnium Sanctorum unam camisiam lineam tantum sumere habeat.

Interea, pro nimio ardore orientalis regionis, misericorditer consideramus, ut a Paschali festivitate usque ad omnium Sanctorum solemnitatem unicuique una camisia linea tantum, non ex debito, sed sola gratia detur, illi dico qui ea uti voluerit: alio autem tempore generaliter omnes camisias laneas habeant.

70. - Quot et quales panni in lecto sint necessarii.

Singulorum quidem, non aliter per singula lecta dormientium dormire, nisi permaxima causa vel necessitas evenerit, communi consilio collaudamus. Lectualis vel lectisternia moderata dispensatione magistri unusquisque habeat: credimus enim potius saccum, culcitram, et coopertorium unicuique sufficere. Qui vero ex his uno carebit, carpitam habeat, et in omni tempore tegmine lineu, id est veluso, frui bene licebit: vestiti autem camisiis dormiant, et cum femoralibus semper dormiant. Dormientibus itaque fratribus, jugiter usque mane nunquam desit lucerna.

71. - De vitanda murmuratione.

Æmulationes, invidias, livorem, murmur, susurrationes, detractiones, divina admonitione, vitare, et quasi quamdam pestem fugere, vobis praecipimus. Studeat igitur unusquisque, vigilante animo, ne fratrem suum culpet aut reprehendat, sed illuc Apostoli studiose secum animadvertat: ne sis criminator, nec susurro in populo (Levit. XIX.) Cum autem fratrem liquido aliquid peccasse agnoverit, pacifice et fraterna pietate, juxta Domini praeceptum, inter se et illum solum corripiat: et, si eum non audierit, alium fratrem adhibeat: sed si utrumque contempserit, in conventu publice objurgetur coram omnibus. Magnae enim caecitatis sunt, qui aliis detrahunt; et nimiae infelicitatis sunt, qui se a livore minime custodiunt; unde in antiquam versuti hostis nequitiam demerguntur.

72. - Ut omnium mulierum fugiantur oscula.

Periculosum esse credimus omni religioso vultum mulierum nimis attendere, et ideo nec viduam, nec virginem, nec matrem, nec sororem, nec amitam, nec ullam aliam feminam aliquis frater osculari praesumat. Fugiat ergo feminea oscula Christi militia, per quae solent homines saepe periclitari; ut pura conscientia et secura vita in conspectu Domini perenniter valeat conversari. (*Il* §. 21 - 40 - 64 *sono manifestamente aggiunti.*)

LXXIX.

anno circa 1126.

=

Lettera di s. Bernardo a pp. Onorio II - gli scrive in favore dell' eletto alla cattedra di Chalôn - edita da Baronio per errore all' anno 1129 - Migne *T. CLXXXII pag. 116 n. 13* - Manriquez *annali cistercienses T. I pag. 168.*

Summo pontifici Honorio, pater quidam, professione monachus, conversatione peccator, se ipsum quantillus est.

Ajunt apud vos plus valere pauperis precem, quam poten is vultum. De qua vestra singulari dignatione tam sancta opinio facit me dignitatis celsitudinem non vereri, quo minus audeam loqui ad vos, id praesertim quod charitas suggerit. De ecclesia dico, domine, catalannensi, cujus quantum in me est, nec valeo, nec debeo dissimulare periculum. Videmus nimirum, jamjamque imminere sentimus, nos qui vicini sumus, pacem videlicet memoratae ecclesiae graviter mox esse turbandam, si electioni illustris illius viri, id est, magistri Alberici, in quam utique totus tam clerus, quam populus pari voto et voce convenerant et conveniunt, vestrae pietatis assensum impetrare nequiverint. De qua re si et nostra quaeritur aut curatur sententia, novimus hominem sanae fidei et doctrine hactenus extitisse, in divinis pariter et humanis prudentem esse, et speramus in domo Dei (si tamen ipse elegit eum) foro vas in honorem et utilem futurum, non solum illi, sed et omni gallicanae ecclesiae. Vestrae jam discretionis est judicare, an merito flagitetur a vobis facienda dispensatio, unde talis potest sperari recompensatio.

LXXX.

circa l' anno 1126.

=

Lettera di s. Bernardo a pp. Onorio II - gli raccomanda la chiesa di Dijon - edita da Migne *T. CLXXXII 117 - n. 14.*

Summo pontifici Honorio, frater Bernardus vocatus abbas Clarae-Vallis, salutem, et si quid potest peccatoris oratio.

Quanto ad vos timore scribam, novit ipse quem timemus in vobis. Sed ut audeam, domina charitas facit: quippe quae imperat et vobis. Pro ecclesia divionensi rogatus suscepi facere precem; sed quid potissimum precari debeam, pene dubito. Nam sicut tentare aliquid vel prece vel pretio adversus justitiam iniquum est: sic pro justitia multum laborare apud justitiae amatorem superfluum. Verum etsi nos quid oremus, sicut oportet, nescimus, confidimus tamen quod vestra benignitas, praesertim in causa religiosorum, otiosa esse non poterit. Et quidem sanctitati vestrae prudentia sollicitaque discussio quid inventura sit, ego nescio, sed hoc dico quod audivi et frequenter audio, quia videlicet longo et inconcusso tenore fertur divionensis ecclesia possedisse ea, de quibus adversus eam causantur luxovienses: ita ut hi qui videntur antiquiores de vicinis, mirentur et indignentur, novam abominantes calumniam.

LXXXI.

circa l'anno 1126.

=

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di papa Onorio II per una causa della diocesi di Dijon - edita da Migne *CLXXXII 118 n. 15.* Manriquez *annali cistercensi t. I, pag. 169.*

Viro illustri domino Haimerico apostolicae Sedis cancellario, Bernardus de Clara-Valle, quae retro sunt oblivisci, et ad ea quae ante sunt, Apostolum sequi.

Non latet amicos nostros quod me familiari affectu diligitis, et tantae mihi felicitatis fructum invident, si solus habere voluero. Monachi divionenses ob antiquam illius ecclesiae religionem mihi charissimi sunt. Sentiant si placet, quod non sit amor otiosus, sive vester ad nos, sive noster ad illos, salva tamen in omnibus justitia, contra quam ne amicum quidem rescipere fas est.

LXXXII.

circa l' anno 1126.

=

Lettera di s. Bernardo a Pietro prete cardinale per la stessa causa di Dijon - edita da Migne *t. CLXXXII pag. 119 - n. 16 -* Manriaquez *annali cistercensi I. 169.*

Charissimo domino suo Petro presbytero cardinali, frater Bernardus abbas Clarae-Vallis, salutem, et non in via.

Ego causam non habeo; causam tamen divionensium monachorum, quia viri religiosi sunt, meam facio. Manu tenete eam ut meam; sic tamen meam, ut et justitiae sit. Quod utique et nos confidimus, et tota fere patria testatur.

LXXXIII.

circa l'anno 1127.

Lettera di s. Bernardo a Pietro diacono cardinale di s. Maria in via-lata e legato di papa Onorio II in Francia - si scusa del non essersi recato presso di lui, e gli promette i suoi scritti - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 119 n. 17 -* Manriquez *annali cistercensi I. 168.*

Domino venerabili Petro, romanae ecclesiae diacono cardinali et legato, frater Bernardus, se ipsum quantum potest.

Quod ad vos non veni, ut mandastis, non mea pigritia, sed causa fuit non contemnenda. Siquidem salva vestra omniumque bonorum reverentia, mihi propositum est nequaquam egredi de monasterio, nisi certis ex causis, quarum utique nulla modo se obtulit, ut licite possem vestrae in hoc, imo et nostrae satisfacere voluntati. Verum vos quid facitis de eo quod jamdudum vestrarum priorum litterarum promissione tenemus, vestro scilicet, quem adhuc sustinemus, adventu? Quae illa deinde scripta sint, quae et ante vobis (al. nobis) fieri jussistis, et nunc requiritis, omnino nescimus; ideoque nihil paravimus. Ego enim nescio me quidpiam quandoque scriptitasse de moralibus, quod vestrae excellentiae studio dignum putem. Aliqui fratres nonnulla ex his quae me coram audiere loquentem, stilo suo excepere. Quorum unus vobis praesto est, praecentor videlicet trecensis et archidiaconus Gebuinus, et facile potestis habere, si qua placent, quae ab illo accepta sunt. Tamen si curae vobis, aut curis quandoque vestris vacuum fuerit, et ita dignum judicatis, dignitatis videlicet vestrae praesentiam expectantibus exhibere filiolis, tunc si quid in manibus inventum, aut nostro posse adhuc elaborari studio visum fuerit quod forte delectet, vestrae omnino pro viribus non deero voluntatis. Diligimus enim bonam famam vestram; reveremur, quam in vobis audivimus, circa res Dei sollicitudinem et sinceritatem et ideo valde gratum habemus, si nostra vobis forte in aliquo esse possit officiosa rusticitas.

LXXXIV.

circa l'anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo a Pietro diacono cardinale e legato di pp. Onorio II in Francia - edita da Migne *CLXXXII - pag. 120 - n. 18.*

Cum totum me dedero vobis, parum est, ut digne mihi videar recompensasse vel dimidium benevolentiae, quam erga nostram humilitatem habere vos ajunt. Gaudeo quidem de gratia: sed temperat, fateor, pro tanto favore laetitiam, quod eumdem mihi favorem non opus, sed opinio acquisierit. Pudet nimirum granditer exultare, cum sentio in me venerari vel diligi, non quidem quod sum, sed quod putor. Neque enim ego tunc diligor, quando sic diligor: sed nescio quid in me pro me, quod non sum ego. Imo, ut verius loquar, non nescio, nam certissime scio quod nihil. Nihil enim procul dubio est, quidquid putatur et non est. Porro cum amatur quod non est, sed esse putatur, non amor vel amans nihil est, sed quod amatur. Mirandum, sed magis dolendum, quam mirandum, quod id quod nihil est, amari potest. Hic plane sentimus unde discessimus, quo venimus; quid perdidimus, quid invenimus.

Adhaerendo ei qui semper et beate est, semper et nos esse, et beate esse poteramus. Adhaerendo autem dixerim, non solum per cognitionem, sed per amorem. Nam quidam ex filiis Adam cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis. Merito proinde obscuratum est insipiens cor eorum: quia cum veritatem cognoscerent et contemnerent, jure receperunt in poenam ut nec cognoscerent. Heu! sic adhaerendo veritati per cognitionem, sed ab illa defluendo per amorem, amando pro illa scilicet vanitatem, homo vanitati similis factus est. Et quid vanius, quam diligere vanitatem; et quid iniquius, quam contemnere veritatem? Quid vero justius, quam contemptoribus subtrahi et ipsam cognitionem? quid, inquam, justius, quam ut jam de ejus cognitione gloriari non possit, qui cognitam non glorificavit? Itaque appetitus vanitatis est contemptus veritatis; contemptus veritatis, causa nostrae caecitatis. Et quia non pro-

baverunt, inquit, Deum habere in notitiam, tradidit illos in reprobum sensum (Rom. I. 21. 28.)

2. Ex hac ergo caecitate descendit, quod plerumque, pro eo quod est, amamus vel approbamus quod non est: quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur ab eo qui summe est. Et quid est homo, o Deus, nisi quod innotuisti ei? Itaque si notitia Dei causa est, ut homo aliquid sit, ignorantia facit ut nihil sit. Sed qui vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt, miseratus quodammodo redactos in nihil; manna illud absconditum, de quo apostolus: et vita, inquit, vestra abscondita est cum Christo in Deo (Coloss. III. 3.), quia necdum possumus contemplari per speciem, vel plene amplecti per amorem, dedit interim nobis et sapere per fidem, et quaerere per desiderium: per quae utique duo ad esse de non esse secundo reducti, fieri incipiamus initium aliquod creaturae ejus, transituri quandoque in virum perfectum in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quod procul dubio erit, cum justitia convertetur in judicium, hoc est, fides in intellectum, justitia videlicet quae ex fide est, in judicium plenae cognitionis, et item desiderium peregrinationis in plenitudinem commutabitur dilectionis. Si enim adhuc absentes initiat fides et desiderium, praesentes profecto consummat intellectus et amor. Sicut autem fides ducit ad plenam cognitionem, sic desiderium ad perfectam dilectionem. Et sicut dicitur: nisi credideritis, non intelligetis (Isai. VII. 9. sec. LXX.): sic dici aeque non absurde potest: si non desideraveritis, non perfecte amabitis. Intellectus igitur est fructus fidei perfecta charitas desiderii. Interim justus ex fide vivit (Habac II. 4), nam beatus ex intellectu. Interim justus desiderat ad Deum sicut cervus ad fontes aquarum: nam beatus haurit jam in gaudio de fontibus Salvatoris, hoc est, delectatur in plenitudine charitatis.

3. His igitur fortassis, quasi duobus animae brachiis, intellectu videlicet et amore, id est cognitione et dilectione veritatis, amplectitur et comprehenditur cum omnibus sanctis longitudo, latitudo, sublimitas et profundum, hoc est aeternitas, charitas, virtus et sapientia. Et haec omnia Christus. Æternitas est, quia haec est vita aeterna, ut cognoscant te verum Deum, et quem misisti Jesum Christum (Joan. XVII. 3.) Charitas est, quia Deus est: Deus enim charitas est (I. Joan. IV. 16) Est et Dei virtus, et Dei sapientia (I. Cor. I. 24.) Sed quando haec erunt? quando videbimus eum sicuti est? Quando amabimus eum prout est? Nam expectatio creature revelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subjecta est, non volens (Rom. VIII. 19. 20.). De qua universali vanitate inest nobis et velle laudari, cum simus vituperabiles; et nolle laudare quos scimus esse laudabiles. Sed et hoc vanum est, quod, nostra plerumque ignorantia, et tacetur quod est, et praedi-

catur quod non est. Quid ad ista dicemus, nisi quia vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum? (Psal. LXI. 10.) Laudamus (al. laudamur) mendaciter, delectamur inaniter, ut et vani sint qui laudantur, et mendaces qui laudant. Alii adulantur, et fieti sunt; alii laudant quod putant, et falsi sunt; alii utrorumque praeconiis gloriantur, et vani sunt. Solus sapiens qui cum apostolo dicit: parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me (II. Cor. XII. 6.)

4. Hec interim vobis nimis festine, et ob hoc minus festive exaravi potius quam dictavi, ac fortassis loquacius quam debui, sed omnino veracius non potui, prout sapui. Sed ut inde sumat epistola finem, unde sumpsit exordium, nolo vos de me incertae famae nimis credulum esse: quae, ut optime nostis, saepe in sua solet utrobique falli sententia; et de laude videlicet, et de vituperatione. Probate, si placet et aestimate, quatenus amor vel favor vester et justus, et eo sit amplius amico gratus, quo pro meritis moderatus: ut eum laus de gravitate judicii, non mendacio processerit vulgi, et si minus honoris, minus quoque conferat et oneris. Est certe quod me magis, quantuluscumque sum, facit esse vestrum: quod videlicet in rebus Dei strenue sincereque, ut ajunt, pro vestra vice versamini. Hoc ut semper de vobis vere dicatur, semper in vobis vere inveniatur.

5. Librum quem quaesistis ad transcribendum, habetis. Opuscula nostra quae requiritis, et pauca sunt, et nihil est in eis omnino quod vestro studio dignum putem. Tamen quia melius judico mihi, nostrum culpari ingeniolum, quam voluntatem, et periclitari apud vos potius imperitiam, quam obedientiam: quae horum, et quo vobis placet ut mittam, scripto nobis per praesentem nuntium significate: ut quae modo penes me non sunt, ab his qui habent ea requiram, et dirigam quocunque mandaveritis. Et ut sciatis quid petatis, scio me scripsisse libellum, qui inscribitur, de humilitate: et quatuor homilias in laudibus virginis Matris (nam hunc habet titulum) super illum videlicet Evangelii apud Lucam, ubi dicitur, missus est angelus Gabriel (Luc. 1. 26.); nec non et apologiam ad quemdam amicum nostrum, ubi aliqua disserui de cluniacensibus, et nostris, id est cisterciensibus, observantiis. Sed et paucas ad diversos epistolas dictavi. Aliqui fratres ex his qui mecoram audiere loquentem, suo stilo exceperunt, et penes se retinent. Utinam, quod minime spero, nostra vobis in aliquo possit esse officiosa rusticitas.

LXXXV.

circa l' anno 1128.

=

Lettera del cardinale Almerigo diacono di s. Maria nova e cancelliere di papa Onorio II a Didaco arcivescovo di Compostella, pubblicata da Munio Ugo e Gerardo » *storia compostellana* » *presso* Migne *t. CLXX pag. 1167* - Florez *Espana sagrada t. XX.*

Charissimo amico Didaco compostellano archiepiscopo, Aimericus diaconus cardinalis et cancellarius salutem.

Sani, Deo gratias, et incolumes sumus: status autem domini papae et S. R. E. in debita soliditate persistit, nec animus ejus adversus vos est mutatus. Speramus vero quoniam de latere suo in proximo ad partes vestras legatum est missurus, qui voluntatem ejus plenius vobis aperiet.

LXXXVI.

10 gennaio 1126.

=

Breve di pp. Onorio II a Didaco arcivescovo di Compostella - inserito da Florez *nell' Espana sagrada XX - 442 -* Migne *CLXVI - 1246 - n. 33 -* Munio *c. 83 - L. II dell' istoria compostellana.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Didaco compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Nuntios cum litteris a tua fraternitate nobis transmissos, qua debuimus charitate, suscepimus. Caeterum quoniam multa nobis incumbebant negotia, et propter novitatem nostram, tuis postulationibus in praesenti non potuimus respondere. Praevideat autem discreta fraternitatis tuae pruden ia, ut d gnitate pallii, quod signum humilitatis est, concessa tibi a sanctae matris tuae ecclesiae romanae clementia, uti studeas, non abuti.

Datum Laterani IV idus januarii.

LXXXVII.

10 gennaio 1126.

Breve di pp. Onorio II a Didaco arcivescovo di Compostella - inserito da Florez *E. S. XX - 442 -* Migne *CLXVI - 1246 - n.* 34 - Munio *c. 83 - L. II dell' istoria compostellana.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Didaco compostellano archiepiscopo, salutem et apost. benedict.

Quamvis de persona toa sinistra quaedam et superstitiosa nostris sint auribus nuntiata, quia tamen devotissimum te romanae ecclesiae filium profiteris, nos te vera volumus diligere charitate, et delatori alicui facilem de persona tua nolumus praebere auditum. Tu vero ita humiliter et devote te habeas, ut plenarie gratiam b. Petri et nostram valeas retinere.

Data Laterani IV idus jan.

LXXXVIII.

10 gennaio 1126.

Privilegio per la chiesa di Lincoln ad Alessandro vescovo - pubblicato da Wilkins *C. M. B.* I - *406 che la segna al 1125* - Migne *CLXVI - 1246 - num. 35 -* Monasticon anglicanum *III - 268.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Alexandro lincolniensi episcopo ejusque successoribus legitime promovendis, in perpetuum.

Pia et diligens maternae cura sollicitudinis teneros filios consuevit dulciter educare, et adultis, unde sustentari valeant, sagaciter providere. Proportionaliter itaque sancta romana ecclesia in fide Petri fundata omnium ecclesiarum obtinet principatum, parvulos et imbecilles lacte sapientiae suae nutrit; provectis autem et devotis profundioris scientiae pabula subministrat, et, ut liberius divinis vacare possint obsequiis, apostolicae sedis munimine ab hostium incursione defendit. Hac igitur inducti ratione, lincolniensem ecclesiam, cui Deo auctore, dilecte in Domino frater Alexander episcope, praesides, sub apostolicae Sedis tutelam excipimus, et contra pravorum hominum molestiam, auctoritate ejus, defensione et privilegio communimus. Bona ergo et possessiones, quas juste et legitime possidet, vel in futurum largiente Domino, canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et per vos ecclesiae lincolniensi et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus nominibus adnotanda; videlicet in civitate Lincolniae burgum quod vocatur Willingtorp, Hundegaiam, ecclesiam omnium sanctorum Netellam, Ludam, Ston, Noritonam, Newercam, Staford, Lidentonam, Spaldewic, Buchendaram, manerium situm juxta Legrecestram civitatem, Chileschel, Eroposeiam, Banebiriam, Tamam, Nundentonam, Dorchecestriam, Wobnrnam, abbatiam de Egenesham, cum omnium supradictorum pertinentiis, parochiam episcopalem Lindesiam, Nicholasira, Leccestrasira. Hamtonasira, Buchinghamsira, Oxinafordsira, Huntendonasira, Herfordsira pars. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum

clerico vel laico prefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur usibus ecclesiasticis profutura. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundum tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesus Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Datum Laterani per manus Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, III kal. februarii, indictione IV, incarnationis dominicae 1126, pontificatus autem domni Honorii II papae anno I.

LXXXIX.

10 febbraio 1126.

Privilegio al venerabile Guglielmo di s. Thierri nel territorio di Reims - pubblicata da Varin *arch. adm. de Reims I - 279 -* Migne *CLXVI - 1247 - n. 36.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Guilielmo abbati monasterii sancti Theodorici, quod situm est in territorio Remensi, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetnum.

Desiderium quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecte in Christo filii Guilieime abbas, rationalibus tuis petitionibus assensum praebentes, monasterium sancti Theodorici, cui auctore Domino praeesse cognosceris, in beati Petri tutelam, nostramque protectionem suscipimus. Universas igitur possessiones et bona omnia quae locus idem in praesentiarum legitime possidet, tibi tuisque successoribus secundum Dei timorem ibi promotis, praesentis decreti pagina confirmamus. In quibus haec propriis visa sunt nominibus exprimenda: ipsam videlicet totam villa sancti Theodorici quietam et liberam, et ab advocatia, comitatu, vel vicecomitatu, sive ab omni exactione saeculari, secundum praecepta regum Lotharii, Caroli, et Henrici absolutam, cum adjacente villula quae dicitur villare sub silva; item mansum indominicatum in villa Puilione, mansum indominicatum in villa Tiiiio cum terris appendentibus, et in his omnibus bannum, et justitiam, et furnum cum decima tota; villam Francorum cum decima tota, cumque haec omnia sub una parochia contineantur, ha ratione est libera ut annua illa obsonia in synodo non persolvat; et presbyteri qui inibi ab abbate statuentur, ad conventus decanorum quos kaleudas vocant, non accedant nisi sponte voluerint, alius autem canonicum ex eis exhibeant obedientiam; mansum indominicatum in villa Triniaco vel Mazzella, et justitiam, et bannum, et furnum bannilem in tota villa cum decima tota et quibusdam terris in villa Cavalio jacentibus et ad ipsum Triniacum per-

linentibus, decimam villae Chalon quae es' de parochia ipsius Triniaci; decimam villae Chanadii quae est de parochia sancti Theodorici sicut et villa Francorum. Tres molendinos in Vidula cum tota aqua et piscatione ipsius fluminis super molendinum Masschot, usque ad molendinum Macele, cum quarta parte ipsius molendini et paludem adjacentem ipsi aquae, pro cujus herbaria rustici de Chalon corveiam solvunt sancto Theodorico in Triniaco; villam Nocturniacum cum banno et justitia; mansum indominicatum in Brimerci curte; terras censuales in villa Mairiaco, simi iter in Gangiaco. In diocesi Remensi, altaria haec: de Triniaco, de Herimundivilla, de Summopi, de Spoia, de Seilisas, de Ida, de Thelina. In episcopatu Laudunensi, altaria haec de Wreivilla, de Hupenei curte, de Berturi curte, de Agubi curte, de Condeto, de Domnamaria, de Ansoldi curte, de sancto Theodulfo, quod (sic) dicitur Gnast. In episcopatu Noviomensi altaria duo et ecclesias, et decimas totas de Atheiis. In episcopatu Tornacensi, altaria haec: de Gnartengen de Kercova cum capella Guarnereja. In episcopatu Cameracensi altaria haec: de Bernis cum capella de Quadromonte de Elefella. Quaecunque praeterea futuris temporibus idem monasterium juste atque canonicae poterit adipisci, firma ei et illibata permaneant; et praedicta altaria libera sint, et absque personis. Salvo in omnibus jure ac reverentia Remensis archiepiscopi, atque aliorum episcoporum, et consuetudinibus canonicis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua vero ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem, praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus. S.

Data Laterani, per manum Haimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IV idus februarii, indictione IV, anno dominicae incarnationis 1126, pontificatus autem domini Honorii secundi papae anno II.

XC.

16 febbraio 1126.

Confermazione data da pp. Onorio II all' ordine premonstratense e privilegio a s. Norberto fondatore del medesimo - pubblicata da Hugo *annali premonstratensi I - pr. 9 - Vita di s. Norberto pag. 239 -* Migne *CLXVI 1249 - n. 37 -* Pertz *M. G. L- t. III pag. 690 -* Bollandisti *acta ss. Junii t. I - pag. 844.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Norberto fratri in Christo, et canonicis Praemonstratae ecclesiae sanctae Mariae, eorumque successoribus regularem vitam in perpetuum professis.

Apostolicae disciplinae sectantes vestigia mundanis quidem pompis et possessionibus abrenuntiant, et Domino totis nisibus famulantur. Isti ergo si bonum, quod incaeperint, consummarint, in extremo examine judicis sunt immortalitatis stolam et perpetuam gloriam adepturi. Quia igitur vos religiose vivere et canonicam vitam secundum beati Augustini institutionem ibidem ducere, inspirante divina gratia decrevistis, propositum vestrum Sedis apostolicae auctoritatae confirmamus, et firmos vos in remissionem peccatorum vestrorum in eo persistere adhortamur. Statuimus itaque, ut in ecclesiis vestris, in quibus fratres vitam canonicam professi degunt, nulli omnino hominum liceat secundum beati Augustini regulam ibidem constitutum ordinem commutare; nullus etiam episcoporum futuris temporibus audeat ejusdem religionis fratres ab ecclesiis vestris expellere, nec professionis canonicae quispiam ex eisdem ecclesiis aut claustris audeat sine communi congregationis permissione discedere: discedentem vero, nullius episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium litterarium cautione suscipere. Bona etiam et possessiones quas juste et legitime possidetis, praesentis nostri scripti pagina confirmamus, in quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: ecclesiam videlicet sancti Martini Laudunensis in Laudunensi episcopatu, Vivariensem ecclesiam sanctae Mariae in Sues-

sionensi episcopatu, Floressiensem ecclesiam sanctae Mariae in Leodiensi, Capenberg ecclesiam sanctae Mariae et beatorum Petri et Pauli in Monasteriensi, Wollar ecclesiam sanctae Mariae in eodem episcopatu, Clostat (Eicostad), ecclesiam sanctae Mariae in Moguntiensi, ecclesiam sancti Annalis in Metensi, Antuerpiae ecclesiam sancti Michaelis in Cameracensi; ambitum ejusdem vallis a loco qui dicitur Hallerpro, usque ad vallem Rochardii, cum tribus adjacentibus vallibus, et a rivo versus Vois, sicut valles proportant. Duas partes decimae quas in villa de Crespi per Laudunensem episcopum habetis, et caetera quae in eadem villa largitione dilecti filii nostri Ludovici regis Franciae possidetis. Alodium Clarifontis, alodium Romengeis cum molendino; tres mansos apud Boimont; Aulsi mansum unum cum molendino; Fraisne mansum unum, Versigny mansum unum, Souppy tres mansos et dimidium; totum alodium quod dicitur Bonnuel, Suessioni domum unam cum vineis et terris; vineas in Laudunensi pago in villa quae dicitur Brniencourt, et Ursignicourt, et Montarcume. Quaecunque praeterea in futurum, concessione pontificum, liberalitate regum vel principum, vel aliis justis modis canonice poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus in sanctae religionis proposito permansuris, et illibata serventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat easdem ecclesias temere perturbare, aut eorum possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, regularium fratrum et pauperum usibus profutura, salva diocesarum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem ecclesiis jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Haimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, decimo quarto kal. martii, indictione quarta, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo vigesimo sexto pontificatus autem domni Honorii secundi papae anno secundo.

XCI.

19 febbraio 1126.

Diploma di Gualtieri arcivescovo di Ravenna - instituisce in Argenta una canonica regolare - pubblicato da Garampi *» b. chiara da Rimini diss. IX pag. 279 e seg. estratto da un sommario di scrittura giudiziale, forse non troppo bene trascritto. Gualtieri era stato canonico e preposto di Ponto ed in Ravenna ancora benefattore della osservanza regolare -* Fantuzzi *M. R. T. I, 396, 78, - II, 120.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti anno ab incarnatione Domini 1126 temporibus d. Honorii pp. et Lauterii regis die 19 mensis februari ind. IV Argentae.

Gualterius servus servorum Dei divina gratia archiepiscopus s. ravennatis ecclesiae Martino praesbytero et Alberto praesbytero et Dando praesbytero, vobis confratribus qui estis acceptoribus pro vobis et vestris successoribus quibus in ecclesia s. Mariae in Castro Argentae et in ecclesia s. Nicolai in burgo eiusdem castri officia Dei vivorum et mortuorum ordinata fuerint ad faciendum per nostram jussionem et successorum nostrorum et in praedictis ecclesiis in perpetuum inferius dicendam..... permanendam.

Ecclesiasticae contemplationis secta nos praemonet illa semper considerare atque disponere quae ad aumentum et diligentiam seu restaurationem officiorum praedictarum ecclesiarum s. Mariae et Nicolai pertinent: et ne quae absit data negligentia quoquomodo..... sd culpam..... cum summae divinitatis potentia suae pietatis arbitrio illud nos ambire quotidie admonet, quod ad perennitatis proventum consequendum et potissimum vel celeberrimum fore dignoscitur, praesentium scilicet sacerdotum et clericorum praedictarum ecclesiarum s. Mariae et s. Nicolai augumentum vel religionem pertineat. Statuimus qualiter miserante Deo

vivorum et mortuorum animabus perpetualiter venia sit et maius pro his opportunitatibus ac perpetuae religionis causa, sancimus supradictorum graduum praedictarum ecclesiarum nostrarum s. Mariae et s. Nicolai praesbyteros et clericos jam deinceps hoc nostro privilegio fore munitos. Ideoque ego suprascriptus Gualterius archiepiscopus damus donamus seu transferimus et in perpetuum transactamus in praedictas ecclesias sanctae Mariae et s. Nicolai idest casale unum et juxta canonicam praedicti s. Nicolai, a primo latere praedicta canonica, a secundo latere via percurrente, a tertio latere detinente Petro pistore nostro nomine, a quarto latere ego ipse donator. Et donamus in praedictas ecclesias hortum unum e duobus lat. viis percurrentibus, a tertio Gnerisettus, a quarto latere canonica. Et insuper donamus etc. praedictis ecclesiis corrigium unum (*misura di terreno*) quod detinet Albertus de Fuscardo nostro nomine: a primo latere fossa de Butalo, a secundo via etc. Haec omnia donamus in praedictis ecclesiis in perpetuum et praesbyteris et clericis, quibus ibi modo sunt ordinati et in futuro erunt per me et per meos successores, ad eorum necessitatem et quotidianum victum pertineant, quicumque ex eis indesinenter, secundum paginam canonicae regulae vitam ducere et humilem conversationem promiserint; idest ut insimul omni tempore dormiant simulque manducent et caeteras horas dierum ad orandum pro vivis et defunctis, ad reddendas Deo laudes summo studio observent et cum Salmista veridica voce dicere possint: *ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum*. Siqnis autem praesbyterorum vel clericorum harum ecclesiarum mihi meisque successoribus per tempora fuerit contumax aut inhobediens vel detractor vel ecclesiae bonorum devastator aut hujusmodi canonicae, perturbator inventus per se fuerit aut per suam submissam aut submittendam personam, persolvat mihi aut meis successoribus nomine poenae auri..... et soluta poena regulari subiaceat disciplinae, quatenus per nostram vigilantiam et habita solertia utilitatem et Dei servitia fideliter et totis viribus administrentur. Qui aliter fecerit de iis, non solum canonicae sed de actibus nostris futuris reddituri estis rationem. Nec cuiquam praesens aut praedictas res alicui homini dare vel vendere seu transferre aut opponere vel commutare aut in aliquo venerabili loco relinquere audeatis per nullum ingenium vel argumentum sed ad lucrum et utilitatem praesbyterorum et clericorum quorum in praedictis ecclesiis per me et per meos successores ordinati fuerint. Si quis vero major vel minor contra hunc nostrum praeceptum egerit aut illum oppugnaverit trecentorum decem et octo ss. Patrum anathematis vinculo vulneretur. Observator autem qui extiterit, Domini benedictione redundet. Quam vero paginam praeceptionis Ramberto notario s. raven. ecclesiae scribendum jussimus et manibus nostris subscripsimus.

XCII.

27 febbraio 1126.

=

Privilegio a s. Norberto per la canonica di s. Maria di Capenberg - edita da Hugo *annali premonstratensi I - pr. 569 - e vita di s. Norberto pag. 239 -* Migne *CLXVI - 1251 - n. 58 -* Pertz *M. G. L. T. III pag. 690 -* Bollandisti *act. ss. Junii T. I - 844.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Norberto, et ejus fratribus, in ecclesia sanctae Mariae de Capenberg regularem vitam professis, eorumque successoribus in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo, commissa est, ut religiosas diligamus personas, et bene placentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus, hoc nimirum charitatis intuitu rationabilibus tuis postulationibus duximus annuendum. Statuimus itaque, et apostolica auctoritate firmamus, ut in ecclesia Capenberg, cujus construendae fundum comes Godefridus, et fratres ejus atque cohaeres Otto, Deo et sanctae Mariae, sanctisque apostolis obtulerunt, et Varlas et Hofstadt, in quibus fratres vitam canonicam professi degunt, nulli omnino liceat secundum b. Augustini regulam in eisdem ecclesiis constitutum ordinem mutare. Nullus etiam episcoporum futuris temporibus andeat ejusdem religionis fratres de eisdem ecclesiis expellere neque professionis canonicae quispiam ex eisdem ecclesiis aut claustris audeat sine communi congregationis permissione discedere. Discedentem vero, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum, nullus omnino hominum, sine communium litterarum cautione suscipere; prohibemus igitur et omnino interdicimus, ut nulla ecclesiastica saecularisve persona Capenberg et ejus ambitum vi, vel fraude intrare, occupare, vel incastellare praesumat. Bona etiam et possessiones, quas supradicti tres, et alodia, quae alii fideles eisdem ecclesiis ex juxtis eleemosynis,

in usus canonicorum legitime contulerunt, praesentis scripti pagina confirmamus, In quibus haec propriis nominibus duximus adnotanda; videlicet, Werne, Nette, Alsleden, Helie, Capenberg, Mangelbe, Gurete, Sorbeke, Wifecle, Wisheim, Spelchorp, Hasela, Lanclklar, cum universis usibus earum, scilicet pratis et pascuis, viis et inviis, rivis et irriguis, molendinis nemorosis et campestribus, quaecunque praeterea in futurum concessione pontificum liberalitate regum, vel principum, vel aliis justis modis canonicae poteritis adipisci firma vobis vestrisque successoribus in sanctae religionis proposito permansuris et illibata serventur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat easdem ecclesias temere perturbare, aut eorum possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur regularium fratrum et pauperum usibus profutura, salva dioecesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eisdem ecclesiis justa servantibus, sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem, praemia eternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cordinalis, III. kal. martii, indict. IV., anno dominic. incarnat. 1126, pontificatus domni Honorii II. papae anno II.

XCIII.

27 febbraio 1126.

Onorio II pp. benedice e riceve sotto la protezione apostolica Godescalco e i canonici di s. Giovanni de Coldenbrunn che avevano fatto professione di vita comune nella diocesi di Halberstadt - pubblicato nella Thuringia sacra *p. 304 -* Migne *CLXVI - 1152 - n. 39 - Della sincerità di questa bolla sono mallevadori due diplomi di* Eugenio III *- t. CLXXX - 1018 C. M. e d'*Innocenzo II. *t. CLXXIX pag. 494.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Godescalco praeposito et ejus fratribus in ecclesia sancti Joannis evangelistae de Coldenbrunna canonicam vitam professis, tam praesentibus quam futuris in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiae convenit religiosos diligere, et eorum loca apostolicae protectionis munimine defensare. Praedecessor noster felicis memoriae Calixtus pp., sicut ex ejus scripto comperimus vestram sancti Joannis ecclesiam quam in Alberstatensi episcopatu vir nobilis Wimanuus de praediis suis ad regularem vitam instituit apostolicae tuitionis protectione munivit. Et nos itaque vestris postulationibus clementius annuentes, et ejusdem domini vestigiis inhaerentes, canonicae vitae ordinem quem professi estis apostolica auctoritate firmamus; et ecclesiam vestram praesentis scripti pagina communimus. Statuimus enim quaecunque possessiones, et quaecunque bona eidem loco aut a praedicto Wigmanno, aut a quibusque fidelibus de suo jure juste collata sunt, sive in futurum, largiente Deo, canonice conferri contigerit firma semper vobis vestrisque successoribus, et inconvulsa permaneant. Nulli que omnino hominum liceat praedictam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum,

pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te ipsius loci praeposito, nullus ibi qualibet astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum elegerint. Si quis igitur decreti hujus tenore cognito temere, quod absit, contraire tentaverit, honoris et officii sui periculum patiatur, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi card. et cancellarii, II. kal. martii, indict. IV., anno dominicae incarnationis 1126, pontificatus domni Honorii secundi papae anno II.

XCIV.

9 marzo 1126.

=

Privilegio alle chiese di s. Maria e s. Giustina in Piacenza inviato da pp. Onorio II al vescovo Arduino e ai canonici - pubblicato da Campi *storia di Piacenza I. 528 -* Migne *CLXVI - 1253 - n 40.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis matricis ecclesiae Placentinae sanctae Mariae, et sanctae Justinae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut de ecclesiarum statu sollicite cogitemus, earumque utilitatibus provide paternae affectionis vigilantia studeamus: quatenus et ipse per nostri laboris instantiam in bonis spiritualibus, et temporalibus augeantur, et nos debitam inde mercedem a Deo recipere valeamus. Quapropter vestris, charissimi in Christo filii, per venerabilem fratrem nostrum Arduinum Placentinae civitatis episcopum supplicationibus clementius inclinati, matricem sanctae Dei genitricis ac virginis Mariae, et sanctae Justinae martyris Placentinam ecclesiam, in qua Domino deservitis apostolicae defensionis auxilio decrevimus communire. Possessiones ergo, et bona, quae a religiosis Placentinis episcopis, qui de hoc saeculo decesserunt, vel ab eodem fratre nostro episcopo, qui vestrae ad praesens ecclesiae praesidet, vobis concessa, sive a fidelibus viris de suo jure oblata, seu modis aliis acquisita juste et legitime possidetis: praesentis scripti nostri pagina vobis vestrisque successoribus confirmamus, salva nimirum episcoporum vestrorum justitia et debita reverentia.

Pari quoque modo firmamus capellam de Gosolongo, et plebem de Verdeto, cum pertinentiis earum, quas praedictus frater Arduinus episcopus paterna vestris usibus benignitate concessit. Quaecunque praeterea in futuris temporibus, largiente Deo, juste atque canonice poterit's adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam teme-

re perturbare, aut ejus possessiones anferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum, ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VII. idus martii, indictione IV., anno dominicae incarnat. 1126, pontificatus vero domni Honorii II. pp. anno II.

XCV.

22 marzo 1126.

=

Privilegio al monastero di Althaim concesso da pp. Onorio II pubblicato » Monumenta boica *XII - 98 -* Migne *CLXVI - 1314 n. 112 - Le parole » Ottone cancellario S. R. S. e Laterani in palatio » ci rendono questo diploma sospetto. S' egli è sincero, non può riguardarsi nè come una bolla nè come una lettera apostolica o breve, ma come un placitum ed anco corrotto o mal letto.*

Honorius papa II, servus servorum Dei, cunctis fidelibus, apostolicam benedictionem et salutem.

Privilegium libertatis Altahensis monasterii uti scriptum est, nostra auctoritate confirmamus et sub banno sancti Petri et nostri constringimus ne quisquam eidem loco et bonis ad eum pertinentibus aliquam vim injuste inferat, aut mali aliquid faciat; quod si quis hoc transgressus fuerit, aeterno anathemate se damnatum sciat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, ad comprobandam et declarandam bonorum industriam notum facimus, et memoriae posteris tradimus, ut universi ecclesiae filii praesentes et futuri sciant et recognoscant, qualiter locus superior Altaha nominatus, omnipotentis Dei servitio sit institutus, et romanae libertati traditus. Anno ab incarnatione Domini 1125, indictione VIII, III idus decembris, imo anno Lotharii regis saxonici, Deo annuente, et Lindegero ejusdem loci abbate plurimum annitente, convenerunt ad eumdem locum cum plurimis amicis, et nobilibus viris, et inclytibus suis, Fridericus advocatus Ratisbonensis ecclesiae, cum consensu contectalis suae, et Albertus comes de Windeberch cum uxore et filiis admodum parvulis, ad quorum ditionem idem locus haereditario jure pertinebat. Ergo per Spiritum sanctum admoniti, et compuncti eumdem locum cum omnibus appendiciis suis, agris, vineis, silvis, pascuis, cultis et incultis, quae ipsi aut parentes eorum

dederant, aut aliquo consanguinitatis et propinquitatis eorum deditionis jure ad eumdem locum pertinebant, vel a militibus suis, vel ab ullo antecessorum eorum, vel a quoquam hominum eo collata sunt, omnino usui suo atque potestati abalienaverunt, et absque omnium hominum retractatione et contradictione, Deo et sancto Petro dederunt, tradiderunt, condonaverunt, et perpetuo liberum esse decreverunt, nimirum pro animarum suarum et parentum suorum salvatione et absolutione. Ne ergo haec traditio et confirmatio ab ullo hominum, vel ab ipsis, vel a posteris nepotibus suis unquam possit infringi, aut adnullari, communi consilio decreverunt ut eumdem locum in manu praedicti Adelberti comitis pariter delegarent, scilicet ut ipse Romam iens hanc delegationem supra altare sancti Petri in cospectu apostolicae sedis episcopi, et romanorum principum confirmaret et stabiliret, ea videlicet conditione, quatenus singulis annis exinde aureus nummus in testimonium persolvatur, ut ne cuiquam hominum, regum, principum, episcoporum, locus ipse cujusquam serviti amplius subjaceat. Caeterum haec traditio eo tenore facta est ut monachi ibidem Deo servientes habeant potestatem eligendi abbatem secundum regulam sancti Benedicti, quemcumque velint, aut inter se, aut aliunde, qui tamen electus accipiat baculum de altari. Haec etiam conditio inter eos facta est de advocatione, videlicet ut Fridericus, qui tunc temporis advocatus erat, si filium genuerit, ipsi et posteri ejus jura advocationis semper retineant; si autem absque liberis excesserit, jura advocatus ad Adalbertum comitem, et ad posteros ejus pertranseat, et quisquis inter eos natu major fuerit, ipse advocatus consistat; qui tamen advocatus nil aliud juris aut potestatis, quam quod subscriptum est, inibi retinebit. Semel in anno rationationem cum familia habere debet, et non alibi nisi in eodem loco hanc exercere valebit. Si autem loci utilitas poposcerit, ut ille adveniat, haec ei in servitio suppeditabunt: sex urnae vini, et una mellis; et viginti urnae cervisiae; quatuor modii frumenti, et totidem porci, et duodecim modii avenae; ita tamen, ut si ibi rationem habeat, haec eis omnia dentur; nec alicubi alio deferantur, nec habeat potestatem haec cuiquam in beneficium dare, aut praestare. Qui tamen advocatus si fratribus gravis et monasterio inutilis fuerit, amoto eo, alius substituatur.

Harum rerum omnium testes per aurem attracti sunt: Fridericus advocatus, duo filii Adelberti comitis, Perchtoldus, et Adelbertus, Dietricus de Ponchusen, Dietmarus et frater ejus Ekkric de Silichigin, Dietmar de Wenigges'orf, Marchwart de Eibermundesdorf, Werigant de Wolfoha, Ratpot de Slippingen, Eberhart de Bota; Willehalm de Geppenheim; Werinheri de Holzen, filius Werinheri et Gotfchalch de Heninchouen; Altman de Welchinberch, Sviker de Perindorf, Ovdalrich de Abahovsen;

Liupolt de Uhesigen, Gozpolt de Routenbach. Hi omnes nobiles viri eum militantes: Adhelhart de Hiuttae, Gotpolt de Rovberdof, Goswin de Hagabach; Engilschalch de Landoldesdorf; Landoid de Landoldesberch; Wolchmar de Mennaha; Gozpreth de Harda; Gumpolt de Herimutesdorf; Eppo de Drabfala, Rovdolf de Fremichesberch; Adelbrecht de Houedorf; Megingoz et frater ejus Hiltibolt; Marchuuart et Werinheri de Nuzbaeh, Perinhart de Gebinchoven, Marchwart de Nivenchirichen, Siglbot de Chounenzhella, Pabo de Geswenta, Hagano de Gezhusen, et alii quamplurimi.

Datum est Laterani in palatio, anno Dominicae Incarnationis 1126, indictione III, XI kal. aprilis, Ottone cancellario sanctae romanae Sedis.

XCVI.

28 marzo 1126.

Privilegio all' abate e monastero di s. Biagio in Nigra Sylva nella diocesi di Costanza - pubblicato da Trouillat *I 263 monuments de l' histoire de l' ancien évêché de Bale -* Gerbert *storia di Selvacandida III - 59* Migne *CLXVI - 1254 - n. 41 -* Innocenzo II. *ep. 14. t. CLXXIX - 62 - la cita. Rendono sicura la fede di questa, altre bolle di* Innocenzo II *- t. CLXXIX - 336 62 - 499 - C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bertoldo abbati monasterii sancti Blasii, quod in Constantiensi episcopatu, in loco videlicet qui nigra silva dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Domino commissa est, ut religiosas diligamus personas, et bene placentem Domino religionem modis omnibus propagemus: nec enim Domino gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Proinde nos supplicationis tuae clementer annuimus, et beati Blasii monasterium, cui Deo auctore praesides, cum omnibus ad ipsum pertinentibus apostolicae sedis tuitione munimus. Statuimus enim, ut quaecumque hodie idem monasterium juste et legaliter possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Nulli igitur omnino hominum liceat praefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes

monachorum, chrisma, oleum sacrum, et caetera ad opus episcopale officium pertinentia, a Constantiensi episcopo, in cujus estis diocesi, accipiatis, si tamen catholicus fuerit, et gratiam ac communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationis sacramenta percipere, qui apostolicae sedis auctoritate fultus, quae postulastis, indulgeat. Sepulturam quoque ejusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Porro laicos sivo clericos seculariter viventes ad conversionem suscipere nullius episcopi vel prepositi contradictio vos inhibeat. Obeunte te nunc ejus loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quolibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et b. Benedicti regulam elegerint. Ad haec, salva Constantiensis episcopi reverentia, confirmamus vestro monasterio cellam de silva Swarzwalt a s. Regimberto constructam cum omnibus possessionibus, prediis, et terris ad eam pertinentibus. Confirmamus etiam dispositionem illam, quam bonae recordationis Heinricus IV imperator de monasterii vestri libertate et advocatia constituit, et predecessor noster felicis memoriae papa Calixtus auctoritatis suae privilegio roboravit, atque dilectus filius noster Lotharius rex praecepti sui firmitate munivit, et nos communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium deliberatione ratam habuimus, ut videlicet in advocati electione abbas liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro Dei amore ac peccatorum suorum venia, nec non et aeternae benedictionis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. Si autem calumniator potius quam advocatus existens monasterii bona pervaserit, et non magis ea defenderit, et semel, secundo, tertiove commonitus nullatenus emendaverit, abbas habeat facultatem cum fratrum consilio alium ibi utiliorem statuere advocatum, quatenus sicut a praedicto Heinrico imperatore, et a prefato filio nostro Lothario rege judicio definitum est, coenobi vestri libertas modis omnibus a jure sit alienata Basileensis ecclesiae. Ad indicium autem nostrae tuitionis et concessae vestro monasterio libertatis, aureum unum quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quae igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino

judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant Amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.
Ego Crescentius Sabinensis episcopus.
Ego Petrus Portuensis episcopus.
Ego Vitalis Albanus episcopus.
Ego Guillielmus Praenestinus episcopus.
Ego Bonifacius presbyter cardinalis tituli s. Marci.
Ego Gg. presbyter cardinalis tituli Apostolorum.
Ego Benedictus presbyter cardinalis tituli Eudoxiae.
Ego Joannes presbyter cardinalis tituli s. Caeciliae.
Ego Desiderius presbyter cardinalis tituli s. Praxedis.
Ego Petrus cardinalis presbyter tituli s. Susannae.
Ego Saxo presbyter cardinalis tituli s. Stephani.
Ego Joannes presbyter cardinalis tituli s Grisogoni.
Ego Sigizo presbyter cardinalis tituli s. Xisti.
Ego Aldericus presbyter cardinalis tituli Pamachii.
Ego Hubertus presbyter cardinalis tituli s. Clementis.
Ego Petrus tituli Calixti presbyter cardinalis.
Ego Petrus presbyter cardinalis tituli s. Marcelli.
Ego Deusdedit presbyter cardinalis tituli s. Laurentii in Damaso.
Ego Gregorius s. Angeli diaconus cardinalis.
Ego Stephanus diaconus cardinalis s. Mariae in Cosmedin.
Ego Ionathas diaconus cardinalis Ss. Cosmae et Damiani.
Ego Gregorius diaconus cardinalis Ss. Sergii et Bachi.
Ego Joannes diaconus cardinalis s. Nicolai de carcere.
Ego Angelus diaconus cardinalis s. Mariae in Donnica.
Ego Stephanus diaconus cardinalis s. Luciae.
Ego Petrus diaconus cardinalis s. Mariae in Via Lata.
Ego Hugo diaconus cardinalis s. Theodori.

Datum Laterani per manum Aimerici s. Romanae Ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii V kal. aprilis, Indictione IV, incarnationis Dominicae anno 1126, pontificatus autem domni Honorii II papae anno secundo.

XCVII.

28 marzo 1126.

Privilegio di Onorio pp. II al monastero e all'abate di s. Martino di Wiblingen nella diocesi di Costanza - pubblicato da Gerbert *storia di Selvacandida III - 35* Migne *CLXVI - 1257 - n. 42.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Warnero, abbati monasterii s. Martini, quod Wiblingen dicitur, ejusque successoribus regulariter promovendis in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propositum, et animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, sine aliqua dilatione est complendum. Quamobrem nos, dilecte in Christo fili, tuis per venerabilem fratrem nostrum Uldaricum Constantiensem episcopum postulationibus inclinati, b. Martini monasterium, cui disponente Deo praesidere cognosceris, quod videlicet a predecessore nostro felicis memoriae Urbano papa in speciale sedis apostolicae jus ac tutelam susceptum est, apostolicae auctoritatis privilegio communimus, statuentes ut quaecunque praedia, et quaecunque bona tam ex fundatorum suorum Hartmani comitis et Othonis fratris ejus largitione, quam caeterorum fidelium justa oblatione praedicta ecclesia in praesentiarum possidet, sive in futurum jure atque canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integre conserventur, eorum pro quorum sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva tamen constantiensis episcopi canonica reverentia, cui tamen omnino non liceat exactionem aliquam vel consuetudinem, quae regularium quieti noceat, irrogare. Advocatiam ipsius cenobii post Hartmannum religiosum comitem haeres ejus, quem abbas cum fratribus elegerit, administrare debebit, qui si postmodum monasterio inutilis fuerit, remoto eo, alium praeficiant. Sepulturam ejusdem loci omnino

liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri elegerint, devotioni et extremae voluntati, nisi excommunicati fuerint, nullus obsistat. Praeterea mansuro in perpetuum decreto sancimus, ut nulli omnino viventium liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis conditiones, non haereditarii juris, non investiturae, nec cujuslibet potestatis quae libertati et quieti fratrum noceat, vindicare. Chrisma, oleum sacrum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes monachorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, ab episcopo in cujus dioecesi estis, accipietis, si quidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis adire antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolicae sedis fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte te nunc ejus loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, et b. Benedicti regulam elegerint. Ad indicium autem perceptae a romana ecclesia libertatis bisantium aureum quotannis Lateranensi palatio persolvatis. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Data Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii V kalendas aprilis, incarnationis dominicae 1125 indictione IV, pontificatus autem domni Honorii II papae anno II.

XCVIII.

29 marzo 1126.

Privilegio di Onorio pp. II al monastero di s. Lambrecth Carintia - inedito citato da Migne *CLXVI - 1258 - n. 63 - da* Jaffe *regesta etc. 553 - e da* Pertz *- communicato dal chiarissimo benedettino dottore* Dudik *che la tolse dal suo originale in S. Lambrecht*

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Odalrico, abbati monasterii Lamberti, quod in Karinshia situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis. In perpetuum. Quoniam sine verae cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, religiosa loca maxime, quae beati Petri juris existunt, et ad romanam specialiter spectant ecclesiam, sedis apostolicae munimine confovere. Henricus siquidem Carinthiae dux monasterium a patre suo piae recordationis Marchuardo inchoatum adjuvante domino consumavit in comitatu Frisac. juxta fluvium Theodosiam, consumatumque ac rebus suis ditatum beato Petro pro sua suorumque salute obtulit. Quod nimirum monasterium dominus noster sanctae memoriae Paschalis papa apostolicae sedis auctoritate munivit. Et nos igitur ejus vestigiis insistentes per praesentis privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus, ut quaecunque praedia, quascunque possessiones, idem dux vel alii fideles de suo jure eidem monasterio contulerunt sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juste atque canonice conferri contigerit, firma nobis nostrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel abiata retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum a Salzburgensi episcopo cujus dioe-

ces(an)i estis, accipiatis. Siquidem gratiam atque communionem apostolicae sedis habuerit, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exbibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Qui apostolicae sedis fultus auctoritate quae postulantur indulgeat. Obeunte te nunc ejus loci abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consiliis sanioris vel de suo vel de alieno si oportuerit collegio secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam elegerint. Electus autem ab apostolicae sedis episcopo benedictionem accipiat. Nec episcopo, nec abbati ipsi liceat coenobii bona in feudum sive beneficium sine consensu meliorum fratrum personis aliquibus dare vel modis aliis alienare. Sane sepulturam ejusdem loci omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Ad indicium autem perceptae a romana ecclesia libertatis, bizantium unum quotannis lateranensi palatio persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi. Quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Loc. signi
Oculi domini super justos.
Stus Petrus Stus Paulus.
Honorius
P.P. II.

Benevalete

Ego Honorius catholicae aecclesiae episcopus S. S.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii IIII kal. aprilis indictione IIII anno dominicae incarnationis MCXXVI pontificatus autem domini Honorii secundi papae anno II.

Bulla plumbea pendens.

Orgl. in St. Lambrect.

XCIX.

4 aprile 1126.

=

Lettera di Onorio pp. II colla quale riconosce il primato della chiesa di Bourges sopra la sede metropolitana di Auch - inserita nella Gallia cristiana *t. II - pag. 11 - n. 17 - sfuggita alle collezioni di* Jaffe *e* Migne.

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo bituricensi salutem, et apost. bened. Quoniam longiquitate temporis, res certa praeteritis, interdum futuris venit in dubium; ad perpetuandam rei gestae notitiam humanae conditionis defectui accessit utiliter authenticae scripturae suffragium, perquam dum prorogatur ad posteros facti memoria, non solum praecedentibus, sed etiam subsequentibus providetur. Sane in registro felicis recordationis Paschalis papae II praedecessoris nostri contineri perspeximus in hunc modum: bituricensi archiepiscopo adversus fratrem nostrum auxitanum archiepiscopum querelam te diutius egisse cognovimus, pro eo quod tibi, tanquam primati, debitam obedientiam nullatenus exhiberet. Unde etiam dum in Galliae partibus moraremur, nostro conventui diebus pluribus adhaesisti; quo nimirum tempore nos eundem fratrem nostrum ad hujus negotii causam tractandam nostris litteris evocavimus. Porro ille nec venit, nec idoneis allegationibus partes suas tueri curavit. Nos ergo dilectionem tuam ex fratrum nostrorum judicio per orarium, quod tunc temporis gerebamus, salvo nimirum jure auxitanae ecclesiae, ut videlicet interim tibi tanquam primati subditus sit, donec, si libertatem ecclesiae suae vendicare voluerit, romanae ecclesiae vel legatorum ejus judicio, finis huic causae certior imponatur. Nos autem ejusdem praedecessoris nostri vestigiis inhaerendo, quod per eum provide factum est, in hac parte ratum habentes, auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio

communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani II nonas aprilis, pontificatus nostri anno II.

C.

24 aprile 1126.

=

Breve di pp. Onorio II ai vescovi e principi di Francia, perchè resistano al furore di Ponzio scismatico - pubblicato da Mansi *XXI - 356 -* Migne *CLXVI - 1258 num. 44.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus patribus, archiepiscopis, episcopis, baronibus, et aliis fidelibus per Franciam, Aquitaniam, et Burgundiam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Universae bonitatis inimicus diabolus, ut religionem fratrum cluniacensium cribraret, sicut triticum expetivit. Pontium namque ad perturbandos fratres divino famulatui mancipatos arrogantiae spiritu tumidum de ultra marinis partibus unco ambitionis adduxit, et ut ab eo monasterium Cluniacense occuparetur effecit. Quamobrem dilectum filium nostrum Petrum diaconum cardinalem ad vos ex gremio sanctae romanae ecclesiae dirigentes, charitati vestrae mandando praecipimus, ut ipsius consilio invasorem Pontium cluniacensi monasterio et obedientiis, atque omnibus pertinentiis ejus eliminare summopere procuretis; idem enim filius noster Petrus vice nostra in Pontium et in omnes fautores ejus anathematis confirmabit sententiam. Dilectum vero filium nostrum Petrum Cluniacensem abbatem manu tenere et honorare curetis.

Datum Lateranis VIII kal. maii.

CI.

24 aprile 1126.

=

Lettera di pp. Onorio II all' abate e monaci di s. Bertino per ritrarli dallo scisma e riceverli sotto la disciplina di Pietro, il venerabile, abate di Cluni - pubblicata da Bollario cluniacense *41 - Migne CLXVI - 1229 num. 9.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio abbati sancti Bertioi et monachis, salutem et apostolicam beoedictionem.

Pax ecclesiae, fratrum coocordia, religioois unitas, ima snpernis et terreuis sociare celestia consuevit. Vos igitur unanimiter divino famulatui mancipatos ex religiosa devotiooe Deo et hominibos placere paternae charitatis debito coogaudemos. Hoc siquidem, non meritis aut vestrae imputandum prudentiae, sed Deo et sollicitudini cloniaceosis ecclesiae ascribatis, cui videlicet a nostris antecessoribus est injunctum ut religionem in vestro monasterio institueret et servaret; quod divina faveote clementia, et in temporalibus et in spiritoalibus etiam magnom cootulit iocrementum. Unde mandamus vobis atque praecipimus, ut sine contradictione ad charissimi filii Petri cluniacensis abbatis subjectiooem et obedientiam humiliter redeatis: tu vero, fili abba, iofra qoadragiota dies post harum acceptiooem litterarum, sopplici devotiooe ad clonlacense monasterium pergens, abbati obedientiam promittas, et eidem monasterio remota omni occasiooe professionem facias. Quod si cootemptor extiteris, beati Petri et oostram indignationem incurres.

Datum Laterani, etc.

CII.

24 aprile 1126.

=

Breve di Onorio pp. II a Pietro abbate di s. Egidio per farlo tornare sotto la disciplina di Pietro il venerabile abate di Cluni - pubblicato dalla Gallia cristiana *VI - instr. 190* - Migne *CLXVI - 1228 - n. 8.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro abbati s. Egidii et monachis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus conservare; nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum charitatis intuitu olim praedecessores nostri apostolicae memoriae romani pontifices sancti Ægidii monasterium ad instituendum sive conservandum religionis nitorem Cluniacensi coenobio commiserunt. Caeterum moderno tempore, defuncto Hugone abbate vestro, dum locus vester guerrarum incursu oppressus, et multis persecutionibus agitatus sine pastoris solatio stare non posset, praedecessor noster felicis memoriae Calixtus te, dilecte fili Petre, abbatem constituit, quod profecto, sicut ex ejus voluntatis arbitrio litteris ipsius Cluniacensi abbati missis percipimus, salvo Cluniacensis monasterii jure atque reverentia fecisse cognoscitur. Unde universitati vestrae mandamus atque percipimus ut sine contradictione ad charissimi filii nostri Cluniac. abbatis subjectionem et obedientiam redeatis. Tu vero, Petre abba, infra quadraginta dies post harum acceptionem litterarum supplici devotione ad Cluniacense monasterium pergens abbati obedientiam promittas et eidem monasterio, remota omni occasione, professionem facias, salvo tamen in omnibus romanae ecclesiae jure, abbatis benedictione et sanctae sedis apostolicae reverentia. Quod si contemptor extiteris, b. Petri et nostram indignationem incurres.

Datum Laterani.

CIII.

24 aprile 1126.

Breve di papa Onorio II ai monaci di Polirone per renderli sommessi a Pietro il venerabile abate di Cluni pubblicato dal Bollario cluniacense *41* - Migne *CLXVI - 1229 - n. 10.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis monachis sancti Benedicti super Padum, salutem et apostolicam benedictionem.

Pax ecclesiae, fratrum concordia, religionis unitas ima supernis et terrenis sociare caelestia consuevit. Vos igitur unanimiter divino famulatui mancipatos ex religiosa devotione Deo et hominibus placere paternae charitatis debito congaudemus. Hoc siquidem non meritis aut vestrae credatis imputandum prudentiae, sed Deo et sollicitudini Cluniacensis ecclesiae ascribatis; cui videlicet a nostris antecessoribus est injunctum, ut religionem in vestro monasterio institueret et servaret; quod divina favente clementia, et in temporalibus et in spiritualibus etiam magnum contulit incrementum. Unde mandamus vobis atque praecipimus, quatenus charissimo filio nostro Petro Cluniacensi abbati obedientiam et reverentiam sine refragatione aliqua deferatis, abbatem nimirum quem ipse consilio Cluniacensis capituli dederit, reverenter suscipiatis, et ei sicut animarum pastori humiliter obedire curetis, salvo in omnibus jure et reverentia romanae ecclesiae. Quod si per vos abbatem constituere praesumpsistis, nos factum vestrum ducentes irritum, plenam de vobis justitiam faciemus. Ideoque praesentibus vos litteris commonemus, atque praecipimus, ut post eorum acceptionem infra quadraginta dies Cluniacense monasterium adeatis, et abbati quem vobis Cluniacensi abbas et fratres dederint irrefragabiliter pareatis.

CIV.

24 aprile 1126.

Breve di pp. Onorio a Cluni per sottrarlo allo scisma di Ponzio - annunzia la venuta del cardinal legato Pietro di s. Maria in vialata - pubblicato da Migne *CLXVII - 1259 n. 45 -* Mansi *XXI - 337 -*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, universis monachis et conversis ad Cluniacense monasterium pertinentibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Gravamur admodum quoniam, sicut accepimus, sacri collegii unitatem et statum religionis Pontius, diabolico agitatus spiritu, visus est ausu temerario perturbare. Quamvis ergo vae sit homini illi per quem scandalum venit, ad probationem tamen, et purgationem bonorum necesse est scandala provenire; vis enim et audacia militis in bello cognoscitur, et fidei religiosae constantia in adversis comprobatur. Quocirca dilectum filium nostrum Petrum cardinalem ad vos e gremio sanctae romanae ecclesiae dirigentes, mandando praecipimus ut in charitatis unitate firmiter persistentes, eidem Pontio nullum omnino consilium vel auxilium praebeatis; sed potius ab ipso tanquam a schismatico et invasore vos omnimodis abstinete. Idem namque filius noster Petrus, vice nostra, in Pontium et in omnes fautores ejus anathematis confirmabit sententiam. Praecipimus autem, ut d lecto filio nostro Cluniacensi abbati, tanquam pastori vestro, et animarum vestrarum rectori, humiliter obedientiam et reverentiam exhibeatis.

Datum Laterani VIII kal. maii.

CV.

24 aprile 1126.

=

Breve di pp. Onorio II ad Umbaldo arcivescovo di Lione - perchè dia mano a Pietro cardinale di s. Maria in Via lata legato in Francia contro Ponzio e lo scisma di Cluni - pubblicato da Mansi *XXI - 337* - Migne *CLXVI 1259 - n. 46.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili Humbaldo, Lugdunensi archiepiscopo, apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Dolemus quoniam, sicut accepimus, religionem Cluniacensem Pontius temere perturbavit. Gratias ergo tuae referimus fraternitati, quod tanquam religionis amator et viriliter restitisti. Instanti igitur vigilantia tam per ecclesiae ministros, quam per exteras potestates illum de monasterio trahere, et in carcerem ponere omnibus modis elabores. Nos autem de latere nostro legatum e vestigio transmittimus, qui tibi ad hoc explendum consilium et auxilium praebeat.

Datum Lateranis VIII kal. maii.

CVI.

26 maggio 1126.

Sentenza di scommunica bandita da Pietro legato card. di s. Maria in Vialata contro Ponzio e suoi seguaci pubblicata da Migne *CLXVI - 1260* - Mansi *XXI 337.* -

Hæc est excommunicatio, quam fecit Petrus cardinalis, sanctae romanae ecclesiae legatus, in virtute Spiritus sancti et auctoritate domni papae Honorii, cujus vice fungitur, in Pontium invasorem, et schismaticum, et in burgenses Cluniacenses, et in omnes eorum fautores, in Lugdunensi synodo VII kal. junii, in praesentia episcoporum consentientium, et abbatum, et presbyterorum multorum, et clericorum.

Quoniam contra voluntatem Dei, et domni papae Honorii, totiusque romanae ecclesiae Pontius Cluniacense monasterium irrationabilis laicorum violentia invasit, romanae ecclesiae misericordiam magis quam justitiae severitatem sequentes, tertio tam litteris, quam nuntiis eum ad nos vocavimus, ut voluntatem domni papae Honorii ex ore nostro super hoc audiret, eique velut totius orbis universali Patri in omnibus obediret; verum quia domno papae Honorio, cujus vice fungimur, obedire, et de perpetrato invasionis ecclesiae scelere noluit poenitere, hanc injuriam Deo, et apostolicae sedi illatam ulterius inultam non ferentes, auctoritate apostolorum Petri et Pauli, et domni papae Honorii qui nobis plenam, et in hoc negotio sua vice tradidit potestatem, excommunicationis sententiam domni Humberti archiepiscopi Lugdunensis S. R. E. ad domni papae Honorii legati, et ejus suffraganeorum in eumdem Pontium et in omnes fautores ejus juste iterum prolatam in praesenti confirmamus synodo, quam iterum renovantes, praedictum Pontium ac monachos ei cohaerentes, nec non et burgenses Cluniacenses anathematis vinculo innodamus, quousque resipiscant et ad condignam redeant satisfactionem. Praecipimus etiam sub anathemate ut nullus, in ecclesiis vel in officinis infra ambitum muri Cluniaci, aut deforis infra claustra vel pertinen-

tiam totius burgi constitutis, campanas pulsare, vel officia celebrare divina, vel capitulum facere praesumat, quousque Pontius inde exeat, et ab hac infestatione quiescat. Ejusdem anathematis vinculo insuper eos innectimus, qui de thesauro ecclesiae Cluniacensis quidquid causa donationis vel venditionis seu pignorationis acceperunt, ac deinceps acceperint, vel dederint. Preterea obedientias, in quibus Pontius suos priores intrusit, scilicet Silviniacum cum Eustorgio priore et suis fautoribus, Massiliam cum priore, Laziacum et ejus priorem, Parrona cum priore, ne divina officia ibi celebrentur, interdicimus. Denique omne christianitatis officium supradictis locis interdicimus, excepto baptismate puerorum, et penitentia morientium, volentium ab hac nequitia converti, data securitate in manibus Lefaldi Vincentii, et aliorum, qui obedientiam romanae ecclesiae et Petri abbatis fidelitatem servant. Eodem vinculo ligamus eos qui victualia vel arma burgensibus Cluniaci pretio, vel dono, in defensione hujus sceleris portant.

CVII.

21 luglio 1126.

Privilegio di consacrare i vescovi di Corsica e autorità di primate consentita a Ruggeri arcivescovo di Pisa da pp. Onorio II in perpetuo - pubblicato da Mansi *XXI - 343)* Tronci *annali pisani pagina 61* - Migne *CLXVI - 1261 - n. 47* - Luning *cod. dipl. Ital. III, 1467.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Rogerio Pisano archiepiscopo, ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Ad hoc in sancta matre catholica et universali romana ecclesia, quae justitiae sedes est, nos, auctore omnium bonorum Deo, cognoscimus constitutos, ut suam ecclesiis omnibus justitiam conservemus, si quid perperam gestum esse noverimus, rationis consilio ad rectitudinis tramitem reducamus: quatenus et quae corrigenda sunt, ordine judiciario corrigantur, et quae recte statuta noscuntur, in suo vigoris robore perseverent. Praedecessor equidem noster sanctae memoriae Urbanus papa, justitiae ac charitatis intuitu, consilio episcoporum et cardinalium, et aliorum fidelium assensu, Pisanae ecclesiae et Dajaberto, qui ei praesidebat, ejusque successoribus canonice intrantibus, Corsicanae insulae episcopatus regendos et disponendos commisit, atque subjecit. Eumdemque Dajabertum in archiepiscopum insulae Corsicanae promovit, et Corsicanis episcopis, ut ei tanquam metropolitano suo obedirent, per obedientiam praecepit. In magna namque et diurna schismaticorum tempestate, quam Romana tunc temporis patiebatur ecclesia, Pisanorum civitatem multis laboribus fecit obnoxiam. Corsicana vero tam prolixitate spatiorum, quam negligentia pastorum, dominorum insolentia, et desuetudine legatorum sedis apostolicae, a subjectione, et obedientia Romanae ecclesiae deferbuerat, et dissolutioni ac dissipationi dedita, ecclesiastici ordinis pene deseruerat disciplinam. Proinde idem predeccessor noster tot a Pisanis collatorum

beneficiorum meritis digne respondit, et Corsicanae ecclesiae, quae Pisanis proprior est, debita charitate providit. Postmodum vero successor ejus papa Gelasius ejusdem charitatis respectu, idem juris et dignitatis, quod a domino Urbano papa Pisanae ecclesiae collatum fuerat, auctoritate sui privilegii confirmavit. Quo de hac luce assumpto praedecessor noster papa Calixtus ejusdem rationis consideratione, et quod ab antecessoribus ejus Urbano, et Gelasio datum, et confirmatum Pisanae ecclesiae fuerat, privilegii sui munimine roboravit. Januenses autem honori Pisani populi invidentes, et eorum incrementum aequo animo non ferentes, hujus rei sumpta occasione guerram contra Pisanos moverunt. Unde caedes, incendia, et multae christianorum captivitates, peccatis exigentibus contigerunt, et debacchandi in christianos Saracenis multa crevit audacia. Praeterea Januenses ad Urbem venientes, romanum clerum et populum sollicitare attentius studuerunt, suadentes eis magnum esse romanae ecclesiae detrimentum, nisi concessa dignitas Pisanae auferretur ecclesiae. Asserbant enim Romanam ecclesiam hujus guerrae causam, et fomentum existere, et si Corsicanorum episcoporum consecratio ad proprium dominium romanae revocaretur ecclesiae, indubitanter inter se, et Pisanos pacem et concordiam provenire. His igitur causis dominus papa Calixtus, pacis amator, inductus, donationem illam pisanae ecclesiae a suis antecessoribus factam, et a seipso firmatam pacis intuitu revocavit, et scripti sui pagina irritavit. Caeterum neque suis, neque nostris temporibus inter Pisanos et Januenses est adhuc concordia consecuta. Post commissum vero nobis a Deo romanae ecclesiae regimen, te, frater Rogeri Pisane archiepiscope, et consules ad nos venientes, ut de consecratione Corsicanorum episcoporum, quae pisanae ecclesiae a predecessoribus nostris Urbano, Gelasio, et aliis collata fuerat, et sine precedente ipsorum pisanorum culpa, et absque judicio ablatam justitiam faceremus suppliciter rogavistis, praesentibus etiam Pisanis. Januenses postea ad praesentiam venientes, ut eisdem sacrae ablatio a papa Calixto facta per nos firmaretur nihilominus postularunt. Nos autem utrosque ad pacem faciendam diligenter monnimus, sed pacem ab eis prece vel monitis impetrare nequivimus. Januenses enim, qui ad nos venerant, se ad hoc non esse a populo suo missos, neque ejus mandata posse transgredi asserbant. Habito igitur fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, quod uterque populus ad pacem cogi ratione deberet, convenimus. Legatum ergo nostrum Comitem tunc diaconum cardinalem cum scriptis nostris Januam et Pisas misimus, praecipientes ut in manu ejus juramento firmarent et de sacra Corsicae et guerra usque ad tunc proximum sancti Michaelis festum nostris jussionibus obedire. Transacto itaque termino utraque pars ad nostram venit praesentiam.

Nos autem diligenti studio ad pacem inter eos statuendam, quamvis non profecerimus, laboravimus: demum cum ab eis quaereremus, ut juramento firmarent se nostris obedire mandatis, Januenses se id implere non posse dixerunt, eo quod sui consulatus terminus esset expletus. Tunc communis deliberatione consilii Pisanorum super hac causa juramentum recepimus, et ne Januenses aliquam rationabilem contra nos occasionem praetenderent, secundum eis, et tertium per nostros nuntios, et litteras terminum dedimus. Qui profecto neque venerunt, neque pro se excusationem canonicam dixerunt. Cum ergo inter romanam ecclesiam, et Pisanam quaestio remaneret, et Pisani ad requirendam ecclesiae suae justitiam non desisterent, fratres nostros archiepiscopos, episcopos et abbates, qui causam, et modum rei gestae a predecessore nostro Calixto plene praenoverant, convocavimus. Quibus in sacro Lateranensi palatio in nomine Domini congregatis, regestus praedecessorum nostrorum Urbani, Gelasii et Calixti tradidimus, et quid inde a nobis postquam apostolicae Sedis onus assumpsimus, factum fuerat, et quantum pro pace inter eos componenda laboraveramus, diligenter ostendimus, rogantes in charitate qua venerant, ut juxta quod eis sancti Spiritus gratia revelaret, nobis consulerent. Postmodum vero, adjurati in fide quam beato Petro et Romanae debebant ecclesiae, responderunt se nulla alia causa nisi divina charitate ad id quod dabant consilium fuisse astrictos, quod nimirum consilium per scriptum propriis roboratum manibus ediderunt. Cujus videlicet scripti verba haec sunt: Spiritus sancti dictante gratia, dominus Honorius sacratissimae, et apostolicae Sedis episcopus, diversarumque provinciarum archiepiscopis, et episcopis ac abbatibus, qui de negotio Pisanae ecclesiae juste canoniceque faciendum foret, petiit consilium. Quibus rationabiliter visum est, quatenus et beatae memoriae Urbani, Gelasii, Calixti privilegia et decreta inconcussa permaneant, et Pisanam ecclesiam debere restitui Corsicanis episcopatibus, absque judiciario proprio ordine spoliatum. Et scripto huic subscripsere archiepiscopi Gualtierius Ravennas, Romualdus Salernitanus, Otho Capuanus, Rofredus Beneventanus, et episcopi Guillelmus Urbevetanus, Guido Aretinus, Gregorius Terracinensis, Pandulphus Tiauensis, Clarissimus Assisiensis, Robertus Aversanus, Richardus Gajetanus, Transmundus Signinus, Joannes Calenas, Gualfredus Senensis, Gaufredus Suessanus, Ranulphus Casertanus, Jacobus Faventinus, Otho Sutrinus, Petrus Castellanae civitatis, Benedictus Nepesinus, Ildito Soanensis, Gherardus Ameliensis, Benno Caesenas, et Petrus Tuscanus, et abbates sancti Laurentii Aversani, Matthaeus, et Joannes sanctae Sophiae, atque Joannes Camaldulensis prior; interfuere etiam alii episcopi Benedictus Lucanus, et Andreas Lunensis, Illandus Massanus, Petrus Clusinus, et Otho Tuderti-

nus : absentes quoque Oldegarius Tarraconae archiepiscopo , Gualtierus Magalonae , et Gottofredus Florentinus episcopi assensum et consilium suum per proprias litteras praebuerunt. Praeterea collaterales fratres nostri episcopi et cardinales in unum convenientes in Domino , inter se consulere caeperunt , et ab omnibus praeter unum diaconum judicatum est , quod papae Urbano, ex auctoritate Romanae ecclesiae , etiam contra voluntatem episcoporum ipsius insulae, licitum fuit Pisanum episcopum provisorem , et metropolitanum Corsicanae ecclesiae constituere, successoribus autem ipsius domino Gelasio , et domino Calixto id ipsum itidem licuit suis privilegiis confirmare. Et quia Pisanae ecclesiae a tot pontificibus Romanis collata et confirmata dignitas sine manifesta culpa et judicio auferri non debuit, iterum judicatum est eamdem ei dignitatem debere restitui , et facta de donatione illius Romanorum pontificum privilegia inconcussa servari : in hoc etiam honoratorum virorum Petri praefecti , consulum et aliorum Romanae urbis sapientium , atque nobilium convenit assensus. Nos ergo quod ab archiepiscopis et abbatibus collaudatum, a cardinalibus judicatum, et a baronibus approbatum fuerat, justum esse noscentes, in cospectu omnium , te charissime in Christo frater Rogeri Pisane archiepiscope, de consecratione episcoporum Corsicanae insulae per baculum investivimus. Nunc itaque secundum judicium fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium et secundum consilium et collaudationem archiepiscoporum , episcoporum et abbatum , et nobilium Romanorum assensum , praedecessorum nostrorum Urbani, Gelasii et Calixti privilegia Pisanae ecclesiae facta et inconvulsa permanere statuimus, et praesentis privilegi pagina consecrationem episcoporum Corsicae tibi et per te Pisanae ecclesiae restituimus , quatenus secundum jam dictorum privilegiorum tenorem, tanquam proprius ejusdem insulae metropolitanus episcopatus , et episcopos ipsius regendi, ordinandi , consecrandi, atque ad synodum tam in metropolitana Pisana ecclesia, quam in ipsa insula convocandi ad honorem Dei, et ejusdem Pisanae ecclesiae habeas potestatem. Pallii vero usum , qui predecessoribus tuis pro ipsius insulae praelatione a nostris antecessoribus est concessum, nos tam tibi quam tuis successoribus confirmamus his videlicet diebus qui suprascripti sunt , id est Nativitate Domini, Epiphania , Hypopanton, Caena Domini, Pascha , Ascensione , Pentecoste , tribus solemnitatibus beatae Genitricis et Virginis Mariae , natalitiis s. Joannis Baptistae, et sanctorum Apostolorum, commemoratione Omnium Sanctorum, consecratione basilicarum, suffraganeorum episcoporum , et clericorum, annuo natalitii sui die , et festivitate s. Sixti , in inventione et exaltatione S. Crucis , in anniversario dedicationis Pisanae ecclesiae, in festivitate sanctorum martyrum Stephani , et Laurentii , et Ephisi , cujus corpus in eadem ecclesia re-

quiescit, et in sollemnitate beatae Agathe virginis et martyris. Sane per Pisanam parochiam, et insulam Corsicanam crucem ante te et tuos successores deferri concedimus. Si igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus SS.
Ego Crescentius Sabinensis episcopus subscripsi.
Ego Guillelmus Prenestinus episcopus SS.
Ego episcopus Guido Tiburtinus subsc.
Ego Bonifacius card. presb. tit. s. Marci SS.
Ego Gregorius card. presb. Ss. Apostolorum SS.
Ego Benedictus presb. card. tit. Eudoxiae SS.
Ego Conradus presb. card. tit. Pastoris interfui et SS.
Ego Deusdedit presb. card. tit. Damasi SS.
Ego Sasso presb. card. tit. s. Stephani SS.
Ego Petrus presb. card. tit. s. martyris Susannae SS.
Ego Joannes presb. card. tit. s. Chrysogoni SS.
Ego Petrus presb. card. tit. s. Calixti SS.
Ego Petrus presb. card. tit. s. Marcelli SS.
Ego Siglto presb. card. tit. Ss. Marcellini et Petri SS.
Ego Gregorius presb. card. tit. s. Sabinae SS.
Ego Gerardus presb. card. tit. Ss. Aquilae et Priscae SS.
Ego Ubertus presb. card. tit. s. Clementis SS.
Ego Gregorius s. Angeli diac. card. SS.
Ego Romanus diac. card. s. Mariae in Porticu SS.
Ego Hugo diac. card. s. Theodori SS.
Ego Stephanus diac. card. s. Mariae in Cosmedin SS.
Ego Joannes diac. card. s. Nicolai SS.
Ego Angelus diac. card. s. Mariae in Domnica SS.
Ego Hyacintus prior subdiac. sacrae basilicae SS.
Ego Hermanus sacrae basilicae subdiaconus SS.
Ego Nicolaus sacrae basilicae subdiac. SS.
Ego Silvius prior subdiaconorum de Cruce SS.
Ego Petrus subdiac. subs.

Ego Caleph subdiac. subscripsi.
Ego Mattheus sacrae basilicae subdiaconus SS.
Ego Joannes qualiscunque subdiaconus SS.
Ego Bobus subdiac. sacri palatii SS.
Ego Gerardus subdiac. SS.
Ego Stephanus sacri Palatii subdiac. SS.
Ego Bonifacius clericus SS.

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. diac. card. et cancellarii, XII kal. augusti, ind. IV, Incarnationis Dominicae an. 1126, pontificatus autem D. Honorii papae II an. II.

CVIII.

prima del 9 settembre 1126.

=

Convocazione del concilio di Londra, presieduto da Giovanni cardinale legato di Onorio II - fatta da Guglielmo arcivescovo di Canterbury e pubblicata da Wilkins *C. M. B. t 1 - pag. 408.*

Willelmus cantuariensis archiepiscopus Urbano Landavensi episcopo salutem.

Litteris istis tibi notum facere volumus quod Johannes ecclesiae romanae praesbyter cardinalis atque legatus, ordinatione nostraque conniventia, concilium celebrare disposuit Lundoniae in nativitate beatae semper virginis Mariae. Propterea praecipimus ut in praefato termino in eodem loco nobis recurras cum archidiaconibus et abbatibus et prioribus tuae dioeceseos ad definiendum super negotiis ecclesiasticis et ad informandum seu corrigendum, quae informanda vel docenda seu corrigenda docuerit sententia convocationis nostrae.

CIX.

20 ottobre 1126.

=

Onorio pp. II - conferma Pietro il venerabile nel governo della badia di Cluni e condanna solennemente Ponzio - pubblicato da Mansi *XXI - 338 -* Esticunot *fragm. hist. tom. IV - pag. 31 -* Migne *CLXVI - 1265 num. 48.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Petro Cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Universalis ecclesiae sollicitudo nobis a dispensatore omnium bonorum Deo commissa, mentis intentionem incessanter urgere non desinit, religionis statum inconvulsum servare, et religiosis locis libertatem debitam custodire. Sancta tamen mater ecclesia, quae ad tempus ex parte peregrinatur in terris, multarum oppressionum purgatur turbine, et validae persecutionis examinatur fornace, caelumque inspiciens, gemebunda suspirat, donec illi caelesti praesentialiter uniatur, quae de immarcessibilis coronae remunerata praemio, sui creatoris contemplatione laetatur. Caeterum navis b. Petri caelorum clavigeri, cui Christus praesidet gubernator, quamvis multis collidatur procellis, et horrendis ventorum flatibus agitetur, nunquam tamen naufragii damnum incurret; sed ad portum tranquillitatis cum eis qui ei adhaerent, secura perveniet. Pontius siquidem b. Benedicti inimicus, et praeceptionibus et monastici ordinis malleus, qui Cluniacensem abbatiam in manu praedecessoris nostri felicis memoriae papae Calisti sine spe recuperationis refutaverat, et se perpetuo Jerosolymis victurum voto astinxerat, contra voluntatem Dei et nostram, Cluniacense monasterium superba obstinatione et praesumptione sagrilega occupavit: nitorem vero religionis Cluniacensium fratrum, quae per totam Galliam claruerat, perturbans, corda simplicium

veneno suae pravitatis infecit. Praeterea sacrilegium et rapacitatis flagitium preteritis superaddens peccatis, vasa sacra, et thesaurum monasterii, qui ex voto fidelium ad pauperum usus, cum foret opportunum, fuerat destinatus, diripuit, et ejus maximam portionem pro retinendis militibus, sagittariis et balistariis dissipavit. Quia igitur in tanta pertinacia induratus, nequaquam resipiscere voluit, venerabilis frater noster Humbaldus Lugdunensis archiepiscopus, apostolicae Sedis legatus in eum excommunicationis sententiam promulgavit. Caeterum, postquam tantum periculum tantumque religionis stragem Cluniacensi monasterio imminere veridica relatione cognovimus, dilectum filium nostrum Petrum diaconum cardinalem de gremio sanctae Romanae ecclesiae ad partes illas mittendum duximus, qui praecepto et auctoritate nostra Pontium invasorem, et fautores ejus vinculo anathematis innodavit. Post haec autem, tu, dilecte fili Petre Cluniacensis abbas, et idem Pontius proximis b. Michaelis octavis, ad nostram venire praesentiam, et de praedicta controversia et excessu, nostro et Romanae ecclesiae obedire judicio statuistis, et ne super hoc vestrum aliquis falleretur, utrinque obsides in praesentia praenominati dilecti filii Petri cardinalis diaconi praebuistis. Statuto itaque termino, nostro te conspectui presentasti. Pontius vero cum monachis, et burgensibus, nondum tamen cum suis ab excommunicationis vinculo absolutus ad urbem venit. Ut autem secundum usum ecclesiasticum de excessu pro quo excommunicatus fuerat satisfaceret et postmodum, juxta rationis ordinem, ad causam suam permitteretur agendam, a nostris fratribus est saepenumero requisitus; ipse vero spiritu elationis tumidus in inficiationes et verborum involucra assueto more linguam extendens, satisfacere nobis et ecclesiae Romanae contempsit: nos siquidem quosdam monachos qui cum eo venerant, post acceptam satisfactionem recepimus et ad causam suam agendam admisimus. Tunc ergo te in Cluniacensem abbatem canonice, et secundum beati Benedicti regulam electum, ac per praedecessorem nostrum felicis memoriae papam Calistum, et per nos ipsos confirmatum, modo vero per Pontium invasorem, et complices suos infideles burgenses fuisse expulsum, bona etiam monasterii, et thesaurum fuisse distractum, per charissimum filium nostrum Matthaeum priorem s. Martini de Campis, quem advocatum et causae tuae patronum statueras, supplicem allegasti, et ut ibi de ablatis restitutio, et de irrogata injuria justitia fieret postulasti. Caeterum monachi, qui cum Pontio venerant, ex adverso pastorem suum Pontium sibi fraudulenter ablatum, nec unquam eum Cluniacensis monasterii regimen dimisisse acclamabant. Qui statim productis apostolici viri regestorum papae Calisti voluminibus, et assertione testium, qui tunc praesentes fuerunt, convicti sunt. Ut igitur verba ipsius ad Pontium directa ponamus, haec sunt:

Tibi praecipimus ut ad hujusmodi levitate desistas, et quam in manu nostra sine recuperationis spe refutasti Cluniacensem abbatiam ulterius molestare praesumas. Si vero nostri praecepti transgressor exstiteris, gratiam beati Petri, et nostram amittes; et si quando ad nos clamaveris, non exaudieris. Item ad conventum Cluniacensem inter caetera: Zelum inter vos et contentiones agitari multorum relatione comperimus, et vehementius aggravamur. Pontius enim qui olim vestro monasterio praefuit, concordem unitatem vestram dividere, et simplicitatem mentium vestrorum sollicitare non desinit: unde universitati vestrae praecipimus, ut sicut per obedientiam beati Petri salvare animas vestras cupitis, protinus abjectis omnino schismatibus, charissimo filio nostro Petro Cluniacensi abbati unanimiter et devote humilitatis subjectionem et obedientiam deferatis, et in Pontio illo, qui in nostris manibus sine spe recuperationis abbatiam Cluniacensem penitus refutavit, nullam de caetero spem habeatis; cum quod de eo in causa hac constituimus, nulla prorsus ratione mutabimus. Si quis autem vestrum hujus praecepti nostri temerator extiterit, sic abbatiae vel alicujus praelationis nomine insignitus fuerit, vel ordinis promotionem habuerit, dignitatis, et ordinis sui detrimentum sustinebit, et anathematis sententiae subjacebit. Idem de eodem ad te, Petre fili charissime: Quod autem de Pontio illo qui olim abbatiae Cluniacensi praefuit, quam omnino sine recuperationis spe in manibus nostris refutavit, constituimus, nulla volumus ratione mutare. Quocirca quemadmodum judicis postulabat officium, diligentius indagato negotio, habito consilio, et communi assensu fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium, Petro praefecto urbis, et aliis nobilibus Romanis, et legisperitis collaudantibus, ex sententia de Cluniacensi abbatia, de monachorum obedientia, de omnibus tam exterius, quam interius ad eamdem abbatiam pertinentibus, plenarie te per abundantem justitiam investivimus: obsides vero quos pro excusatione justitiae dederas absolventes, illos quos Pontius, et burgenses pro parte sua obligaverant, alligavimus. Burgenses etiam de thesauro Cluniacensi monasterio restituendo, et alio damno restaurando in manu tua, ad quem cura spectare cognoscimus, damnavimus, paena legali adhibita: verum ipsius penae relaxatio est tuae discretioni commissa. Praeterea Pontium excommunicatum, invasorem, depredatorem, sagrilegum, et schismaticum condemnantes, sententiam beatae recordationis praedecessoris nostro domni papae Calixti in ipsum Pontium datam, ut videlicet nullo tempore Cluniacensem abbatiam recuperet, apostolica auctoritate firmavimus. Si quis autem in posterum hanc nostrae diffinitionis sententiam violare tentaverit, laicus anathematis gladio feriatur, clericus honoris et officii privatione multetur.

Ego Honorius, catholicae ecclesiae episcopus.

Ego Portuensis interfui.

Datum Laterani per manum Aymerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis cancellarii, XIII kal. novembris, indictione III, anno dominicae incarnationis 1126, pontificatus autem domini Honorii II papae secundo.

CX.

1 novembre 1129.

=

Privilegio di pp. Onorio II a Petronilla badessa e all' instituto di Font-Eureult - pubblicato da Pavillon *vita di s. Roberto d' Arbrissel - 625 -* Migne *CLXVI - 1268 - n. 49.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectae in Christo filiae P. abbatissae monasterii s. Mariae de Fonte Ebraldo filiabusque succedentibus regulariter substituendis in perpetuum.

Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium Domino commissa est, ut religiosas personas et beneplacentes Deo religiones studeamus omnibus modis propagare: nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis intuitu, dilecta in Domino filia P. abbatissa, rationabilibus postulationibus tuis inclinati misericorditer perhibemus assensum. Monasterium ergo s. Mariae fontis Ebraldi cujus regimen tibi a Domino speramus esse commissum, ne aliquibus fatigetur angariis, vel pravorum hominum vexationibus infestetur, et ut mundo corde, et pura mente liberius valeatis Dei servitium exercere, tutela ac defensione Sedis apostolicae duximus muniendum. Quicunque ergo liberorum hominum pro salute animae suae apud vestrum monasterium, aut in oratoriis, aut locis ad ipsum pertinentibus Deo servire se voto et titulo professionis astrinxerit, secundum institutionem felicis recordationis Roberti presbyteri, sine communi conventus assensu, locum ipsum deserere, et ad alium transire nullatenus habeat facultatem. Praeterea oratoria quae a vobis episcopi concessione constructa sunt, vel in posterum construentur, nulli hominum omnino occupare liceat, vel ausu temerario infestare. Sane qui in vestris oratoriis divinis sunt famulatibus mancipati, liberam ibidem habeant sepulturam. Porro decimas animalium vestrorum, et frugum quae vestris propriis sumptibus excoluntur, a vobis exigere nemo praesumat. Statuimus autem ut quaecunque bona, quascunque possessiones idem coenobium hodie legitime possidet, sive in

futurum, praestante Deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis poterit adipisci, firma vobis et his quae vobis successerint et illibata permaneant, salva dioecesani episcopi justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem monasterio justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis accipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardin. et cancellarii, kal. novemb., indict. V, incarnat. dominicae anno 1126, pontificatus autem domni Honori II papae anno II.

CXI.

circa l' anno 1127.

Lettera di Adalberto arcivescovo di Magonza a s. Ottone di Bamberga sulla scommunica di Corrado - publicata da Ussermann *• vescovado di Bamberga allegati -* Uldarico di Bamberga *codice presso* Eccard. *etc. -* Migne *CLXXIII - 1343 - n. 34.*

Adalbertus Dei gratia Moguntinus archiepiscopus et apostolicae Sedis legatus, venerabili fratri Ottoni Babebergensi episcopo, salutem in Domino.

Excommunicationem, quam communicato fratrum et principum consilio, in invasorem regni fecimus, jam dudum fraternitati vestrae per litteras nostras significavimus. Sed quia dubitamus utrum ad vos pervenerint litterae, audivimus enim quod ecclesia vestra velit eas ignorare, mittimus iterum praesentes apices, monentes, ut quod fecimus nos et vos faciatis, et per omnes ecclesias vestras ipsum iniquitatis auctorem cum fautoribus suis a communione christiana et omni divino officio arceri praecipiatis.

CXII.

nell' anno 1127.

Atti di una congregazione cardinalizia specialmente raccolta da pp. Onorio nel monastero di Palladio per definire la controversia tra l' arcidiacono e l' arcivescovo di Parigi. I cardinali erano Matteo di Albano, Giovanni di s. Grisogono e Pietro di s. Calisto - pubblicati dal Cartulaire de notre Dame de Paris *I - 28* - Migne *CLXXIII - pag. 1263.*

Hæc est concordia quam nos Matthaeus episcopus albanensis et Joannes, de titulo sancti Grisogoni, et Petrus de titulo Calixti, cardinales, inter dominum Stephanum, parisiensem episcopum et Theobaldum, notarium archidiaconum ejusdem ecclesiae, ex mandato domini papae (Honorii) composuimus. Non liceat archidiacono in ecclesiis presbyterum ponere. Episcopi autem erit ecclesias ordinare per archidiaconum tantum, sicut per ministrum suum; ita ut episcopus sacerdoti curam committat animarum; per archidiaconum vero ecclesiam et res assignet ecclesiae. Archidiacono sacerdotem ab officio suspendere nullatenus liceat, si episcopus in parochia fuerit; deponere autem omnino non liceat: neque poenitentias dare, sed neque reconciliare, nisi ex licentia debebit episcopi. Excommunicare autem aliquem clericum aut absolvere archidiacono (non) licet, nisi per mandatum episcopi. Episcopus vero, quotiens expedierit, parochianos suos conveniet per archidiaconum et ad justitiam invitabit; quod si contempserint et justitias dictaverit excommunicare licebit episcopo; factam vero excommunicationem archidiaconus observabit. Clericos vero ad ordines promoveri non faciet archidiaconus, nisi per mandatum et sigillum episcopi, si tamen in provincia fuerit. Si vero episcopus tres menses abfuerit, et archidiaconus mandatum habebit episcopi, necessitate urgente, et clericos promoveri faciet, et ecclesias canonice poterit ordinare. Collectas vero epi-

scopus, absque archidiacono, per parochiam ipsius non faciet, nisi aut Romam veniat, aut concilium in provincia celebretur, aut forte dominum papam in ecclesia sua suscipiat; quod tamen consulto archidiacono faciet: in quibus quidem collectis, quia expensae omnes erunt episcopi, archidiaconus nullam habeat portionem In caeteris vero communibus collectis, archidiaconus, ut moris, est tertiam partem obtineat. Archidiacono autem in tota parochia, collectas sine episcopi (facere) non licebit. Quod si quis archidiacono de suo, precibus aut altro, donare voluerit, nequaquam debebit episcopus contradicere. Debitum vero, quod franci catale vocant, quod archidiaconus debebat episcopo usque ad (hunc) diem, precibus nostris et pacis amore, totum archidiacono dimisit episcopus. De caetero, archidiaconus omne debitum persolvet episcopo, ita tantum si in pace et concordia hac archidiaconus perseverat. De scholis vero, unde inter episcopum et canonicos parisienses emersit discordia, dominus Theobaldus contra voluntatem episcopi nullatenus veniet. Si vero pacem hanc non observaverit archidiaconus, et si semel, secundo aut tertio admonitus erratum suum non emendaverit, aut justitiam facere contempserit, tunc licebit episcopo, sicut prius, debitum omne suum requirere. Si quis in parochia clericus, sive laicus, archidiacono aut alii injustitiam fecerit, et per eumdem archidiaconum emendare noluerit, si episcopus in loco fuerit et negotium ante se tractare voluerit, archidiaconus usque ad sententiam non procedat, sed causam suam ad episcopum deferat, qui ei canonicam in omnibus observet justitiam. Si vero episcopus absens fuerit, aut audire noluerit, archidiaconus justitiam faciat, ex mandato tamen episcopi, et hoc in laicos. Hanc concordiam fecimus, salva in omnibus apostolicae Sedis et domini papae auctoritate et debita reverentia. Huic paci interfuerunt, et eorum consilio facta est, venerabiles fratres nostri Gaufridus Carnotensis et Burchardus Meldensis episcopi.

Actum est Romae apud Palladium, anno Dominicae Incarnationis 1127 pontificatus domini Honorii papae secundi anno tertio.

CXIII.

Circa l'anno 1127.

Breve di pp. Onorio II a Didaco arcivescovo di Compostella - pubblicato da Florez *espana sagrada XX 445 -* Migne *CLXVI - 1269 - n. 60 -* Munio *c. 84 - L. II - dell'istoria compostellana.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Didaco compos[t]. archiep:, salutem est apost. bened.

Nobilis et famosa compostellana ecclesia pro reverentia b. Jacobi apostoli a religiosis viris et christiani nominis amatoribus honoratur. Quia igitur divinae dispensationi placuit te ad tantae ecclesiae regimen convocare, fraternitatem tuam exhortamur in Domino, ut ita sapienter, mansuete et cum humilitate personam tuam regas, et quae fuerint agenda perficias, quatenus Deo et b. Petro sanctaequae R. E. et populo tibi commisso gratus effici merearis. Litteras et nuntios tuos paterna charitate recepimus. Caeterum quid tuis postulationibus respondeamus, consilium nondum habuimus.

CXIV.

circa l' anno 1127.

Diploma del cardinal Matteo di Albano legato di pp. Onorio II. in Francia sulla concordia tra il vescovo di Sens e i canonici d' Estampes - pubblicato da Fleureau *antiquités d' Estamps 40* - Migne *CLXXIII 1261.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, ego Matthaeus, Dei gratia albanensis episcopus, sanctaeque romanae ecclesiae cardinalis legatus; Gaufridus Carnotensis et Burchardus Meldensis episcopi.

Notum fieri volumus cunctis fidelibus, tam futuris quam praesentibus, quod inter Senonensem archiepiscopum Henricum, et canonicos Stampenses hujusmodi, Deo auctore concordiam apud Sanctum Dionysium composuimus, quod idem archiepiscopus nostro, et religiosarum personarum quae aderant, consilio, benigne illis concessit ut ipsi in perpetuum sacerdotem in ecclesiam sancti Basilii, quae ad ipsos pertinet, sine simonia provideant, nec ipse calumniam aliquam, nec debitum ex officio, sacerdoti illi imponet, et si persona ejus legitima et recipienda fuerit, archiepiscopus animarum illi curam concedet. Concessit etiam quod data sibi animarum cura, sacerdos ille praedictis canonicis censam tribuat, et eis plenam securitatem inde faciat, et archiepiscopus nullo modo, aut per se, aut per submissam personam censam illam canonicis illis impediet. Et ipse, sicut sacerdos et episcopus, concessit, et promisit quod hujusmodi concordiam integram et inconcussam servabit et tenebit.

CXV.

circa l'anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo a Pietro diacono cardinale e legato di pp. Onorio II in Francia - raccomanda gli ambasciadori del vescovo di Reims - pubblicata da Migne *CLXXXII 122 - n. 19.*

Tempus est ut promissum exigam, utque probem ne forte frustra de vobis semper confisus sim, ex quo vestram et notitiam merui, et amicitiam. Mihi siquidem vos praestisse confidite, quidquid opis vestrae isti remenses legati praesto sibi esse persenserit. Non quia me tanti putem, haec audeo, sed quia vos promisistis: utrumne digne, vos videritis.

CXVI.

circa l' anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di pp. Onorio II - raccomanda gli ambasciadori del vescovo di Reims - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 123 - n. 20 -* Manriquez *ann. cisterc. I - pag. 169.*

Vero illustri domino Haimerico sanctae romanae Sedis cancellario, frater Bernardus de Clara-Valle salutem et orationem.

Quia semel caepi, loquar, et loquar ad vos: eroque importunus, sed importunus charitatis, sed veritatis, sed justitiae. Nam etsi tanti non sum, ut Romae hab am propria negotia, nulla tamen quae Dei esse constiterit, a me duco aliena. Quapropter si verae id mihi gratiae apud vos manet, quod multorum habet opimo, liceat illud obsecro legatis domini archiepiscopis Remensis in praesenti negotio experiri. Nil quippe eos, nisi quod justum est, perferre vel quaerere suspicamur.

CXVII.

circa l'anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo a Teobaldo conte di Champagne - gli raccomanda il cardinal Matteo legato di pp. Onorio II e i padri che si raccoglievano in Troyes al sinodo - pubblicata da Migne *CLXXXII - pag. 147 - n. 39 - §. 4.*

.... In fine volumus vos sanctos episcopos, qui pro his quae ad Deum pertinent, in vestra civitate convenerunt, omni habere acceptione dignos. Sed et ipsi legato, qui vos vestramque civitatem tanti celebratione concilii voluit honorare, per omnia, quantum in vobis est, devotus et obediens assistatis; roborare et confirmare bona quaeque ab eo jussa et instituta, curetis. Nostrum quoque ac vestrum pariter episcopum, id est Lingonensem, abundantiori, ut decet, honore suscipiatis; et de casamento quod tenetis, hominium (al. homagium) quod debetis, reverenter ei et humiliter offeratis. Valete.

CXVIII.

circa l'anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo di Chiaravalle e di Ugo di Pontigni a pp. Onorio II - per l'affare dell'interdetto e della controversia tra il vescovo di Parigi e il re di Francia - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 453 - n. 46 -* Manriquez *annali cistercensi I, 175.*

Summo pontifici Honorio, pauperum Christi abbates Hugo de Pontiniaco, Bernardus de Claravalle, quidquid potest peccatorum oratio.

Lacrymabilem episcoporum, imo totius ecclesiae querimoniam, nos quoque ejus filii, si tamen digni, dissimulare non possumus. Quae vidimus loquimur. Magna siquidem nos necessitas de claustris ad publicum traxit, ubi et quod loquimur vidimus. Tristes vidimus, tristes et loquimur, honorem ecclesiae, Honorii tempore, non minime laesum. Jam Regis flexerat iram humilitas, vel potius constantia episcoporum: cum ecce a summo Pontifice summa superveniens auctoritas, heu! dejecit constantiam, superbiam statuit. Scimus quidem id a vobis per mendacium fuisse subreptum (quod ex vestris litteris palam datur adverti) ut everti tam justum tamque necessarium interdictum juberetis. Sed nunquid non vel tandem deprehenso mendacio, mentitam se sentiet iniquitas sibi, et non tantae utique majestati?

Est autem quod miramur, quanam ratione judicatum sit de parte, adjudicatum absenti. Quod quidem non temeraria praesumptione reprehendimus, sed filiali amore paterno cordi suggerimus, quantum ex hoc et superbit impius, et incenditur pauper. Caeterum quandiu illum pati, quantumve huic compati debeatis, non est nostrum praescribere vobis: vos vestra hinc potius, dulcissime pater, viscera consulite. Valete.

CXIX.

circa l'anno 1127.

=

Lettera di s. Bernardo, scritta a nome di Goffredo vescovo di Chartres a pp. Onorio II per la controversia tra il vescovo di Parigi e il re di Francia - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 193 - n. 47** - Manriquez - *an. cisterc. I - 175.*

Tristissimæ historiae seriem vobis et causam replicare superfluum est, qua jam quippe paternitatis vestrae viscera, scribente religioso parisiensi episcopo, commota esse non ambigo. Ne tamen fratri et coepiscopo etiam nostrum deesset testimonium quae vidi ego et audivi, necessarium duxi breviter intimare. Accepta siquidem tam modesta praedicti episcopi querimonia, senonensis dioecesis universi episcopi una cum venerabili metropolitano nostro, adscitis etiam nobiscum quibusdam aliis religiosis personis, regem super gravi injuria per nosipsos humiliter, ut debuimus, convenimus: ut episcopo, nil quidem tale merito, sua quae tulerat, restitueret, rogavimus; nec impetravimus. Sentiens tandem nos ad arma ecclesiae pro ecclesia velle confugere, timuit, annuisque sese omnia redditurum. Sed in eadem forte hora supervenientibus litteris vestris, quibus ejus terram ab interdicto absolvi praecepistis, male in malo confortatus, quod bene promiserat minime executus est. Die tamen nominata, qua id se rursum promisit executurum, ejus nos conspectui praesentantes, sustinuimus pacem, et non venit; quaesivimus bona, et ecce turbatio. Hoc denique litteris vestris factum est, ut male ablata pejus teneantur, et reliqua passim in dies rapiantur, eo utique secure, quo impune illa retinentur. Soluto nempe ad vestrum imperium episcopi justo (ut putamus) interdicto, nostroque, quod parabamus et quo sperabamus pacem consequi, vestro aeque timore suspenso, facti interim sumus opprobrium vicinis nostris: quousque? vestrae viderit pietatis compassio.

CXX.

gennaio 1127.

=

Onorio II avvisa il venerabile Pietro abate cluniacense della fine impenitente di Ponzio e di sua sepoltura - pubblicato da Migne *CLXVI - 1272 n. - 55 -* Pietro il venerabile *L. II dei miracoli c. 13 - pag. 925 - t. CLXXXIX C. M. -* Mansi *XXI - 321.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Petro cluniacensi abbati, salutem et apostolicam benedictionem.

Praeterito mense decembri Pontius viam universae carnis ingressus est. Qui quamvis de malis Cluniaco illatis saepe commonitus poenitentiam agere noluerit, nos tamen pro reverentia ejusdem monasterii, cujus monachus fuerat, eum honeste sepeliri fecimus.

Data Laterani

CXXI.

gennaio 1127.

Onorio II determina le regole pel primato tra le due sedi di Jorck e Canterbury - pubblicato da Mansi *XXI - 355 -* Migne *CLXVI - 1242 - n. 29 -* Wilkins *C. M. B. I - 407 - colla data 1126 -* Monasticon anglicanum *III - 152 -* Innocenzo II *t. CLXXIX. pag. 115 - 16 cita questa bolla.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Thurstano, Eboracensi archiepiscopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum.

In eminenti apostolicae Sedis specula, disponente Domino, constituti, injuncto nobis apostolatus officio fratres nostros episcopos intima charitate diligere et ecclesiis sibi a Deo commissis suam debemus justitiam conservare, pro ipsarum quoque volumus statu satagere, atque earum quieti et utilitati, salubriter, auxiliante Domino, providere. Ideoque, charissime frater, Turstane archiepiscope, tibi tuisque successoribus, et per vos Ebor. ecclesiae, cui auctore Deo praees, Eboracensis ecclesiae metropol. suffraganeos, et quidquid parochiarum vel episcopali vel metropolitico jure ad eamdem cognoscitur ecclesiam pertinere, in perpetuum confirmamus. Antiquam sane Ebor. ecclesiae dignitatem integram conservari, auctore Deo, cupientes, auctoritate apostolica prohibemus, ne ulterius, aut Cantuar. archiepiscopus Eboracen, professionem quamlibet exigat, aut Eboracens. Cantuariensi exhibeat; neque quod penitus a beato Gregorio prohibitum est, ullo modo Ebor. Cantuar. ditioni subjaceat, sed juxta ejusdem patris constitutionem, ista inter eos honoris distinctio in perpetuum conservetur, ut prior habeatur, qui prior fuerit ordinatus. Ad haec si Cantuar. archiepiscopus Ebor. electum gratis, et sine subjectionis exactione consecrare noluerit, electus Ebor. a suffraganis suis, aut a romana pontifice libere consecretur. Porro an-

tiquas libertatis consuetudines, et possessiones quas vel in praesenti legitime obtinetis, vel in futuro, largiente Deo, juste poteritis adipisci, ecclesiae Ebor. praesentis privilegii auctoritate firmamus, statuentes, ut nullus eas auferre, imminuere, vel temerariis audeat vexationibus infestare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Illud quoque capitulo praesenti subjungimus, ut ecclesiae s. Andreae Hagulstadens. s. Joh. Beverlac. s. Wilfridi de Ripn, s. Mariae de Suthewel, s. Oswaldi de Gloucester, in omnibus possessionibus et libertatibus, et consuetudinibus vobis vestrisque successoribus nec non Ebor, ecclesiae integre semper et quiete permaneant. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesiae justa servantibus sit pax D. N. J. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

CXXII.

25 gennaio 1127.

=

Onorio pp. II - annunzia ai prelati e principi, al clero e popolo inglese che Guglielmo arcivescovo di Canterbury terrà in Inghilterra e Scozia la dignità di suo legato - pubblicato da Warthon *anglia sacra I - 729 -* Migne *CLXVI - 1272 - n. 57 -* Wilkins *C. M. B. I - 409 -*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis fratribus et filiis, episcopis, abbatibus, baronibus, et caeteris clericis et laicis per Angliam et Scotiam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Sponsa Christi sacrosancta ecclesia, in firmamento apostolicae fidei radicata, tanquam devota ma'er et propitia, consuevit mitibus et humilibus filiis vitae pabula ministrare, tam iis qui longe positi sunt, quam iis qui prope. Propinqui siquidem per exhibitum sibi nostrae personae praesentiam, longinqui vero per legatorum nostrorum ministerium visitantur. Cum igitur vos, tanquam unicos et speciales b. Petri filios fore cognoscimus, charissimo fratri nostro Guilielmo Cant. archiepiscopo in Anglia et Scotia vices nostras commisimus, quatenus constitutus illic a nobis apostolicae Sedis legatus, charitatis vestrae fretus auxilio, ad honorem Dei et s. Romanae ecclesiae, et animarum vestrarum salutem, corrigenda corrigere, et firmanda valeat, operante Domino, confirmare. Quapropter universitati vestrae mandando praecipimus, ut ei sicut legato nostro humiliter obedire, et cum ab eo invitati pro ecclesiarum statu et christianae religionis incremento fueritis, ad ejus vocationem unanimiter convenire, et synodales cum eo studeatis celebrare conventus.

Dat. Laterani VIII kal. februarii.

CXXIII.

anno 1127.

Insigne placito, ossia sentenza e giudizio di pp. Onorio II in una controversia di precedenza tra la basilica di s. Marco e ss. XII apostoli, ove sono notizie topografiche rituali e prammatiche di gran valore, nomi di cardinali sconosciuti e memorie di una arciconfraternita romana, che vincono in antichità tutte quelle che finora sono conosciute - inedito da un codice vaticano - Garampi *sigillo etc. pag. 23 - si applaude di aver posseduto questo insigne documento -* Martinelli *Roma exetnica sacra pag. 68 ne dà la rubrica -* Il codice vaticano *5560 lo reca, e di là lo abbiamo noi trascritto pag. 4 - 7 - Esso porta questa rubrica* » volumen antiquarum rerum basilicae XII apostolorum compositum per R. P. D. G. Valaterranum apostolicae sedis protonotarium, rmi dni dni B. episcopi tusculani, commendatarii ejusdem basilicae, vicarium - anno ab incarnatione domini m cccc liiii etc. - *Dopo aver fatto mille inutili ricerche a Rimini, Ancona e Roma, ove ci fu dato a credere esser porzione delle schede di Garampi, la provvidenza ci ha fatto cader in mano lo stesso codice, donde il cardinale trascrisse il placito.*

Judicium et decretum rectorum fraternitatis majoris de dignitate crucis ejusdem fraternitatis contra ecclesiam s. Marci pro ecclesia apostolorum comprobatum per dominum Honorium pp. II anno III sui pontificatus - anno autem Domini 1127.

Quoniam humanae inquietudinis consuetudo est, ut eas terminatas, nisi memoriales litteras habeant, post aliqua tempora in litem reducere, necessario duximus apicibus commendare discordiam, quae fuit inter ecclesiam apostolorum et s. Marci de Cruce fraternitatis maioris et ejusdem discordiae diffinitionem. Ecclesia siquidem apostolorum sepissime rectoribus fraternitatis super ecclesia sancti Marci conquesta est, quod dignitatem crucis per violentiam et sine ratione ei abripuerat. Quam discordiam, ut rectores cum fratribus quietius sedare valerent, utramque ecclesiam ante d. papae Honorii presentiam convocarunt. Utriusque itaque ecclesiae cardinali, Bonifatio scilicet et Gregorio, coram domino papa et episcopis et cardinalibus presentatis, cardinalis apostolorum Gregorius primus querelam suam coram ipsis deposuit, ut ecclesiae supradictae iustitia prae cunctis crucis dignitatem restitueret, quam habuerat a tempore Benedicti IX papae, quoniam a septem ecclesiis de Valle, scilicet ecclesia s. Marcelli s. Marci s. Mariae in Aquiro s. Apollinaris s. Mariae in Vialata s. Laurentii in Lucina s. Triphonis caput fraternitatis constituta est, condonata ei dignitate crucis secundo anno post, sicut in libello ejusdem ecclesiae continetur. Quam dignitatem usque ad pacificum tempus pp. Gregorii VII quiete tenuit. Ad haec ecclesia s. Marci si res judicata valeret, unusquisque cum vellet retractare, querimoniae repetita perfinitis causis, numquam deficerent. Sed quia rebus judicatis standum est, discordia ista quae jamdudum judicio supposita est, renovari non debet. Videat ergo dominus noster cum fratribus suis judicium jam factum et sic faciat ipsos quiescere. Tunc protulit scriptum quod d. pp. coram fratribus jussit legi. In scripto quidem illo continebatur quod d. pp. Paschalis preceperat cancellario suo Joanni Caietano, ut audiret causam utriusque ecclesiae et diffiniret: ea vero audita, hujusmodi dedit judicium: quod si ecclesia s. Marci septem testes haberet, qui assererent dignitatem crucis fraternitatis per XL annos possedisset, ei cederet. Illud autem scriptum ostendebat ab ejusdem ecclesiae clericis fuisse compositum. Idem dictum est ecclesiae apostolorum clericis, ut si haberent inde aliqua scripta, afferrent et ostenderent scripta fraternitatis crucis a tempore Benedicti IX supradicti, nec non et scriptum per manum scriniarii factum a tempore Alexandri, quod affirmabat ecclesiam apostolorum caput majoris fraternitatis esse. Preterea produxerunt novem testes, quinque scilicet presbyteros: presbyterum Bonum de Posternula s. Marie, Donadeum archipresbyterum s. Apollinaris, Petrum archipresbyterum Salvatoris de cavallo, presbyterum Joannem de s. Stephano de cavallo, Petrum presbyterum de s. Joanne de Foccia: duos diaconos Benemcasam scilicet de s. Andrea de cavallo, Romanum de presbytero amico; unum subdiaconum Nicolaum nomine de s. Maria de Rotunda et comitem

accolutum, qui omnes asseverebant ecclesiam apostolorum crucis dignitatem de fraternitate usque ad pp. Gregorii VII tempore quiete tenuisse. Auditis igitur supradictis testibus et scriptis 19 die mensis februarii, precepit dominus utriusque ecclesiae clericis ut ad 25 diem ejusdem mensis se ipsos coram eo et fratribus presentarent audituris quid super eorum causa justitia declaret et dictaret. Veniente autem die constituto utraque eccles a ad auxitium suum quae potuit praesentavit. Ecclesia quidem s. Marci protulit testes septem, diffinitionis causam supra ostensam minime testificantes. Ecclesia vero apostolorum produxit octo testes, supradictis novem concordantes, quorum quatuor fuerunt clerici, videlicet Romanus de s. Marcello et presbyter Stephanus de s. Maria in Banconapolis antiqui nimium, Restitutus archipresbyter s. Mariae in portica, presbyter Crescentius de s. Andrea de Cerclari, et quatuor layci, Gosbertus de aliena parochia, et tres alii de ejusdem ecclesiae parochia. Simile Benedictus cardinalis s. Petri ad Vincula coram d. pp. et fratribus et rectoribus fraternitatis testimonium perhibuit. Sed quia clericorum conventus tunc plenarius non erat, placuit d. pp. ad kal. martii judicii sententiam differri, precipiens ipsis rectoribus fraternitatis, ut fratrum conventum plenarie convocarent. Die igitur kal. veniente, ecclesia apostolorum requisivit restitutionem, representans duos alios presbyteros testes prioribus omnibus supradictis concordantes, Benedictum scilicet archipresbyterum s. Mariae in Aquiro, Petrum presbyterum s. Laurentii in Damasso. D. pp. iterum audita ab utraque parte causa, cum fratribus in consilium surrexit et exconsulto precepit rectoribus, ut voluntates fratrum inquisitum irent. Qui redeuntes d. pp. et fratribus suis nuntiavernnt clericos fraternitatis, praeter cappellanum s. Marci, unianimes invenissent, dicentes: crucis dignitatem ecclesiae apostolorum in antiquo tempore habitam recuperare velle. D. pp. audita voluntate, communicato consilio fratrum, tam episcoporum, quam cardinalium, utriusque ecclesiae cardinales et archipresbyteros vocavit et ab eis quesivit atque etiam precepit, ut de supradicta discordia mitterent se in laudem vel judicium rectorum fraternitatis. Quod ab utraque parte coram d. pp. et fratribus sancitum est. Rectores autem, scilicet Rainerius s. Mariae majoris archipresbyter, Leo archipresbyter s. Joannis in insula, Joannes diaconus s. Mariae in portica, Leonardus archipresbyter s. Triphonis, Romanus de Maiurente, presbyter Martianus s. Petri ad Vincula, presbyter Bernardus s. Celsi, praesbyter Gregorius s. Mariae in via, praesbyter Crescentius Salvatoris in Unda, Nicolaus Joannis Boni s. Mariae Transtyberim, praesbyter Petrus de Tarolfo ecclesiae s. Eustachii, Landulphus de ss. Cusma et Damiano, praesbyter Joannes silentium (sic), quia concordiam inter utramque nullo modo ex laude componere poterant, hujusmodi sen-

tentiam (ut eis a d. papa iniunc um fuerunt) promulgaverunt, videlicet, ut si clerici s. Marci scriptum diffinitionis super ostensum per tres testes non de sua ecclesia probare valerent, crucis dignitatem assequerentur: quod si deficerent, apostolorum clericis darent. Deficientibus itaque in probatione s. Marci clericis, data est probatio clericis apostolorum atque illico per tres idoneos testes, archipresbyter scilicet s. Apollinaris, Donadeum et Benedictum archipresbyterum s. Mariae in Aquiro qui sacramento consensit et a tempore pp. Nicolai II usque ad tempus pp. Gregorii VII et unum alium laycum Gosbertum veteranum virum honestum probatum et tactis sacrosanctis evangeliis, quod dignitatem de fraternitate in tempore papae Alexandri II ac in tempore pp. Gregorii VII quiete ecclesia XII apostolorum habui' et tenuit. Susceptis protinus ex testibus sacramentis, rectores illico per sententiam crucis dignitatem ecclesiae apostolorum restituerunt et ecclesiae s. Marci perpetuum silentium super dignitate crucis supradictae indixerunt. Deinde gestae rei ordinem papae seriatim in cappella narraverunt. Ceterum d. papa, audita ea, benedicens eis, laudavit et confirmavit. Peracto vero die a data sententia tertio super saepenominatae fraternitatis, fratres, qui sententiae datae in sacro palatio coram cardinalibus P. videlicet de s. Marcello et duobus diaconibus cardinalibus, Jonatha de ss. Cosma et Damiano et Angelo de s. Maria in Domiplenica (sic) et Augustino Narnensi episcopo et Ugone archidiacono ejus et multis clericis et laycis interfuerant et aliis etiam qui absentes fuerant ad ecclesiam apostolorum industria rectorum vocatis. Tunc recitata causa litigii et postmodum diffinitionis, placuit omnibus diffinitionem perpetim confirmari ac deinceps conventus fraternitatis processioque crucis de fraternitate et quidquid dignitatis ex fraternitate apostolorum antiquitus habuerat ecclesia, sibi penitus pleneque restitui: quod et tertio laudatum est ab omnibus et unanimiter confirmatum. Inter quos vocatus sum et ego Alexius scriniarius s. r. e. qui cum presentibus fratribus centum sexaginta et eo amplius a Rainerio archipraesbytero s. Mariae Majoris, tunc tempore rectore fraternitatis, pro aliis omnibus rectoribus proloculo ac eadem a Matthaeo s. Adriani diacono cardinali subsecuto studiose totam rei supergestae seriem audivi et perspicue intellexi. Deinde vero a supradictis omnibus, tam majoribus quam minoribus clericis, nimium nimiumque rogatus sum, ut litterarum memoriae, sicut superius compraehensum, prout melius possem et scirem, tradere curarem. Praeterea conventu fraternitatis in Lateranensi palatio X kal. aprilis ejusdem mensis eo adunato, rectores fraternitatis sententiam supradictam amplius corroborari exoptantes, eam coram d. papa Honorio et episcopis et cardinalibus necnon simul tota curia rememorati sunt, conquerente super clericis s. Marci, qui sententiae, quam ipsi

rectores ex praecepto papae in condemnationem eorum dederant, non obedirent. Clamantes per civitatem, sicut mos est, quod sententia a rectoribus fraternitatis neque praecepto neque voluntate papae in ipsos lata fuerat. Dominus papa hoc audiens in praesentia conventus dixit duobus clericis s. Marci, scilicet praesbytero Gregorio et Grisanto, qui praesentes aderant: sciatis equidem quia cardinalem vestrum (ut priorem cardinalium) et vos omnes, ut bonos clericos de bona ecclesia, diligo: sed sicut Abraham magis dilexit Dominum, quam unicum filium suum Isaac in senectute genitum, ita me magis oportet amare Deum et justitiam, quam vos. Sententia, quam rectores fraternitatis in vos dederunt, per me data fuit: laudavi eam et laudo: confirmavi eam et ratam habeo. Unde praecipio vobis et interdico et cardinali vestro et aliis fratribus vestris, diaconum s. Angeli sicut antea et iterum nunc mitto et per eum praecipio vobis, quod omnibus interdico, ut de caetero quaestionem non moveatis super hac causa saepe repetita, quae sic solemniter determinata et decisa est, sacramentis per sententiam traditis. Cardinalis s. Marci respondit diacono: ego non discordabo a voluntate et praecepto d. papae, quod etiam ab ejusdem fraternitatis rectoribus mihi supradicto Alexio scriniario denuo iniunctum ad scribendum suscepi atque perfeci.

Ego Petrus portuensis episcopus huic actioni interfui et subscripsi.

Ego Guibelmus praenestinus episcopus interfui et subscripsi.

Ego Mattheus albanensis episcopus interfui et subscripsi.

Ego Joannes praesbyter cardinalis tituli s. Caeciliae huic definitioni interfui et subscripsi.

Ego Coradus praesbyter cardinalis de titulo Pastoris et s. Potentianae huic definitioni interfui et subscripsi.

Ego Deusdedit cardinalis s. Damasij interfui.

Ego Saxo praesbyter cardinalis tituli s. Stephani consensi.

Ego Petrus praesbyter cardinalis tituli Gabinij consensi.

Ego Joannes praesbyter cardinalis tituli s. Grisogoni subscripsi.

Ego Petrus praesbyter cardinalis tituli Calisti consensi.

Ego Petrus cardinalis praesbyter tituli s. Marcelli.

Ego G. praesbyter cardinalis tituli ss. Aquilae et Prisciae.

Ego Crescentius praesbyter cardinalis tituli ss. Marcellini et Petri interfui.

Ego G. praesbyter cardinalis tituli s. Crucis in Hierusalem consensi.

Ego Albericus praesbyter cardinalis tituli Pamachii laudavi.

Ego Romanus diaconus cardinalis s. Mariae in Porticu interfui.

Ego Gregorius diaconus cardinalis s. Eustachii interfui.

Ego Gregorius diaconus cardinalis ss. Sergii et Bacchi consensi.

Ego Augelus diac. card. s. Mariae in Domipienica interfui.

Ego Mattheus diac. car. s. Adriaui consensi.

Ego Stephanus diac. card. s. Luciae in Orphea interfui.

✠

Ego Crescentins presb. s. Ceciliae consensi qui et sum rector fraternitatis.

Ego Joannes archip. s. Enstachii et rector fraternitatis.

Ego Romanus subdiaconus s. Marcelli interfui.

Ego Gerardus diac. s. Marcelli deffinitioni interfui et sacramento consensi.

Ego Petrus praesb. s. Marcelli interfui deffinitionis sacramentis.

Ego Benedictus praesb. capellae s. Blasii et capellae s. Apollinaris interfui.

Ego Joannes abbas s. Apollinaris interfui.

Ego Crescentius praesb. s. Apollinaris interfui deffinitionis sacramentis.

Ego Joannes Ava (sic) s. Triphonis interfui hujus deffinitioni sacramentis.

Ego Jo. praesb. s. Triphonis interfui hujus deffinitionis sacramentis.

Ego Alexander praesbyter s. Andrae in Mortariis hujus deffinitionis sacramentis interfui.

Ego Cinthius diaconus ejusdem ecclesiae interfui.

Ego Joannes ostiarius s. Lateran. Palatij et s. Mariae in Aquiro diffinitionis sacramentis interfui.

Ego Joannes praesbyter s. Mariae in Vialata hujus diffinitionis sacramentis interfui.

Ego Romanns praesbyter ejusdem ecclesiae similiter interfui.

Ego Nicolaus s. Mariae Rotunde subdiac. interfui.

Ego Benedictns Siccaficora diaconus ejusdem ecclesiae interfni.

Ego Gregorius praesbyter s. Mariae in Porticu interfui.

Ego Blasius eccl. s. Luciae ad quatuor portas interfui et subscripsi.

Ego Benedictus archipraesbyter S. Mariae novae cum omnibus clericis consensi.

Ego Franciscus archipraesbyter s. Adriani cum clericis mihi concessis consensi.

Ego Ppa archipraesbyter s. Mariae Rotundae consensi et subscripsi.

Ego Petrus s. Mariae de Cannella archipraesbyter consensi et subscripsi.

Ego praesbyter et prior s. Marcelli consensi.

Ego Joannes archipraesbyter s. Laurentii in Lucina consensi.

Ego Joannes archipraesbyter Damasii consensi.

Ego Nicolaus archipraesbyter s. Anastasiae laudo et confirmo.
Ego Maurus archipraesbyter s. Sergii consensi.
Ego Joannes archipraesbyter s. Mariae in Saxia consensi.
Ego Amato archipraesbyter s. Celsi consensi.
Ego Astaldus archip. eccl. s. Luciae ad quatuor portas consensi et subscripsi.
Ego Benedictus praesb. s. Triphonis audivi et vidi.
Ego Angelus archip. s. Andreae de mortariis c. consensi.
Ego Joannes predictae ecclesiae ac s. Palatii clericus.
Ego Tebaldus archipraesbyter s. Macuti consensi.
Ego Joannes praesbyter s. Clementis consensi.
Ego Benedictus praesbyter s. Stephani consensi.
Ego Rusticus praesb. tituli Palmachii consensi.
Ego Benedictus subdiaconus tituli s. Palmachii consensi.
Ego Romanus praesb. s. Andrae de Columna consensi et subscripsi.
Ego Joannes Sacocia tituli Damasii hujus diffinitionis sacramentis interfui.
Filii Boni Filii de Paulo testes.
Gregorius de Paulo Alberico et octo fratres ejus testes
Centius de Paulo testis.
Pandulphus et ejus frater Joannes testes.
Stephanus Gregorii praesbyter Crescentii testis.
Benedictus Petrus de Bonifatio et Petrus frater ejus testes.
Romualdus s. Joannis Guarini testis.
Petrus Tamerii Hulonis testis.
Paganellus de Arigulo testis.
Joannes Romani de Blanca testis.
Farolphus murator (sic) de Senura testis.
Franciscus de Maria de Francone testis.
Octo Petri Romani de Corvo testis etc.

CXXIV.

4 marzo 1127.

Breve di pp. Onorio II all' arcivescovo di Magonza Adalberto per la causa di Gebeardo eletto scismatico di Erbipoli - pubblicato da Uldarico di Bamberga *presso* Eccard. II. - *pag. 337 - n. 324 -* Mansi *t. II - supplementi al Labbe -* Migne *t. CLXVI.*

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Adalberto moguntino archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Super causa Gebbardi, de quo nos rogavit tua fraternitas, fratrum nostrum episcoporum et cardinalium consilium requisivimus. Ex eorum ergo deliberatione provisum est, quod in Herbipolensi ecclesia idem Gebhardus Episcopatus apicem non ulterius debeat obtinere.

Datum Lateran. IV - non. martii.

CXXV.

dopo il 4 marzo 1127.

=

Lettera di Gerardo, cardinale e legato in Lamagna di pp. Onorio II, per la causa di Gebeardo - pubblicata con Uldarico di Bamberga *presso* Eccard. *II - pag. 357 - n. 325 - sfuggita ai collettori.*

Frater G. sanctae romanae ecclesiae presbiter cardinalis et apostolicae Sedis legatus dilectis in Christo fratribus O. praeposito et aliis Wirzeburgensis ecclesiae clericis salutem et omne bonum. Quantis et quam diuturnis calamitatibus ecclesia vestra jam diu sit afflicta et attrita, non solum Theotonicae verum et Italicae constat esse notissimum. Super quibus in religiosis et Deum timentibus viris compatitur et condolet vobis Theotonica ecclesia, et compassa est et condoluit vobis jam diu mater vestra sancta Romana ecclesia. Unde ad se venientem bonae memoriae dominum R. episcopum vestrum benigne recepit, et benigne dimisit, sperans quod per eum Deus vellet finem imponere afflictioni vestrae. Post obitum vero ejus cum dominus papa Honorius audiret dominum G. eidem ecclesiae incubare domine moguntino tanquam vestro metropolitano et apostolicae sedis legato per me litteris et viva voce ex communi episcoporum et cardinalium deliberatione mandavit, quod predictus frater G. in Herbipolensi ecclesia episcopatus apicem ulterius obtinere non debeat. Ex parte itaque Dei et beati Petri et domini mei papae Honorii vobis praecipiendo mandamus, ut id ipsum sentiatis, id ipsum sapiatis omnes, ut non sint in vobis schismata, sed ab eodem viro vos separando et nullum ei reverentiam tamquam vestro episcopo vel electo exhibendo, in unum conveniatis, et, quantotius poteritis, episcopum vobis secundum Deum canonice eligatis. Alioquin vobis et ecclesiae vestrae divinum officium interdicemus. Ad haec bene agenda cooperetur vobis divina gratia.

CXXVI.

dopo il 4 marzo 1127.

Lettera di pp. Onorio II all' arcivescovo di Magonza Adalberto per la causa della sede di Erbipoli - pubblicata da Mansi *XXI - 349 -* Migne *CLXVI - 1271 - n. 54.*

Honorius servus Dei, Adalberto venerabili fratri moguntino archiepiscopo et apostolicae sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Scimus quidem zelum Dei vos habere, quem tamen, salva charitate condire debetis, ut nihil indiscrete, sed omnia rationabiliter et secundum Deum agere valeatis. Wurtzeburgensis quippe ecclesiae designatus episcopus, se a vobis contra justitiam gravari et praejudicium sustinere querelas nobis deposuit, quod ipsum neque accusatoribus, neque testibus legitimis convictum, neque sponte confessum, neque canonice examinatum, tamquam ecclesiae invasorem in qua se electum asseverat, et simoniacum pronuntiatum, communione ecclesiastica privaveritis. Quod si ita est fraternitatem vestram a canonicis regulis divinitus inspiratis liquido constat deviasse. Ait igitur sacra canonum auctoritas, adimi episcopo episcopatum non debere, antequam causae ejus exitus appareat. Item ex epistola papae scripta Anastasio, et ceteris episcopis in alexandrina synodo congregatis: « de judiciis episcoporum, unde nos consuluistis, diversas a patribus regulas inveuimus constitutas. Quidam igitur ad repellenda impetitorum machinamenta, et suas praeparandas responsiones, et testes confirmandos, et consilia episcoporum quaerenda, annum et VI menses mandaverunt concedi: quidam autem annum, in quo plurimi concordant. » Minus vero quam VI menses non reperi: quoniam haec laicis indulta sunt, quanto magis sacerdotibus? Induciae namque non sub augusto tempore, sed sub longo spatio concedendae sunt, ut accusati se praeparare atque contra insidiatores pleniter se munire valeant. Judices autem et accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, et ex charitatis radice suam desiderent sententiam promere.

CXXVII.

dopo il 4 marzo 1127.

=

Risposta di Adalberto arcivescovo di Magonza a pp. Onorio II per la causa dell' eletto alla sede di Erbipoli o Wurtzburgo - pubblicata da Uldarico di Bamberga presso Eccard. *scrittori di Brunswik II - pag. 341 - 42 n. 326 -* Mansi *XXI - 350 -* Migne *CLXVI - 1319 - diversorum ad Honorium epistolae n. 2 - L'* Hartzheim *nei suoi concili di Germania III - 311 -* e Migne *t. CLXXIX pag. 657 - C. M. - la credettero indiretta ad Innocenzo II.*

Honorio sanctissimo et universali papae, Adalbertus Dei gratia sanctae moguntinae ecclesiae humilis minister et apostolicae Sedis legatus, debitam, ut tanto apostolico, obedientiam, et devotissimam, ut tanto patri, reverentiam. Acceptis sanctitatis vestrae literis super causa fratris illius, si tamen frater dici debet, qui sanctae Wurtzeburgensis ecclesiae episcopatum usurpat, intellieximus totius causae ordinem longe aliter, quam se veritas habet, summi apostolatui vestro innotuisse, quoniam multa solent per surreptionem fieri. Idem namque sanctitati vestrae contra nos quereias deposuit, dicens, se a nobis praejudicium sustinere, et contra justitiam praegravari. Nos vero in hac causa, Deo teste et conscentia nostra, nihil egimus, quod canonicis regulis possit obviare, nihil unde sanctitati vestrae suspecti esse debeamus, nihil unde aliquis qui causam ipsam plenius tractaverit, possit nos reprehendere; sed quicquid in hac causa egimus, non zelo amaritudinis, sed zelo justitiae; non aliquo odio permoti, sed officii nostri intuitu; non contra sanctorum patrum canones, sed secundum canones, egimus. Scimus quidem, juxta sanctorum patrum regulas divinitus inspiratus episcopo episcopatum noñ adimi debere, antequam causae ejus exitus appareat. Sed optime novit sanctissimus apostolatus vester hanc sanctorum patrum

sententiam de dubiis episcoporum causis, non de manifestis, debere intelligi. Ejus vero, de qua agitur, impudentissima causa et certum crimen, nullum legitimae defensionis, nullum justae excusationis calorem recipit. Luce igitur clarius patet omnibus, quod nullis meritorum privilegiis, nulla praeeunte electione, ad tanti sacerdotii gradum est assecutus, sed tyrannica violentia intrusus in ovile Domini, cum non per ostium intravit, sed aliunde, per ambitionem et symoniacam haeresim, tanquam fur et latro impudentissime irrupit, et quod sine magno dolore et cordis compunctione dicere non possumus, locum legitimi pastoris sibi usurpavit, quem sibi sancta Wurtzeburgensis ecclesia de filiis suis, communi voto et consensu cleri et plebis, nobisque laudantibus et consentientibus, canonice intronizandum elegerat, utpote natalibus et moribus nobilem, ecclesiastica disciplina adprime eruditum, fide catholicum, natura prudentem, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, litteratum, in lege Dei instructum, in sensibus scripturarum cautum, et per omnia sacerdotali nomine et honore dignissimum.

CXXVIII.

dopo il 4 marzo 1127.

Lettera di s. Ottone arcivescovo di Bamberga per la medesima causa dell'eletto di Erbipoli, ove rende una solenne testimonianza di ossequio e sommessione alla s. Sede e a pp. Onorio - pubblicata con Uldarico di Bamberga presso Eccard *II - pag. 338 - n. 326 sfuggita ai collettori.*

Otto Dei gratia sanctae moguntinae ecclesiae humilis minister et apostolicae Sedis legatus. Dilectis in Christo filiis Wurtzeburgensis ecclesiae praelatis, et subditis, clero et populo esse in Christo cor unum et anima una. Condolentes ex corde ecclesiae vestrae, tot jam ac tantis tribulationibus attritae, exhortamur vos in Domino, ut simplices et unanimes in domo Dei ambulare satagatis, quod scriptura teste, in scissura mentium non est Deus, et quaecunque mala vos adinvenerunt, ex discordiae radice processerunt. Unde oportet, ut ad hanc extirpandam diligentius invigiletis, Deumque et singuli et in commune deprecemini, quatenus misericordiae suae oculis vos respiciat, et talem finem diuturnae calamitati vestrae imponat, ne deinceps talis oppressionis periculum vobis incumbat. Concordia siquidem, sicut saepe audistis, parvae res crescunt, discordia magnae dispereunt; quod, quia manifesto experimento didicistis, commonemus, ut tanti mali perniciem devitare studeatis. Ne vero voluntatis nostrae ignorantia vos in aliquo commoveat vel diffidere faciat, noverit pro certo dilectio vestra, nos idem sentire quod omnes catholici de vestra sentiunt ecclesia, id ratum tenere, quod Romana sanxit et denuntiavit auctoritas, cujus terminos nec debemus nec volumus transire, quia hereticum constat esse, quisquis Romanae ecclesiae etiam in tam justo judicio, non concordat. Quod si adeo vos concordes in justitiae causa perpenditis, ut locum vestrum ab invasione impetitoris alicujus, si quis forte emerserit, defendere confidatis, in nomine Domini quidquid vobis gratia ejus inspiraverit, confidenter aggredimini,

si quo minus salubriori et propensiori consilio res tractetur, quia consulta et considerata dilatio, licet gravis et onerosa sit laborantibus, plus tamen utilitatis solet afferre, quam festinata et indiscreta rei precipitatio. Cupientes autem in omnibus vobis esse provisum, nil aliud audemus ad praesens persuadere, ne si forte res in contrarium cesserit, quod Deus avertat, omnem culpam in me, quasi auctorem, refundatis.

CXXIX.

8 marzo 1127.

Privilegio di pp. Onorio II al monastero dei ss. Pietro e Paolo di Chartres - pubblicato dalla Gallia christiana *VIII - 325 - n. 47 -* Migne *CLXVI - 1273 - n. 58.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Willelmo abbati monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quod in suburbio Carnotensis urbis situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Equitatis et justitiae ratio persuadet nos ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem et vigoris inconcussi monumenta conferre. Non enim convenit Christi servos divino famulatui deditos perversis pravorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari, similiter et predia usibus coelaestinm secretorum dedicata, nullas potentium angarias, nihil debent extraordinarium sustinere. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Willelme abba, venerabilisque fratris nostri Gaufridi Carnotensis episcopi precibus inclinati, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, monasterium beatorum apostolorum Petri et Pauli in Carnotensi suburbio constitutum, cui, Domino auctore, praesides, praesentis scripti uostri pagina communimus; statuimus enim ut quascunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium impraesentiarum, concessione episcoporum Carnotensium, liberalitate regum, largitione principum et oblatione fidelium, juste et legitime possidet, sive in futurum, largiente Deo, justis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant: in quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda. Ecclesiam videlicet s. Germani de Alogia, cum capella de Domna petra, ecclesiam sancti Leobini de Braiaco, ecclesiam sancti Petri de Arro cum capellis suis, ecclesiam sanctae Mariae de Evorea, ecclesiam Willaevillonis, ecclesiam sanctae Mariae de Stellionibus, ecclesiam de Luigniaco, ecclesiam de Domna petra, ecclesiam sancti Leobini de Castroduni, eccle-

siam sancti Stephani de Spelterol. Ecclesiam de Tornesiaco, ecclesiam de capella Osane. Ecclesiam de Werrigniaco. Ecclesiam de Billoncellis. Ecclesiam de Sonnenchiis. Ecclesiam de Puteosa cum capella. Ecclesiam de Mansellaria. Ecclesiam de Resuntis. Ecclesiam de Morivillari. Ecclesiam de Mutionisvillari. Ecclesiam de Capella fortini. Ecclesiam de Rivellonio. Ecclesiam de Fursonisvillari. Ecclesiam de Vitraico. Ecclesiam de Belchia. Ecclesiam de Rudeto. Ecclesiam de Alneto. Ecclesiam de Monasteriolo. Ecclesiam s. Martini de Firmericuria. Ecclesiam de Nantilliaco. Ecclesiam de Olins. Ecclesiam de Aneto. Ecclesiam de Salecto. Ecclesiam sanctae Mariae de Moncellis, cum capella de Sorel. Ecclesiam Chalgeto. Ecclesiam de Vi. Redditum praebendae ecclesiae s. Martini de Valle. In episcopatu quoque Aurilianensi ecclesiam sancti Paterni. Ecclesiam de Niz. In Ebroicensi episcopatu ecclesiam de Belloloco. Ecclesiam sancti Christophori. Ecclesiam de Canziaco. Ecclesiam de Illelis. Ecclesiam sancti Georgii. Ecclesiam de Purlaico. In episcopatu Saglensi ecclesiam de Planchis. Ecclesiam sancti Laurentii. Ecclesiam de Brogilo amaro. Et in Rothomagensi episcopatu ecclesiam de Leoniscuria. Ecclesiam de Guerriaco. Ecclesiam de Aldoenivilla. Ecclesiam de Gundelicuria. Praetera in praefato Carnotensi episcopatu ecclesiam de Treione. Ecclesiam sancti Germani de Guastina. Ecclesiam de Isis. Haec vero tres praefatae aecclesiae ab omni exactione et reddîtu synodi et circadae immunes salvo jure episcopali in sua permaneant libertate. Decernimus ergo, etc. Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, VIII idus martii, indictione V, Incarnationis Domini anno 1127, pontificatus autem domni Honorii II papae anno tertio.

CXXX.

23 marzo 1127.

Privilegio al monastero di s. Martino di Sponheim nella diocesi di Magonza - pubblicato dalla Gallia christiana *V - 448 - n. XII -* Migne *CLXVI - 1274 n. 59.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bernhelmo abbati monasterii sancti Martini in Sponheim, ord. s. Bened. Moguntinensis dioecesis, ejusque successoribus regulariter instituendis in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est facilem praebere consensum. Ea propter, dilecte fili, tuis fratrumque tuorum justis postulationibus annuentes, prefatum monasterium Sponheimense, cui, auctore Deo, presides, sub apostolicae Sedis tutela et protectione suscipimus, atque praesentis scripti pagina communivimus, decernentes et statuentes, ut regularis vita in eodem loco tam noviter instituta secundum regulam s. Benedicti, futuris temporibus inviolabiliter conservetur. Nulli etiam facultas sit post factam apud vos professionem sine abbatis licentia, majoris vel minoris religionis obtentu, ad alium locum trasmeare. Quod si quis contra hanc prohibitionem nostram quocunque tempore in futurum discesserit, nullus abbas aut quilibet audeat eum retinere. Quoties, abbate obeunte, de successore fuerit inter fratres ipsius loci tractandum, nullus inibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia cujusvis potestatis, sive ecclesiasticae, sive temporalis, intrudatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et b. Benedicti regulam, de eodem collegio, vel de alio, si, quod absit, idoneum inter se non invenirent, duxerint eligendum. Porro altarium consecrationem, chrisma, oleum sanctum, benedictionem abbatum et ordinationem monachorum a diocesano ejusdem parochiae archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem apostolicae Sedis habuit, et si ea gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere suscipiatur. Alioqnin liceat vobis et posteris vestris, catholicum, quem volueritis, adire antistitem, et ab eo consecrationes et sacramenta suscipere. Sepulturam quoque

istius loci liberam esse omnino censemus, ut eorum, qui illic sepeliri desideraverint, nisi forte excommunicati fuerint, devotioni et voluntati nemo obsistat. Possessiones quoque omnes quas justo titulo possidetis, et in futurum quorumcunque oblatione acquiretis auctoritate apostolica confirmamus, decernentes, quod nulli omnino hominum liceat praefatum coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel quomodolibet ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus perturbare, sed omnia integra vestris et pauperum usibus conserventur profutura. Si quis autem in posterum archiepiscopus, episcopus, rex, dux, vel comes, vel cujuslibet ordinis princeps, aut quaelibet ecclesiastica, saecularisve persona hanc constitutionis nostrae paginam sciens contra eum temere venire tentaverit, et si non subito satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini Dei nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Data per manus .... diaconi sanctae Sedis apostolicae V kalend. aprilis, indictione quinta, incarnat. Dom. 1127, pontificatus nostri anno tertio.

CXXXI.

23 marzo 1127.

Privilegio per la zecca di Mergueil a Bernardo conte pubblicato da Bouquet *recueil XV - 265 -* Migne *CLXVI 1288 - n. 81.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Bernardo illustri Melgoriensi comiti, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod irreprehensibile est defendit ecclesia. Nos autem te, tanquam specialem b. Petri filium manutenere volumus et juvare, et quod Melgoriensis moneta Melgorii tantum fiat apostolica auctoritate praecepimus. Tua igitur interest ut, si protectionem nostram habere desideras, in fabricanda moneta nihil falsitatis admisceas, et ne aliter quam tempore Calixti constitutum est, eam de caetero facias fabricare.

Datum in territorio de columna, X kalend. junii, pontificatus nostri 19 anno tertio.

CXXXII.

6 aprile 1127.

Onorio II definisce la controversia tra Raimondo abate di s. Giovanni di Sens ed Erberto abate di san Pietro le-vif sulla chiesa di s. Salvatore, che unisce alla prima - pubblicato dalla Gallia christiana *XII - 139 - 95 - n. 26 - instr. sfuggito alle investigazioni di* Jaffe *e* Migne *ed è l' unica bolla che porta la data di Viterbo e l' unico argomento del viaggio d' Onorio a quella volta.*

Honorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Raimundo abati s. Joannis senonensis ejusque successoribus in perpetuum.

Voluntatis nostrae est quae ad pacem ecclesiae sunt statuere et earum quieti atque utilitati auxiliante Domino providere, ne forte ibi discordia locum inveniat, unde pacis debent bona procedere. Ideoque definitionem controversiae quae inter vos et dilectum filium nostrum Herbertum abbatem s. Petri vivi pro ecclesia s. Salvatoris est hactenus ventilata, ad posterorum memoriam chartae et atramento duximus committendam. Praefatus siquidem abbas eamdem ecclesiam vindicare ad jus sui monasterii nitebatur, asserens quod Leo III - quondam senonensis archiepiscopus inter alias possessiones quas eidem loco restituit et suo scripto firmavit, id quoque statuerit ut praefata s. Salvatoris ecclesia, quae in terra b. Petri juxta burgum sita esse dicebatur, a nemine successorum suorum aliquo tempore alteri ecclesiae, nisi forte praefato monasterio concedi posset. Quod si quis id attemptare praesumpserit, nihilominus eadem ecclesia in proprietate ejusdem monasterii remaneret. E contra vero pro parte praefatae ecclesiae s. Salvatoris ante nos sunt allegationes propositae, quod locus ipse ab antiquis temporibus de jure ac proprietate canonicorum Senonensium fuerat, adeo quod iidem canonici ibidem sepulturam habebant et fratres in eodem loco per canonicos majoris ecclesiae ponebantur, atque certis temporibus et competentibus

hebdomadas in matrice ecclesia faciebant. Auditis igitur utriusque partis rationibus et indagatis, non est visum nobis aut fratribus nostris praefatam ecclesiam s. Salvatoris in alterius ecclesiae jus vel ditionem esse translatam, sed potius juxta antiquum statum in matricis ecclesiae jure ac proprietate manere, unde, etiam deliberato consilio diffinitiva sententia constituimus, ut quandiu in eodem loco canonicus ordo duraverit, liber ab hac calumnia et praefati abbatis reclamatione consistat.

Datum Viterbii VII - id. aprilis.

CXXXIII.

6 maggio 1127.

Definisce pp. Onorio II una controversia tra il vescovo di Baijeux e il monastero di s. Benigno di Dijon - pubblicato da Perard *recueil etc. 219 -* Migne *CLXVI 1275 - n. - 60.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, Richardo Bajocensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter plures correctione dignas quas audivimus de tua fraternitate querelas, ad augmentum indignationis processit in medium clamor divionensis ecclesiae, quam ideo non possum non audire, quia anterioribus nostris semper extitit venerabilis, et religionis suae merito et dilectionis in nos antiquae quodam privilegio causatur. Si quidem et queritur, te transire suos, et transferre terminos praefixos, illi ab antecessoribus tuae Sedis et nostrae, novo coemeterio suum vetus et antiquum evacuare, praesbyteros sui juris in jus contra jus trahere, synodales et consuetudinarios extraordinarios etiam redditus ab eis exigere, et multa id genus agere, quae plane videntur justitiae reclamare. In argumentum itaque fidei, jussimus in medium chartas et decretalia produci, quibus videbatur inniti, in quorum dum versaremur lectione, surrexerunt e latere nostro grave, et fide dignae personae, dicentes se audisse, se vidisse quando Bojocensis episcopus illud donum quod significatur in scriptura, dederit monachis Divionensibus, Arvernis primo, deinde Romae, per manum Urbani papae cum omnimoda libertate, absque ulla exceptione, nisi solius obedientiae quae debetur universaliter omni pontificali reverentiae. Quod et ipse me vedisse memini, cum essem tunc temporis in obsequio ejusdem papae beatissimi. Quae cum ita sint, et res nondum exciderit memoria, quia recens gesta, et quod gestum est, multis adhuc superstitibus et idoneis comprobatur testibus, et quod testificatum est, apostolicis confirmetur apicibus; miror qua temeritate tam solemne jus, vel in modico sis ausus infringere; cum etiam, si deesset auctoritas testium et scripturae, facile tamen conjici

possit ex ingenita viri magnitudine, nil eum tam celebri, tam devoto dono quod dare potuerit decerpsisse. Sciebat enim, eleemosynam danti magis quam accipienti prodesse. Si igitur prudens esse poterat ad pietatis opus informare te ratio, si pius pia tanti pastoris recordatio, si timoratus praedecessoris tui Toroidi; praeter hoc ipsum in parte justa dejectio. Et quia tot aequitatis lineas excedere non pertimescis, nostrum est corrigere quod excedis. Monachis itaque Divionensibus, monasterium s. Vigoris cum appendiciis suis, et quidquid continet carta pontificalis et Roberti ducis Northmanniae, ea qua possumus auctoritate firmamus, sicut fecerunt sancti patres nostri, Urbanus scilicet, Paschalis et Calixtus, cum plenaria rerum suarum libertate, ita ut, tam ipsi quam eorum ecclesiae, et presbyteri et quaecunque sunt juris eorum, longe remotissima sint a tua vel tuorum pensione, exactione, actione etiam, justa vel injusta; sed quidquid illud erit, totum persistat ad integrum, penes jus et arbitrium monachorum. Quod enim semel ecclesiae donatum est, a datoris potestate prorsus alienatum est, nec cuiquam quod dedit, repetere licitum est, et si fiat sagrilegium est. Nulli etiam pontificum, juxta decretum Hormisdae, liceat divinum in eorum coenobiis officium interdicere, dum eos constiterit apostolicae Sedi communicare. Sic autem monachis suum roboramus tenorem, ut tuum abolere non velimus honorem, sed sic eum limitamus, ut ipsi tibi sincere dilectionis exhibeant obsequium, et tu eis gratuitum, non mercenarium impendas patrocinium, sitque inter vos benevolentiae concertatio, non pretii cujusquam licitatio. Nam qui primus eos ascivit amicos, sibi non vectigales esse voluit, et ut ipse dulcium pater fieret filiorum non auctionatur alienorum. Si quis igitur decreti hujus limitem sciens transgressus fuerit, nisi resipuerit, anathema sit. Canonicorum autem, si quis alibi quam in prefixo beati Vigoris coemeterio tumulari se fecerit, et sepultus, et sepeliens transgressionis rei fient ipsi viderint. Omni vero obedienti et cooperanti sit nostra et benedictio, et in celestibus aeterna mansio.

Datum Laterani II nonas maii, per manus Imerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis, indictione V, anno dominicae incarnationis 1127, pontificatus domni Honorii secundi papae anno IV.

CXXXIV.

prima del 20 maggio 1127.

=

Lettera del venerabile Ildeberto a pp. Onorio II. gli dà una relazione della chiesa di Tours e del concilio di Nantes e n' implora la confermazione - pubblicata da Labbe e Migne *CLXXI - n. 50 - pag. 253 - lib. II.*

Beatitudini vestrae, reverendissime pater, decrevimus exarandum, quod ex suggestione venerabilis Britannorum comitis, pariterque provincialium consilio episcoporum, in Britanniam descenderimus, ob praeter alias multiformes et abhorrendas enormitates, matrimonia quidem, incestus, sanctuarium autem Domini haereditaria successio polluebat. Quapropter, convocatis eisdem episcopis et abbatibus, multisque religiosis et sapientibus viris, in urbe Nannetensi triduo sedimus in ea synodum celebrantes, ex qua, largiente Domino, et ecclesiae honorem, et populo magnum constat emersisse fructum. Siquidem usque in diem praefati conventus, hujusmodi consuetudo in terra comitis exstiterat, ut decedente marito vel uxore, universa decedentis mobilia in proprietatem potestatis transirent. Praeterea quidquid evadebat ex naufragio, totum fiscus lege vindicabat patriae passosque naufragium miserabilius violentia principis spoliabat, quam maris rapina, quam procella. Utramque autem exactionem sub oculis totius concilii comes in manu nostra deposuit, postulans in eos excommunicationis gladium extendi, quicumque aliquando vel manumissa repetere, vel manumissionis plenitudinem minuere attentarent. Totus itaque consessus et gratiarum actione beneficium prosecutus est, et persecutus anathemate beneficii distractorem. De incestuosis antem conjugiis hoc universitati considentium placuit, ut episcopi quidem in omnibus suis conventibus, reliqui vero sacerdotes in ecclesiis suis, talia contrahi matrimonia publice prohiberent, eos quoque excommunicationi subjicerent, quicunque post praesentis actionem synodi scienter inirent inc stuosarum foedera nuptiarum. Placuit et hoc universis, et ad incutiendum caeteris metum, ut filii ex hu-

jusmodi commistione deinceps generati, velut spurii haberentur, et ad legitimos haeredes jus paternum transiret. Porro in ordinibus celebrandis canonicas sanctiones et diligenter attendi jussimus, et inoffense custodiri. Ordinari filios sacerdotum, nisi prius canonici regulares aut monachi fierent assensu communi nobiscum synodus interdixit. His autem, quos jam ordinatus constabat, abolendae successionis intuitu, in ecclesiis in quibus patres eorum ministraverant, ministrandi abstulimus facultatem. Praebendas et quaslibet ecclesiae dignitates rigore quo decuit inhibitum est haereditate obtineri. His addita sunt, et alia in hunc modum, quibus ex canonicis prodeuntibus institutis praesens synodus et assensum praestitit et servanda decrevit. Haec igitur vobis, sancte pater, significanda censuimus, quatenus acta canonice vestra confirmare dignetur auctoritas, et datis ad episcopos litteris, communiter exhortari omnes, ut quae cum eis facienda sanximus in Christo et do enda, ipsi quoque cum Christo facere studeant et docere. Illam praeterea manumissionem de naufragiis et de substantia morientium, quam comes in manu nostra deposuit, vos, beatissime pater, non gravemini confirmatione apostolica roborare, ac prohibere ne quis omnino eam rescindere, vel aliqua ex parte minuere praesumat. Conservet vos Dominus ecclesiae, pater sancte.

CXXXV.

20 maggio 1127.

Lettera apostolica di Onorio II pp. al venerabile Ildeberto arcivescovo di Tours e ai suoi suffraganei - conferma il concilio di Nantes - pubblicata da Migne *CLXXI - n. 31 - pag. 254 -* Labbe X - Mansi *XXI - 354 -* Il codice vaticano *6024 la reca a pag. 24 e noi l' abbiamo riscontrata.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus turonensis metropolis suffraganeis episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Charissimi fratres, Hildebertus turonensis archiepiscopus, sicut bonus pastor pro grege suo vigilans, convocatis fratribus, sapientibus, et aliis religiosis viris, quemadmodum ex suarum litterarum inspectione cognovimus, in nannetensi civitate de more metropolico concilium celebravit, ibique de incestuosis nuptiis, et spuriis sacerdotum filiis, et de his qui quasi haereditaria successione ecclesiastica peterent beneficia, pertractans, corrigenda correxit, et statuenda constituit. Universitati ergo vestrae mandamus, quatenus ea quae ab ipso juxta sanctorum patrum decreta, ibi ad honorem Dei et salutem populi statuta esse noscuntur, irrefragabiliter observetis. Sicut enim in humani compage corporis membra famulantur capiti, et obediunt tamquam supremo et provisori, ut sic persona servetur incolumis, ita fidelium mentes unius voluntatis (unius effectae voluntatis) pro custodienda unitate fidei et statu ecclesiae, suis debent humiliter parere praelatis. Ad haec pravas illas consuetudines a comite Britanniae in manu praefati archiepiscopi in conspectu synodi refutatas, alteram quarum maritis vel uxoribus decedentibus bona eorum mobilia a potestate saeculari diripiebantur, alteram vero qua illi, qui naufragium evaserant, et in portu postmodum spoliabantur, damnamus, et ne quis eas futuris temporibus renovare praesumat, auctoritate apostolica, interdicimus. Iniquum enim censemus ut

quem divinae clementiae magnitudo a saevientis pelagi voracitate diverterit, hominum saeva rapacitas audeat spoliare. Piorum namque imperatorum emanavit auctoritas, etiam ut earum rerum quae in tempestate maris, levandae navis gratia emittuntur, non amittatur dominium. Non enim quis eas eo animo abjecit, quod habere nolit, sed quod periculum effugere possit; et qui res ipsas lucrandi animo abstulerit, furtum committit.

Datum Laterani, XIII kal. junii.

CXXXVI.

23 maggio 1127

Annunzia pp. Onorio II all' arcivescovo di Amburgo la venuta di Gerardo prete cardinale e legato - pubblicato da Lappenberg - *Hamburg. Urkund. I - 130 -* Migne - *CLXVI - 1289 - n. 83.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri A. bremensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam absque quiete et tranquillitate animi nemo potest Deo gratum impendere famulatum, ut controversia, quae inter te et fratrem nostrum A. londensem archiepiscopum agitatur, valeat, properante Domino, debito fine concludi, dilectum filium nostrum E. presbyterum cardinalem ad partes vestras de nostro latere duximus delegandum, eique negotium ipsum diligenter inquirendum discutiendumque commisimus. Ideoque tibi mandamus quatenus ipsum benigne recipias, et loco et tempore quo ab eo vocatus fueris ad ejus praesentiam venias, de supra nominato negotio tractaturus.

Datum Laterani X kal. junii.

CXXXVII.

settembre 1127.

Definizione di Stefano diacono cardinale e legato di pp. Onorio II di una controversia tra il capitolo e vescovo di Torcello - pubblicata da Ughelli *Italia sacra V - 1370 -* Mansi *suppl. II - 385.*

In nomine domini salvatoris nostri Jesu Christi millesimo centesimo vigesimo septimo mense septembri indictione sexta Torcelli.

Quoniam controversiarum inter partes determinatio, nisi fuerit litterarum notata titulo, in oblivione mortalium majoris dissensionis esse facillime poterit occasio: capropter nos quidem Joannes Dei gratia gradensis patriarcha et Stephanus s. r. e. diaconus cardinalis una cum inclyto duce Venetiarum Dominico Michael determinata inter Stephanum Silverium nobilem torcellanum episcopum et canonicos suos discordia in nostra praesentia, litterarum harum in posteris denotamus pro removenda dubitatione scriptura. Conquestus fuit siquidem praefatus Stephanus torcellanus episcopus in nostra cunctorumque Venetiae episcoporum astantia, quod majoris ecclesiae canonici sibi subtraxerunt obedientiam et multas contulissent contumelias. Vocavimus itaque communiter cum episcopis clericos, et eos de tali temeritate corripientes, statuimus communiter ut vel culpam profitentes de perpetrato facinore dicerent. Itaque canonici, eorum quae fuerant obiecta, quaedam commisisse confessi, quaedam etiam praesentibus testibus sunt convicti. Ad hoc requisita dictorum perfectaque diligenter auctoritate eos damnandos ac deponendos esse communi sententia convenimus omnes. Ne igitur in majori scandali prorumperetur occasione, praefatum Stephanum episcopum convenimus et ad misericordiam de tali judicio exoravimus. Nostris ergo precibus inclinatus venerabilis episcopus eos benignissime suscepit et . . . . perpetratas culpas indulsit, eo tamen tenore, ut si forte deinceps suis non obtemperarent mandatis eidem subiacerent definitioni et . . . . ut praefatae nostrae damnationi et episcoporum subiacerent.

Ego J. Dei gratia gradensis patriarcha huic consti.

Ego Stephanus Dei gratia s. r. e. diaconus cardi. ss.

Ego Petrus Dei gratia capurlarum epis. opus ss.

Ego Jo. Dei gratia aquileiensis episcopus.

Ego Huricus Dei gratia Civitatis novae episc.

Ego Stephanus methamaucensis episcopus laudo et confirmo.

Ego Dominicus Gausoni archipraesbyter torcelianae ecclesiae manu mea subsc.

Ego P. Dondi clericus eccl. etc. . . . . . . cum plebano manu mea subsc.

CXXXVIII.

18 ottobre 1127.

Breve di pp. Onorio II ad Ottone vescovo di Halberstadt incolpato di simonia - pubblicato da Mansi *XXI 477 -* Calles *germania sacra VI - 306 -* Migne *CLXVI 1277 - n. 61.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Halberstadensium episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Gravis ad nos de persona tua querela pervenit. Accepimus igitur quod Halberstandensem episcopatum per violentiam laicalem, et quod detestabilibus est, per simoniacam haeresim occupasti: quantum autem flagitiosam istam pestem simoniacae hereseos sancta Dei ecclesia abhorreat, Petrus apostolus in principio nascentis ecclesiae manifestat, qui Simonem, Spiritum sanctum vendere volentem cum sua pecunia condemnavit. Si ergo hujus sceleris te reum esse cognoscis satius est ut cedas, et delictum tuum poenias in hac vita per paenitentiam, quam ante oculos districti judicis judicandus appareas.

Datum B. X kal. novemb.

CXXXIX.

18 ottobre 1127.

=

Breve di pp. Onorio II al popolo di Halberstadt in cui annunzia deposto il vescovo e invita a venire a novella elezione. Questo diploma sconosciuto a Jaffe e Migne *è citato e inserito negli scrittori di Brunswik del* Leibnitz *t. II - 134 - e nella » Germania sacra » del gesuita* Calles *VI - 306.*

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis suis, clero et populo Halberstadensi salutem et apostolicam benedictionem. Otto vester episcopus in nostra et fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium praesentia de simonia accusatus et per testes sufficientes de simonia, quam in consecratione Bremensis ecclesiae de 30 solidis, pro ipsius consecratione per pactionem ab eo requisitis commiserat, convictus est. Ideoque, quoniam in hoc sibi parcere non potuimus nec debuimus, et in hanc partem exardescere semper debet ecclesia, communicato consilio, in eum depositionis sententiam protulimus. Ea propter per praesentia scripta vobis mandamus, quatenus invocata Spiritus s. gratia, idoneam personam canonice vobis in episcopum eligatis.

CXL.

9 decembre 1127.

Onorio pp. II annunzia ad Enrico re d' Inghilterra a Guglielmo arcivescovo di Canterbury e a tutti i prelati inglesi che Torstano arcivescovo di Jorck ha il privilegio di farsi procedere dalla croce - pubblicata dal Monastico anglicano *III - 147 -* Migne *CLXVI - 1242 - n. 28 -* Innocenzo II *la cita nell' ep. 72 - pag. 116 tom. CLXXIX. C. N.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus G. Cantuar. archiepiscopo, Sedis apostolicae legato, et universis episcopis per regnum Angliae constitutis, et charissimo in Christo filio Henrico III. illustri Anglorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum nostrum.... ita dignitatem suam illibatam, vestris debetis fratribus conservare ideoque vobis mandamus, quatenus charissimo fratri nostro Thomae (leg. Thurstano) Eborum archiepiscopo, juxta antiquam consuetudinem et Eborum ecclesiae praerogativam crucem ante se deferri absque contradictione aliqua permittatis, et regem more solito coronare.

Data Laterani V idus decembris.

CXLI.

tra l'anno 1127 - 1128.

Lettera di Gualtiero arcivescovo di Ravenna, legato di pp. Onorio in Germania, e Giacomo vescovo di Faenza a s. Ottone vescovo di Bamberga - pubblicata con Uldarico di Bamberga *pag. 358 n. 350 - presso* Eccard *t. II -* Mansi *suppl, t. II - pag. 404 l'ha inserita nel pontificato d' Innocenzo II - Ma a quell' epoca Gualtieri s' intitolava già cardinale e legato, come dimostrano gli esemplari recati a pag. 402.*

Gualterius Dei gratia sanctae ravennatis ecclesiae minister licet indignus, nunc vero apostolicae sedis legatus et Jacobus faventinus episcopus venerabili fratri Ottoni Babenbergensis episcopo orationem et fraternam in Christo diiectionem.

Vestrae paternitati notificamus quod per gratiam Dei sospites et alacres sumus Wurtzenburch et ibidem indictam curiam expectamus. Sed cum in praefato loco essemus, de castro Nurinbere sinistra quaedam audivimus, unde miramur et satis dolemus. Quapropter vobis vobis rogando mandamus, ut vera nova quae audistis vel quidquid exinde ad praesens scire potestis, nobis insinuare dignemini. Praeterea de puero nostro infirmo suppliciter exoramus, ut eum, quam citius potestis, si convaluit, ad nos mittere procuretis.

CXLII.

tra l'anno 1127 - 1128.

=

Lettera di s. Bernardo al cardinal Matteo di Albano legato di pp. Onorio II in Francia - si scusa dall' intromettersi negli affari - pubblicata da Migne *t. CLXXXII pag. 123 - n. 21 -* Manriquez *annali cistercensi I, 183.*

Fuit quidem parere paratum cor meum; sed non aeque et corpus meum. Saevientis siquidem acutae febris exusta ardoribus et exhausta sudoribus, non valuit sufficere spiritui prompto caro infirma: volui ergo, sed praevolanti voluntati obstitit ea quam dixi occasio. Quae an justa sit, ipsi judicent amici nostri, qui me omni exclusa excusatione, obedientiae retibus circumclusum, quotidie de claustro ad civitates pertrahere moliuntur; simulque attendant istam me occasionem non fallaciter adinvenisse, sed graviter pertulisse: ut vel nunc experiantur, quia non est consilium contra consilium Domini. Quibus si ego respondissem: exui tunicam meam, quomodo induam illam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos? profecto indignarentur. Nunc autem divino aut succenseant, aut acquiescant judicio, quo factum est ut etsi velim, non valeam proficisci.

Sed grandis, inquiunt, fuit causa, gravisque necessitas. Quaerendus ergo fuerat qui grandibus definiendis fuisset idoneus. Si me talem putant, ego me talem non esse nequaquam puto, sed scio. Denique sive grandia sint, sive parva, ad quae me ita perurgent, ego causam non habeo. Quaero siquidem: facilia sunt an difficilia quae ad perturbandum amicum silentium tantopere imponere curatis amico? Si facilia, absque me possunt fieri; si difficilia, per me non possunt effici, nisi forte tanti aestimor, cui grandia et impossibilia reserventur, tanquam ea ego possim, quae nemo alius facere potest. Quod si ita est, domine Deus meus, quomodo tuum de me solo frustratum est judicium, ponens sub modio lucernam, quae poterat lucere super candelabrum; et, ut apertius loquar, tentans me facere monachum, et volens abscondere in tabernacu-

lo tuo in die malorum, hominem necessarium mundo, sine quo episcopi non possunt sua pertractare negotia? Sed et hoc mei mihi necessarii praestiterunt, ut nunc quoque videar loqui turbatus homini, cujus nunquam nisi serenus et cum omni jucunditate soleo recordari. Vos tamen, vobis dico, pater, noveritis quia paratus sum, et non sum perturbatus, ut custodiam mandata vestra. Vestrae autem indulgentiae erit parcere mihi, ubi parcendum decreveritis.

CXLIII.

tra l' anno 1127 - 1128.

=

Lettera di Corrado arcivescovo di Saltzburgo a s. Ottone e ai canonici di Bamberga - notifica che il loro decano è eletto patriarca di Aquileia in luogo di quello deposto dai legati di pp. Onorio - pubblicata da Usermann *vescovado di Bamberga allegati* - Uldarico di Bamberga *codice inserito nell'* Eccard - Migne *CLXXIII - 1344.*

Venerabili fratri O (ttoni) babenbergensis ecclesiae episcopo, C (onradus salzburgensis ecclesiae, Dei gratia, humilis minister, devotae orationis affectum ac servitutis obsequium.

Electo aquileiensi ecclesiae in episcopalis fastigii dignitatem decano vestro, fratre nostro et consacerdote dignissimo, eliminatam fuisse veterum spurcitiarum, quae longo illic tempore dominata fuerat, credebamus foeditatem, cum abjecta indigna satis omni ecclesiastico regimini persona, clerum et populum vidimus tam honeste atque canonice de alterius substitutione cogitare, talemque virum mirabili unanimitate elegisse, cujus persona, scientia et vita vere nobis idoneum repraesentarent episcopum. In illius siquidem virtute babenbergensis decoratur et honoratur ecclesia, in quam rursus cum necesse fuerit fiducialius spem ponere, virtutis et disciplinae fructus inveniri non dubitamus, cujus primitias tam dulces in huc viro praegustavimus.

Verum, ut apparet, nondum impleta sunt peccata aquileiensium, qui eadem perfidia, quam contra illum Gerardum (al. Richardum), stirpem inutilem, exercebant, prius ob illius nequitiam, nunc contra istum canonice electum, ideoque merito suscipiendum, semper insani et perfidi tumultuantur ob ejus probitatem omnibus amplectendam, ut illud, quod mali bonum elegerunt, non suum, sed Dei fuisse ostendant, et per hoc quod innocentem persequunt'ur, propositum suum sui similem eligendi fuisse evidentissimum faciant. Quorum malitiam et quantum oportuit patienter sustinens, et quantum potuit pro tempore leniter arguens,

ac deinde negata sibi a clericis obedientia honesta occasione prudenter declinans, egregiae virtutis et modestiae exhibuit documentum, et transgressoribus dignae confusionis intulit opprobrium.

Nunc itaque absentiam ejus, si recederet, aequanimiter ferre non volentes, apud nos manere rogavimus, quousque, castigata furentium insolentia, electum suum recognoscerent, et debita reverentia reposcerent. Sed metuentem, ne fama sua propter vicinitatem locorum aliquid suspicionis ex hac re pateretur, eum tenere non potuimus, virtutum suarum apud nos depositum servantes in pace dimisimus, obsecrantes vos, tam pro antiqua amicitia, quam pro adepta sibi et nobis honoris gloria, diligere eum ut fratrem, honorare eum ut electum pontificem, servare ut necessarium hominem, in quo nihil praeter pietatem invenimus et honestatem, quam etiam denuo in opus, ad quod assumptus est, restitui necesse erit.

» Ejusdem litterae ad canonicos bambergenses » C. saltzburgensis ecclesiae Dei gratia, si quid est, fratribus omnibus babenbergensis canonicae orationem cum dilectione, omne bonum cum salute.

Succisa in aquilegensi ecclesia arbore, quae inutiliter terram occupabat, aestuantibus nobis, ne similem vel certe nequiorem vacanti sedi improbitas clericorum adduceret, repente nobis vir probitate conspicuus, omnium honore dignissimus sacerdotalem infulam suscepturus dominus et frater noster E (gilbertus) decanus vester producitur, cujus virtute atque in bonis artibus exercitata prudentia omnem nostram anxietatem expulsam esse gratularemur. In quo, ut verum fateamur, ecclesiae vestrae honor plurimum sublimatur, in qua tam utilis tam egregia persona nutrita cognoscitur. Unde quia nihil in eo, nisi quod ecclesiasticam personam deceat, bonos delectet et malos offendat, experti sumus honestatem saeculi, pietatem Dei, per quae etiam aquilegiensium displicuit oculis, jure dignum est, ut a vobis atque omnibus ecclesiae filiis honoretur et diligatur pro magno probitatis ejus testimonio, quod malis displicuit. Displicuisse tantum malis, ait beatus Gregorius, magna bonorum commendatio est.

CXLIV.

tra l'anno 1127 - 1128.

=

Diploma del cardinal Matteo di Albano legato di pp. Onorio II in Francia - conferma l'elezione di Odone abate di s. Pietro di Chartres - pubblicato da Mabillon » *annali benedet. VI - 164 -* Migne *CLXXIII p. 1264.*

Servorum Dei quieti sicut in praesenti consulere pium est, sic et in posterum providere opportunum. Proinde ego Matthaeus, albanae ecclesiae, Dei gratia, humilis episcopus, et sanctae romanae atque apostolicae Sedis cardinalis et in Galliis legatus, omnibus, quibus oportuerit, notum esse volo fidelibus, quia monasterio s. Petri Carnoti eam quam hactenus habuisse cognoscitur abbatem eligendi libertatem, praesente venerabili Gaufrido carnotensi episcopo, ipsius suggestu atque rogatu, ex romanae ecclesiae auctoritate praesens in ejus monasterii capitulo praesidente ei Udone recens electo abbate, viva voce confirmaverim, et hoc idem scripto atque sigillo nostro me facturum promiserim. Hic ergo eamdem confirmationem repetentes, ex domni papae Honorii, cujus in Galliarum partibus vicem gerimus, auctoritate, et ex romanae, cui ipse praesidet, Sedis potestate, scripto et sigillo isto decernimus atque statuimus, ut praefati monasterii s. Petri Carnoti capitulo ab omni tam ecclesiastica quam saeculari potestate omnino libera sit, perpetuo liceat monachis quamcunque voluerint personam regulariter dumtaxat sibi in abbatem eligere; itaque electum, sine cujusquam contradictione, sine praejudicio vel surreptione, locum firmiter obtinere. Quod decretum nostrum si quis unquam quolibet ingenio ausus fuerit aliquatenus scienter temerare; ex ipsius domni papae auctoritate, et ex sanctae atque apostolicae Sedis majestate eum, quicunque ille fuerit, anathematizamus, atque a regno Christi et Dei, nisi hoc digna cum satisfactione emendaverit, sequestramus.

CXLV.

tra l' anno 1126 - 1128.

=

Lettera scritta a pp. Onorio II dai ss. Bernardo di Chiaravalle, Stefano di Cistercio, Ugo di Pontigni per la controversia tra il re di Francia e il vescovo di Parigi e l' assoluzione dall' interdetto - pubblicata da Migne *CLXXXII - 157 - n. 49 -* Manriquez *an. cist. I - 188.*

Summo pontifici Honorio, servi, et (si digni judicamur) filii, Stephanus Cisterciensis, Hugo Pontiniacensis, Bernardus de Clara Valle, quod reverendissimo domino, quod benignissimo patri.

Degentes in monasteriis, ad quae nos nostra peccata compulerunt, non cessamus orare pro vobis, et pro commissa vobis Dei ecclesia: congaudentes et sponsae Domini super tam fido custode, et sponsi amico super labore tam fructuoso. Fidenter proinde atque fideliter vestrae paternitati suggerimus, quae in regno nostro eidem matri nostrae dolentes cernimus adversari. Quantum quidem nos sentimus, qui vicini sumus, rex Ludovicus non tam episcopos, quam in episcopis justitiae persequitur zelum, pietatis cultum, habitumque ipsum religionis. Quod vestrae quoque prudentia sanctitatis vel ex eo facile advertere potest, quod qui ante in habitu actuque saeculari honorati sunt sublimes, judicati fideles, habiti familiares; modi inimici facti sunt, digne suo sacerdotio conversantes et per omnia honorificantes ministerium suum. Hinc gravibus contumeliis et injuriis episcopi parisiensis innocentia pulsata est, sed non quassata; quia Dominus supposuit manum suam, cum vestram opposuit. Hinc et nunc domini hujus senonensis constantiam concutere et labefactare conatur: ut metropolitano (quod absit!) dejecto, facile, prout voluerit, grassetur in suffraganeos. Postremo quis ambigit non aliud eum quam oppugnare religionem, quam nimirum aperte sui regni destructionem, suae coronae pronuntiat inimicam? Et alter Herodes Christum non jam in cunalibus habet suspectum, sed in ecclesiis invidet exaltatum. Hoc aliud sane credimus eum habere adversus archiepiscopum, nisi quod spiritum

in ipso, sicut in caexteris, laborat estingnere. Denique si fallere de his quae attestamur, fallive putamur; vestrae citius inveniet examinationis discussio: si tamen (quod et vehementer optamus, et suppliciter oramus) de vultu tuo, pater sanctissime, judicium prodeat, de quo profecto confidimus, quod custodias innocentiam, et videas aequitatem. Alioquin reduci causam, in regis praesentia atque potentia, non plane est aliud, quam tradi, heu! hominem in animam inimicorum ejus.

CXLVI.

tra l' anno 1126 - 1128.

═

Lettera di s. Bernardo a pp. Onorio II per l' interdetto e la controversia tra il re di Francia e il vescovo di Parigi - pubblicata da Migne *CLXXXII - 158 - n. 50 -* Manriquez *ann. cist. I - 189.*

Oportebat quidem, si ita vestrae visum fuisset auctoritati, ut in vestri praesentia causa domini senonensi discuteretur; ne infensus videlicet regi, in regis praesentia et potentia, suis pro se adversariis responsuros, traditus homo videretur in animam inimicorum ejus. Sed quoniam, ut tenendum irrefragabiliter quidquid praecipitis, sic sperandum indubitanter bonum de omni re quam decernitis: id solum a vestra, pater, pietate deposcit omnium, qui apud nos esse videntur, religiosorum humilitas, ut si se ad vultum forte potentis (ut assolet) senserit praegravari, confugere sibi liceat ad viscera patris, quod utique hactenus oppresso nemini negatum audivimus. Alioquin videat Joseph vir justus, quid sibi etiam num faciendum sit de puero et matre ejus, quia an etiam nunc in senonensi provincia Christus quaeritur ad perdendum. Nam, ut quod verum est manife-tus proferamus, rex in archiepiscopo ex eo aperte novam persequi religionem dignoscitur, quod eum in antiqua saeculari conversatione et habitu, sicut promoveri omnimode (al. commode) voluit, sic ab omni penitus securum infestatione dimisit.

CXLVII.

tra l'anno 1126 - 1128.

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di pp. Onorio II per la controversia tra il vescovo di Parigi e il re di Francia - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 158 - n. 51 -* Manriquez *ann. cist. I - 189.*

Viro illustri Haimerico, sanctae romanae Sedis cancellario, Bernardus, abbas dictus de Clara-Valle, salutem, et si quid valet peccatoris oratio.

Quousque durat illa sententia: omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur? (II Tim. III. 12). Quousque relinquitur virga peccatorum super sortem justorum? Quis det ut stare incipiant justi adversus eos qui se angustiaverunt? Quis jam ferat tantam inter caelum terramque discordiam, ut exsultantibus angelis super emendatione malorum, filii Adam fremant et tabescant? Quasi non sit passus Jesus pacificans in sanguine suo quae in terra sunt, et quae in coelo; aut in ipso Deus non fuerit mundum reconcilians sibi. Laudabatur quondam archiepiscopus in desideriis animae suae, et in saeculari vita et habitu benedicebatur. At nunc sub pannis infantie Jesu quaeritur simonia, et inter nascentes virtutes emortuorum vel cadavera vitiorum scrutatur curiosa malitia. Videtis et nunc stare Jesum in signum cui contradicitur. Per ipsum vos obsecro, pro ipso supplico vobis. Habet siquidem et unde illum revereamini, et unde illi misereamini. State pro ipso nunc in defensione archiepiscopi, cui quandoque et vos adstare habetis in examinatione vestri. Valete.

CXLVIII.

tra l' anno 1126 - 1128.

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di pp. Onorio II in favore del vescovo di Chartres - pubblicata da Migne *CLXXXII - 159 - n. 52 -* Manriquez *ann. cist. I - 164 - che gli assegna la cronologia 1126 - diversa da quella di* Mabillon *che la traspone due anni.*

Amicus vester et noster dominus carnotensis episcopus voluit vobis etiam per me certum fieri, quia id quod de ipso a quibusdam domino papae persuasum fuisse cognovimus, ut eum videlicet Jerosolimam permitteret proficisci, nec sui fuerit studii, nec voluntatis. Quod etsi multum voluisset, proficisci tamen non poterat, nisi cum gravi scandalo omnium qui apud nos sunt bonorum, metuentium quippe ne plus mali ejus absentia faceret suis, quam boni alienis praesentia. Haec pro episcopo. Caeterum ut et pro me aliquid loquar secundum quod scriptura admonet, miserere, inquiens, animae tuae placens Deo (Eccl. XXX, 24) piacetne vobis ut causis onerer, occuperque negotiis, nihilque prosit exoccupari propriis, cum totus implicer alienis? Si inveni gratiam in oculis vestris, date operam ut prorsus amovear ab hujusmodi, quatenus liceat mihi pro meis atque vestris orare delictis. Et quidem nihil mihi securius judico, quam obedire domini papae voluntati; sed si dignetur attendere ipse quid possim. Utinam quempe noverit quam ista non possim aut quam difficile possim. Et de hoc satis dictum sit sapienti. Quaesivit a me praefatus episcopus aliqua ex nostris opusculis, quae vobis mitteret; sed non fuit ad manum, quod vestro dignum crederem studio. Libellum tamen de gratia et libero arbitrio nuper edidi: illum vobis libenter mittam, cum vos velle cognovero. Valete.

CXLIX.

tra l' anno 1126 - 1128.

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di pp. Onorio II - gli raccomanda due monaci - pubblicata da Migne *CLXXXII pag. 159 n. 53.*

Pro multis, et per multos nemini me scripsisse ad vos; sed nunc ipse qui loquebar, ecce adsum. Tres in duobus conspicitis, quoniam absque me esse non possunt, in quorum jngiter pectoribus requiesco, et quidem securius atque suavius quam in proprio. Mentiri videor, sed ei qui amicitiae vim nunquam sensit, qui virtutem charitatis ignorat, qui non credit multitudinis credentium fuisse cor unum, et animam unam (Act. IV, 32). Qui ergo videt eos, videt et me, etsi non in meo corpore: et quod loquuntur ipsi, ego pariter loquor, sed eorum linguis. Corpore fateor, absum: sed haec est exigua portio mei. Porro qui vidit faciem meam tantum, sine culpa et sine nota mendacii asserit se vidisse non partem mei, sed me: cum tamen nonnisi partem, et partem modicam viderit. Quanto itaque verius esse me dixerim, etiam sine praesentia corporis, ubi meam sentio voluntatem, meum spiritum et amorem, quae utique est pars potior digniorque mei? Tribus ergo in corporibus unum nos esse noveritis, non pari sanctitate, qua ambobus ego inferior sum, sed eadem voluntate et summa concordia animorum. Cur enim unitatem hanc inter diversos non faciat compago charitatis in uno spiritu, si carnalis copula efficit ut sint duo in carne una? Quartum vos addi velim, si dignum judicatis et in eamdem concurrere unitatem dilectionis. Quod facile, si non contemnitis, obtinebitis: tantum id vos nequaquam contemnere eis cognitum faciatis. Valete.

CL.

tra l'anno 1126 - 1128.

=

Lettera del venerabile Ildeberto a Gerardo vescovo di Angoulême legato di pp. Onorio in Francia - sulle persecuzioni mosse contro lui dal re di Francia - pubblicata da Migne *CLXXI - n. 34 - pag. 257 - lib. II.*

Ad vestrum, beatissime praesul, ingressum, gaudio magno gavisus est spiritus meus, jucunditatem induens et exuitationem. In eo siquidem mihi suscitata est spes, indignationem praecellentissimi francorum regis circa me leniri posse, cujus, dum zelor legem Domini, gratiam amisi. Cum enim ex praecepto romani pontificis de episcopatu cenomanensi ad turonicam metropolim transissem, archidioconatum in ea et decaniam personis vacantes inveni. Deinde peracto fere in eadem metropoli anno, regis litteras accepi, continentes regem praescriptas dedisse dignitates, atque mihi praecipere quod personas, quibus eas ipse dederat, in sedibus earumdem dignitatum mittere non differrem. Quo audito nolui in causa Dei contra Deum parere potestati, sciens melius esse Deo magis quam hominibus obedire. Attendens tamen oportere conveniri regem, atque ut ab hujusmodi temperaret admoneri, ad eum profectus sum. Caeterum inexorabilem inveni christum Domini. Inveni eum plus quam deceret christum Domini obduratum. Denique nec bonam spem ab eo reportans, agendi cum eo diem suscepi. Adfui statuto die et loco in audientia eorum qui convenerant, paratus respondere objectis, et canonicum subire judicium. Dehinc audita utriusque partis causa, cum ego adhuc debitum expectarem judicium, rex mihi per seipsum prohibuit, ne quidquam de praedictarum reditibus dignitatum aut praesumerem aut ordinarem. Frustra preces attuli, frustra protuli plurima, quibus in manifestia etiam injuriis iratam deceret mitescere potestatem. Arguar mendacii, nisi venerabilis andegavorum episcopus, nisi non plures cum eo sacerdotes mihi testimonium perhibuerint, quod paratus fuerim judicium exsequi; quod eorum subdidi me judicio, qui de me non

habebant judicare. Denique sic egressum a rege secutus est nuntius, qui diceret dixisse regem, ne fructus possessionum turonensis ecclesiae, quos regis potestas attingit, ad praefatam deferrentur ecclesiam, sed fisco deinceps ascripti regiis usibus deservirent: quod ita factum est. Terra quoque ipsius sic mihi suspecta est, ut eam ingredi non audeam. Nec tamen hoc loquor, tanquam vobis clamorem super christo Domini deponens, tanquam postulans ecclesiasticae rigorem disciplinae. Subveniri ecclesiae et mihi per vestrum deprecor interventum, et regi ex charitate suggeri ne sagittas suas in sene compleat sacerdote, ne contra sanctorum patrum sanctiones insurgat, ne persequatur cineres ecclesiae jam sepultae, cineres in quibus ego panem doloris manduco, in quibus bibo calicem luctus, de quibus vocari a Domino votis omnibus exopto, precibus Dominum interpello. Et quidem desiderio desideravi vestrae sanctitati occurrere, sed ira regis meum impedivit desiderium. Sicut autem mihi significatum est, vobis in Angliam necesse est transfretare, et prudentiae vestrae injunctam exequi legationem. Quod si ita est, de quibusdam negotiis a romana mihi impositis ecclesia vobiscum locuturus in Northmannia vobis occurrere disposui, si diem mihi et locum significare dignemini. Eapropter exoro, ut et hoc mihi sigillatis designetis litteris, et regis indignationem, quam pro tuenda justitia incurri, circa meam innocentiam mitigare satagatis.

CLI.

tra l' anno 1126 - 1128.

Il venerabile Ildeberto espone a pp. Onorio II alcune controversie e delitti avvenuti nel suo clero - pubblicata da Migne *CLXXI - n. 56 - pag. 259.*

Non dubitamus contumeliam, de abscissione membrorum canonico nostro illatam, ad aures vestras usque pervenisse. De qua videlicet contumelia, cum ipse demembratus adversus quosdam nobis querelam deposuisset, dicens praefatam injuriam eorum consilio et machinamento sibi illatam, nos illis diem dedimus. Adfuerunt simul utrique, accusator et accusatus. Caeterum, nolente accusatore judicium suscipere, sed moratoriam quaerente delationem, nos cum accusatis, nisi prius de nostra et totius ecclesiae purgarentur contumelia, communicare nolentes, purgationem utriusque sub septima manu legitimarum suscepimus personarum. De caetero vestra noverit sublimitas, de illis qui in canonicum manum misere, illumque demembrare praesumpserunt, nos gravissimam exercere justitiam, comitemque multipliciter (f. deest decrevisse) exorare, quatenus de illis rectitudinem suscipiamus. Cui nos respondere distulimus, donec inde vestrum haberemus consilium.

Res enim gravissima est, et ut alii a similibus absterreantur, cautissime providendum. Sunt autem qui dicunt quod ipsi demembrato, adversus malefactores incumbat probare injuriam. Qui autem ita sentiunt, illi adhaerent judicio, quod carnotense concilium, auctoritate litterarum Calixti papae, de cenomanensi vicecomite et Lisiardo promulgavit; quo judicatum est ipsum vicecomitem, proclamantem quod homines Lisiardi de maceria cujusdam ecclesiae, cui ipse vicecomes, egressus, de captione, consurgens ad ecclesiam, inhaeserat, debere, contactu calidi ferri, probare se violentia hominum Lisiardi, a maceria abstractum.

CLII

tra l' anno 1126 - 1128.

=

Lettera d' Ildeberto venerabile arcivescovo di Tours a pp. Onorio II - sopra varie controversie della sua diocesi - pubblicata da MIGNE *CLXXI n. 37 - pag. 260.*

Dei gratia sanctissimo Patri suo, summoque pontifici sanctae romanae ecclesiae, Honorio, Hidebertus, humilis Turonum minister, integrae custodiam obedientiae.

Factum est, beatissime pater, quod a nobis dignatio vestra postulavit. Etenim Bracerio praebendam, quam enormitate delictorum emiserat, apostolicus restituit interventus. Radulfus quoque beati Mauricii decanus, vestrae sanctitatis iter ad vos assumpsit, conscientia securus, non via, divino conductu, non humano. Qui, si prosperante Deo ad vestram evaserit audientiam, scietis eum, non sua fatigari culpa, sed potius odiis et delationibus quorumdam juvenum, de quibus dubium est an magis attriverint famam suam malefactis, an maledictis alienam. Hinc est quod opinionem decani gratuito persequuntur, qui suae nec rogati parcere voluerunt. Eidem tamen decano sic data est a nobis in capitulo decania, sic ipse substitutus in sede, ut huic ejus promotioni nemo prorsus aut verbo resisteret, aut opere contrairet. Ad mensam debitae refectionis aequanimiter sederunt omnes, cum gratiarum actione surrexerunt. Agenti decano aliquandiu impensa est et integritas obedientiae, et facultas disciplinae. Hanc autem circa eum reverentiam temeritas cujusdam Fulconis, fratris ipsius, imminuit. A quo et per quem captus est, abscissusque Nicolaus. De qua scilicet abscissione, qua decanum Nicolaus accusaverit, et quod ipse decanus, adjunctis sibi sex venerabilibus personis, jurejurando declararit innocentiam, jam nostrarum inspectione litterarum, beatitudini vestrae veraciter innotuit. Praeterea innotuit judicio adfuisse venerabilem cenomanorum pontificem, abbates quoque quamplures, aliosque religiosos et sapientes viros, quorum omnium ad hoc prona fuit sedulitas, ut non mollirent ex licentia judicis sententiam, sed sequerentur canonicae ri-

gorem disciplinae. His taliter peractis, non tamen circa decanum quorumdam quievit invidia, qui cum apud eum dilationis materiam non inveniunt, ipsi fingunt. Hi siquidem sunt, quibus est elegantius damnari de mendacio, quam praemium de veritate promereri. Porro, cum ad aures vestras descendisset, prae irrogata Nicolao contumelia, gravem inter canonicos esse discordiam, ecclesiae quoque divinum deesse officium, ob reformandam in ea pacem, domnum Gerardum, romanae ecclesiae legatum, Turonis usque fatigari jussistis. Ubi cum data esset Nicolao, et amicis decani audientia, singuli, prout quisque pulsabatur, suam executi sunt actionem. Deinde prolatum, juxta consuetudinem provinciae, judicium, conquestus in eo se gravari Nicolaus, apostolici examinis vigilantiam appellavit. Inde factum ut tunc inter Nicolaum et eos de quibus appellaverat Nicolaus, res indiscussa remaneret. Adhuc autem sedentibus episcopis, qui de causa judicaturi convenerant, legatus ex auctoritate Sedis apostolicae praecepit ut si quis canonicorum vel adversus decanum, vel adversus alium aliquam haberet querelam, in medium proferret, super clamore suo, quidquid justitia dictaret, adepturus. Idipsum cum legatus de persona decani specialiter, et Bidonis, iteraret, nullus omnino inventus est, qui sibi aliquid esse adversus eos fateretur. Placuit igitur tam legato quam cenomanensi et rhedonensi episcopis, pariterque parvitati nostrae, in accusationem decani, sive Bidonis, neminem illorum deinceps admitti, qui si quid adversus eos haberent jussi proferre, siluerunt. Ita bis jam decisa Nicolai adversus decanum et Bidonem querimonia, legatus canonicos diligenter hortatus est ad pacis unitatem reverti, singulos singulis in ordine suo debitam exhibere reverentiam, conversari sic in domo Domini, ut quos dividebat distinctio graduum, uniret aequalitas animorum. Quod ut fieri, pater beatissime, possit, necesse est vos ultimam manum praefato imponere negotio.

CLIII.

tra l' anno 1126 - 1128.

=

Lettera del venerabile Ildeberto arcivescovo di Tours a pp. Onorio II - sulle controversie della sua diocesi e del suo clero e sulle proprie tribolazioni - pubblicata da MIGNE *CLXXI - n. 38 - pag. 262.*

HONORIO Dei gratia reverendissimo patri suo, sanctaeque romanae sedis summo pontifici, Hildebertus, humilis Turonum archiepiscopus, debitae integritatem obedientiae.

Quantis tribulationum turbinibus Turonensis agitetur ecclesia, vestram, venerande pater, latere non credo sanctitatem. Adhuc enim Francorum rex innocentiam meam tanto prosequitur studio, ut traducat in gravamen ecclesiae odium personae. Quippe quam dum beati Mauricii curtem praefatae abstulit ecclesiae; et, quod constat esse sanctuarii, fisco ascripsit. Tota quoque terra ipsius, mihi, et his qui mecum sunt in domo, suspecta est et clausa, ut nec ego, nec aliquis illorum in ea pedem ponere audeat. His, aliisque premor angustiis, quia zelo zelatus sum legem Domini Dei, quia non sum transgressus terminos quos patres nostri posuerunt, quia dignitates ecclesiasticas nec ex regis praecepto disposui, nec ei disponendi facultatem indulsi. Sciens enim quia oportet magis Deo obedire, quam hominibus, prius elegi qui in exsequendis ecclesiae negotiis, pondus diei et aestus portarent. Alteri igitur archidiaconatum, alteri decaniam dedi. Nullus omnino fuit, qui ei, quem in decanum promovi, quando promotus est, aliquid opponeret, seu quando in sede fuit collocatus. Omnes gratiam ipsius habebant, omnium ipse. Sequenti autem tempore contigit, ut quosdam canonicorum, qui sub virga erant propter turpia eorum verba, et reprimendorum enormitates operum, decanus, ex officio decaniae, ecclesiastica corrigeret disciplina. Quam nimis graviter iidem canonici ferentes, adversus eum inexorabili odio exarserunt. Cui scilicet odio plurimum e quadam discordia est additum, quae inter eosdem canonicos et fratres

decani suscitata, ex verbis ad rixam usque pervenit. Ex occasione hujusmodi, simulque suffugio disciplinae, praescripti canonici de sua egressi ecclesia, ad regem francorum, cujus iram circa decanum noverant implacabilem, transierunt, ipsius indignationem, quibus potuerunt dilacerationibus (al. delationibus) in eum cumulantes. Cum autem a rege egressi essent, unus ex eis, nomine Nicolaus, a quodam fratre decani captus est, et aliorum auxilio, tam fratrum ejusdem decani quam amicorum demembratus. De quibus cum mihi frater abscissus, lacrymabilem deponeret clamorem, addidit ut etiam super decano proclamaret, dicens: Suggestione et consilio ipsius, membrorum se abscissione minutum, cujus violentia ipse tentus fuit et abscissus. Alterum quoque canonicum Herbertum nomine, simili suspicione Nicolaus de illata sibi pulsavit injura. Pulsanti utrique, et utrique pulsato, diem dedi competentem, in quo, accitis religiosis et capacibus personis, causam, juvante Domino, canonice terminarem. Omnes statuto die affuerunt. Omnes hoc modo suam exercuerunt actionem. Qui pro Nicolao est locutus, dixit Nicolaum, suggestione et consilio decani, demembratum. Ipsum tamen Nicolaum minime suscepturum judicium. Ad haec decanus: Non mea, inquit, suggestione, nec meo consilio, sed nec etiam mea voluntate actum est ut Nicolaus absciencleretur. Ut autem super illato mihi scelere purgarer, meamque monstrarem innocentiam, vocatus a meo archiepiscopo, conventum praesentem ingressus sum, libenter executurus quidquid canonice fuerit adversum me judicatum. Sive itaque Nicolaus judicium suscipere differat, seu omnino dimittat, ego tamen ecclesiae et archiepiscopo meo, quam sanctiones canonicae dictant offero purgationem. His dictis, alter simili capitulo pulsatus, simili responsione suum p·rsecutus est negotium. Et quidem quaesitum est si quos testes adversus accusatos Nicolaus haberet. Caeterum, nullus omnino inventus est, nullus nominatus. Quapropter judicatum est decanum, si non pro Nicolao, quibusdam moratoriis causis quaerente, judicium differre, pro ecclesia tamen eum debere purgari, atque in septima manu ordinis sui, suam jurejurando declarare innocentiam. Quod et ita factum est. Et eodem quoque judicio Herbertus in ordine suo similem exhibuit purgationem. Hoc idcirco vobis, pater sancte, scripsi, quatenus si quis aliud sanctitati vestrae de praefato retulerit negotio, vos ipsam cognoscatis veritatem.

CLIV.

tra l' anno 1126 - 1128.

Lettera del cardinale Almerigo diacono di santa Maria nova e cancelliere di pp. Onorio II a Didaco arcivescovó di Compostella - pubblicata da Munio Ugo e Gerardo storia compostellana presso Migne *t. CLXX. pag. 1143* - Florez *Espana sagrada t. XX.*

Charissimo amico suo Didaco, Dei gratia, venerabili compostellano archiepiscopo Aimericus ecclesiae romanae diaconus cardinalis et cancellarius frui pane salutis.

Gratia vobis, tamquam patri et amico, referimus pro exeniis nobis a vestra paternitate collatis. Pro honore et servitio vestro laboravimus, et usque ad terminum, quem postulastis, juxta posse quod nobis Deus dederit, laborare nullatenus desistemus. Valete.

CLV.

30 marzo 1128

=

Amadeo conte e marchese di Savoia fa un decreto ad istanza di Rinaldo preposto e di s. Ugone vescovo di Grenoble, che poi ottiene la sanzione di Onorio II pel monastero di s. Maurizio di Agaune nel Vallese - pubblicato dalla Gallia cristiana *XII - 430 - n. 9 - instrum.*

Amadeus Dei gratia comes et marchio omnibus fidelibus notum facio quod ad instantiam charissimi fratris nostri domini Raijnaldi praepositi ecclesiae s. Mauritii et martyrum sociorum loci agaunensis in comitatu nostro, de consilio venerandi patris domini Hugonis episcopi gratianopolitani reformantis statum ipsius ecclesiae, quam miserabiliter desolatam comperimus, cessantibus etiam divinis officiis, unde tacti dolore cordis intrinsecus, ordinamus et statuimus de consensu saecularium canonicorum qui nunc sunt, ut illi in regulares canonicos de caetero commutentur et Deo devote deserviant: et ut omnes possessiones male alienatae ab ecclesia, sine alicujus contradictione ad eam devolvantur. Quod si quis velit ausu temerario contravenire, poenam damni sui, scilicet sexaginta librarum potestati persolvet et terram male possessam ecclesiae in pace dimittet, prout et nos dimittimus et omnia ablata restitui mandamus. Ut autem haec institutio regularium canonicorum inviolabiliter permaneat, apostolicum rogamus, ut ipsam confermare dignetur.

✠ Signum Amedei comitis.
✠ Signum Hugonis episcopi.
✠ Signum Raynaldi praepositi.
✠ Signum Hermeinardi.
Datum Agauni anno 1128 - 3 kal. aprilis.

CLVI.

4 aprile 1128.

=

Privilegio di pp. Onorio II ai canonici di Faenza - pubblicato da Ughelli *Italia sacra II - 494 - 95 -* Migne *CLXVI - 1277 - n. 62 -* Mittarelli *nelle » antichità faentine » assicura di averlo egli osservato e ne cita le note e i caratteri d' archivio pag. 420.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Faventinae ecclesiae canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Pastoralis officii nos pia sollicitudo costringit apostolicae Sedis tutelam postulantibus et protectionis suffragia impertiri. Proinde vestris, dilectissimi in Christo filii ecclesiae faventinae canonici, petitionibus annuentes, tam vos ipsos quam et omnia vestra bona in b. Petri et nostram tutelam suscipimus, atque praesentis privilegii pagina communimus. Statuimus enim, ut bona omnia, quae in praesentiarum cujuspiam largitione personae habetis, vel in futurum quocunque modo divinis et humanis legibus cognito poteritis adipisci, firma vobis, et illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nullus unquam archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, castaldio, aut quaelibet magna, vel parva, cujuscunque ordinis, aut dignitatis persona, vos, seu omnia quae habetis, audeat perturbare, aut auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione, ac gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Si quando autem ab aliqua praedictarum personarum vos senseritis occasione qualibet praegavari, tunc vobis liceat Sedem apostolicam libere appellare. Si qua igitur ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, officii atque ordinis sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.

Qui vero custos et observator extiterit, apostolicae benedictionis gratia repleatur et aeternae felicitatis praemio glorietur. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episc. subsc.

Datum Laterani per manum Aimerici s. r. sedis, et universalis curiae cancellarii pridie non. aprilis, indictione sexta, incarnationis Dominicae anno 1128, pontificatus d. Honorii papae II.

CLVII.

9 aprile 1128.

Privilegio alla chiesa e a Maghinero vescovo di Treveri - inserito da Günther *codice renomosellano I - 206* Migne *lo cita CLXVI - 1278 - n. 63 -* e così *l'* autore anonimo *della cronaca intitolata » gesta treverorum.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili filio Mainerio treverensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. In humani compage corporis moderatrix et discreta ratio capitis singulorum membrorum officiosas actiones considerans. unicuique jus et ordinem a natura constitutum districte conservat. quibus nobilibus vennstatis suae dignitatem. sine invidia. sociali caritate custodit. Ita ergo sacrosancta mater. et apostolica romana ecclesia. ab ipso salvatore nostro domino Jhesu Christo caput. et cardo ecclesiarum omnium constituta. sua singulis ecclesiis vult jura conservare. Ideoque venerabilis frater Maineri. trevirensis archiepiscope. dignitatem. et honorem a predecessoribus nostris romanis pontificibus treverensi ecclesiae et antecessoribus tuis concessum, sicut per eorum autentica scripta probatur. tibi tuisque successoribus firmamus. et scripti nostri pagina roboramus. ut videlicet supra tres civitates. Metim. Tullum. Verdunum. treverensis ecclesiae mater. et metropolis habeatur. Metensis autem. tullensis. et virdunensis episcopi. tibi tanquam proprio metropolitano. tuisque successoribus. debitam subjectionem. et obedientiam exhibeant. salva siquidem in omnibus sanctae romanae ecclesiae auctoritate. Pallii etiam usum. et in constitutis ecclesiae vestrae stationibus cum Nacco albo equitare. et in vestra dioecesi ante vos crucem deferri. quemadmodum a predecessoribus nostris apostolicis viris. tuis antecessoribus constat fuisse concessum. nichilominus vobis concedimus. Ad hec adjicientes decernimus. ut quascunque possessiones. quecunque bona. vestra ecclesia in presentiarum iuste et legitime possidet. aut in futurum largiente Domino justis titulis poterit adipisci. firma vobis et illibata permaneant. Si qua igitur in posterum ecclesiastica sae-

cularisve persona. hanc nostrae confirmationis paginam. sciens contra eam temere venire temptaverit. honoris et officii sui periculum patiatur. aut excommunicationis ultione plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii - V. idus aprilis. indictione VI. anno incarnationis dominice. MCXXVIII. pontificatus autem domni Honorii papae II. anno IIII.

CLVIII.

4 maggio 1128.

Lettera di Onorio pp. II a Guglielmo arcivescovo di Canterbury sopra una causa tra i vescovi di Landon di s. Dewi e di Herfold - pubblicata da Warthon *anglia sacra II - 674 -* Migne *CLXVI - 1291 - n. 86.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Willelmo cantauriensi archiepiscopo et apostolicae sedis legato et omnibus episcopis per Angliam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Frater noster Urbanus landavensis episcopus ad Sedis apostolicae clementiam veniens, se in conventu et ante vestram praesentiam super episcopis Bernardo sancti Dewi et Ricardo herefordensi de parochia episcopatus sui ab eis detenta quaerelam deposuisse asseruit. Caeterum fratres ipsi nullum eidem querimoniae suae responsum reddentes, ordine transposito, eumdem super aliis coeperunt impetere. Quod tam sacrorum statutis canonum quam legalibus sanctionibus obvium esse non extat ambiguum. In judicio namque et unius discrepatione negotii reus nisi per exceptionem actor effici nequaquam potest. Ipse vero ordine judicii postulans, ut prius de his quae objecerat sibi rationabiliter responsum daretur, a tua discretione, frater archiepiscope, qui pro judice residebas, expetiit. Quia vero quod optabat obtinere non potuit, magnum sibi gravamen sentiens irrogari, romanam audientiam, quae oppressis commune suffragium est, appellavit; et praenominatos episcopos, Bernardum et Ricardum, ut in nostra praesentia mediante quadragesima suis responderet querimoniis, invitavit. Verum ipse nobiscum aliquandiu moratus est; invitati vero prefixo termino nec venerunt, nec responsales miserunt. Nos igitur ex communi fratrum nostrorum et episcoporum et cardinalium deliberatione, audita super hoc duorum testium assertione, eum de parochia unde conquestio fuerat, videlicet Hergin, Estratewi, Goher, Cadweli, Cantrebocan, salva justitia ecclesiarum

herefordensis et sancti Dewi, investimus. Terminum vero tam Urbano laudavensi quam Bernardo et Ricardo episcopis proximam quadragesimam statuimus: et tunc utraque pars expositis suis querimoniis in nostra praesentia rationibus, quod justitiae ratio dictaverit, obtinebit. Interim autem praecipimus, ut frater Urbanus parochiam illam, de qua disceptatio fuerat, integre, quiete et absque alicujus contradictiones obtineat. Tu ergo, frater archiepiscope, supradictos episcopos Bernardum et Richardum parochiam ipsam occupare aut pervadere vel se officiales suos nullo modo permittas.

Datum Laterani XIII. kal. maii.

CLIX.

27 aprile 1128.

Privilegio alla chiesa e a Dodone vescovo di Modena inviato da Onorio pp. II - Niuna biblioteca romana o fiorentina (dalla riccardiana in fuori) possiede l'opera di Tiraboschi » *memorie storiche modenesi - II - 99 (codice diplomatico num. 342) Modena 1793. Noi ne sappiamo grado al c. Gianfrancesco Ferrari Moreni che gentilmente la trascrisse e l'illustrò come vedi; noi stessi l'abbiam poi riscontrata in Firenze. -* Migne *la citò soltanto CLXVI - 1278 - n. 64.*

Henricus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Dodoni Mutinensi episcopo ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum. Equitatis et justicie ratio persuadet non ecclesiis perpetuam rerum suarum firmitatem, et vigoris inconcusse monimenta conferre. Non enim convenit Christi servos divino famulatui deditos perversis pravorum hominum molestiis agitari, et temerariis quorumlibet vexationibus fatigari. Similiter et predia usibus celestium secretorium dedicata nullas potentum angarias, nihil debent extraordinarium substinere. Ea propter, karissime in Christo frater Dodo Mutinensis episcope, tuis rationabilibus postulationibus annuentes ad perpetuum sancte, cui Deo auctore presides, Mutinensis ecclesie pacem ac stabilitatem etc (*ut in bulla Callixti II.*) Quecumque preterea bona, quascumque possessiones vel in presenti juste et legitime possides, vel in futurum largiente Domino justis modis poteris adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda, vignolam cum curte sua, portile cum curte sua, bazanum cum curte sua, terram sancte Marie de Rubiano. Decernimus ergo etc. (ut in bulla Callixti II.) Bene valete.

Datum Laterani per manum Aimerici sancte romane ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii VII. kal. martii indictione VI. Incarnationis dominice anno M. C. XXVIII. Pontificatus autem domini Honorii pp. secundi anno IIII.

Di questa bolla esiste copia autentica nell' archivio capitolare di Modena.

Il Tiraboschi sotto il numero CCCXXXV, pag. 95 anno 1123 riporta la citata bolla di Calisto II, che è a favore della chiesa di Carpi, ma alla prima citazione non vi si rinvengono le parole *pacem ac stabilitatem etc.* per ritrovare il seguito, il che non è della seconda parola *Decernimus* ec. leggendovisi — Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut e vestra congregatione actiones vel exennium aliquod exigere, vel res vestras in beneficium cuiquam dare, aut possessiones ejusdem ecclesie auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur vestris vestrorumque successorum usibus omnimodis profutura. Sane si quis deinceps archiepiscopus, aut episcopus, prepositus, vel abbas, imperator, aut rex, marchio, vel dux, vel comes, vicecomes, judex, aut Gastaldio, seu quelibet ecclesiastica vel secularis persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire templaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque qui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem ejusdem ecclesie justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

L' originale conservasi nell' archivio segreto estense.

CLX.

4 maggio 1128.

=

Lettera di pp. Onorio II al venerabile Matteo cardinale vescovo di Albano legato in Francia sopra una controversia tra il monastero di Lisieux e Dijon, raccomandata al pontefice da s. Bernardo - pubblicata da Bouquet *recueil XV - 266 -* Migne *CLXVI - 1278 - n. 65.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri M. (attaeo) Albano episcopo, apostolicae Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Animadvertat fraternitatis tuae discretio quoniam luxoviense monasterium, Divionensibus hoc facientibus monachis a praedecessorum nostrorum temporibus, Urbani videlicet et Paschalis apostolicorum virorum, multis est, prout accepimus, oppressionibus fatigatum. Ipse vero felicissimae memoriae papa Paschalis, ut Divionenses Luxoviensibus ablata redderent, per apostolica scripta mandavit. Caeterum hoc nondum effectui mancipatum est. Experientiae igitur tuae mandamus, ut causa diligenter cognita, juxta beatae recordationis papae Paschalis tenorem, salva Divionensis monasterii justitia, si quam habet, Luxoviense monasterium investias. Caeterum Divionenses, ut suam valeant habere justitiam, evocatis Luxoviensibus, proxima b. Mariae Purificatione nostro se conspectui repraesentent.

Data Laterani IV. nonas maii.

CLXI.

5 maggio 1128.

=

Privilegio di pp. Onorio II ai canonici regolari di s. Frediano in Lucca - pubblicato dal Bollario lateranense *pag. 9 - Migne lo cita nel tom. CLXVI - 1279 - num. 66. - Innocenzo II pag. 10. - Celestino II pag. 23 - Eugenio III pag. 29 citano questa bolla.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo Ottoni praeposito, et ejus fratribus in beati Frigdiani ecclesia regularem vitam professis, ejusque successoribus in eadem religione permansuris in perpetuum. Ad hoc universalis ecclesiae cura nobis a provisore omnium bonorum Domino commissa est, ut religiosas diligamus personas, et beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur; nisi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis fuerit conservatus. Quia igitur Domini spiritum in vobis habitare credimus, et ex ipsorum operum exhibitione confidimus vitae canonicae ordinem, quem professi estis. Una cum libertate, quae a praedecessoribus nostris sanctae memoriae Paschali, Callixto, romanis pontificibus vobis collata est, nos auxiliante Domino confirmamus, et quae ab eis per privilegii paginam vobis concessa sunt, nos quoque praesentis decreti auctoritate concedentes, tam vos, quam vestra omnia, Sedis apostolicae protectione munimus. Videlicet quaecunque pro communis victus sustentatione episcoporum lucanae ecclesiae, regum, aliorum fidelium legitimis donationibus, aut alio rationabili jure, infra urbem lucanam, et extra in praesentiarum juste, et legittime possidetis; idest in loco, qui vocatur Murla, seu Mutiliano, atque Lungithe, et Guindefo, sive collem ori, necnon in loco, qui dicitur Parminiano, seu Coldisacco, inter villam Orentani, et altum passum, in campis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis molendinis, montibus, vallibus, planitiebus, et universa, quae vos charissimi in Christo filii, in futurum concessione pontificum, liberalitate principum

vel oblatione fidelium juste, atque canonice poteritis adipisci firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant. Porro decimas ab omnibus ecclesiae vestrae parochianis, citra personarum omnium infestationes, vobis vestrisque successoribus in eadem religione persistentibus accipere, et in usus canonicos dispensare concedimus, ut eorum carnalia cum apostolo metatis. Obeunte te nunc ejusdem loci praeposito vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quolibet surreptionis astutia, seu violentia, praeponatur: nisi quem fratres communi consensu, seu fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, vel de suo vel de alieno, si expedierit, disciplinae regularis collegio providerint eligendum, salva lucani episcopi canonica reverentia. Siquidem catholicus fuerit, et gratiam atque communionem apostolicae Sedis habuerit. A quo nimirum chrisma, oleum sanctum, consecrationem altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum accipietis, si ea gratis, et sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis a quocunque malueritis catholico episcopo eadem sacramenta suscipere, qui apostolicae Sedis fultus auctoritate, quae postulantur indulgeat. Nec eidem episcopo ullo modo liceat, locum ipsum, aut fratres habitantes, pro nostrarum concessionum, emulatione excommunicare, vel interdicere, nisi pro certis culpis, quas iidem fratres canonice admoniti emendare contempserint. Baptismi usum in sabbato sancto Pentecostes a praeteritis temporibus habitum, ita vestrae ecclesiae in perpetuum confirmamus, ut nullis possit emulationibus, vel insidiis prohiberi, nulli autem secularium potestatum infra vestri coenobii claustrum liceat hospitari, ne fratrum regularium quies hujusmodi praesumptionibus perturbetur. Nulla quietem vestram, processionum, aut laetaniarum perturbat indictio, nisi quae ante Ascensionem Domini, totius concursu civitatis publice fiunt. Parochianos vestros, nisi forte publico crimine teneantur, nullus invitis vobis excommunicare aut ad poenitentiam presumat admittere. Neque ulli capellanorum liceat sine consensu vestro mortuorum parochiae vestrae corpora sepelire. Sed vos ea praeter alicujus infestationem sepeliatis. Oleum, chrisma, quae vestra ex antiqua consuetudine habet ecclesia, majoris ecclesiae clerici hac vobis occasione non auferant, neque clericos vestros ordinari prohibeant. Ad haec adjacientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integre conserventur, earum pro quorum sustentatione, et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua sane ecclesiastica, secularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate ca-

reat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniqnitate cognoscat, et a sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesn Christi. Quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Oculi Domini super justos - sanctus Petrus sanctus Paulus.

✠ Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

✠ Ego Petrus portuensis episcopus.

✠ Ego Guilielmus prenestinus episcopus.

✠ Ego Corradus, savinensis episcopus.

✠ Ego Egidius, tusculanus episcopus.

✠ Ego Petrus cardinal, presbiter titu. sanctae Susannae.

✠ Ego Saxo cardinal, presbiter titu. sancti Stephani.

✠ Ego Petrus presbiter cardinal. titu. sancti Equitii.

✠ Ego Joannes presbiter card. titu. sancti Grisogoni.

✠ Ego Petrus presbiter cardinal. titu. s. Calisti.

✠ Ego Petrus presbiter cardinal. titu. sanctae Anastasiae.

✠ Ego Gregorius sancti Angeli diac. card.

✠ Ego Georgius diac. card. sanctorum Sergii et Bacchi.

Dat. Laterani per manum Almerici s. rom. eccl. diac. card. et canc. nonis maji Indict. 6 ann. incarn. Dominicae MCXXVIII pontificatus autem domini Honorii papae secundi, ann. IV.

CLXII.

9 maggio 1128.

=

Diploma del card. Matteo di Albano legato di pp. Onorio II in Francia con cui ratifica le sanzioni del concilio di Arras sul monastero di s. Giovanni di Laon - pubblicato da Migne *t. CLXXIII - pag. 1268* - Marlot *metropol. rem. II - 301.* - D'Achery *note etc. CLVI, 1178.*

Matthaeus Dei gratia albanensis episcopus et apostolicae Sedis legatus universis fidelibus salutem.

Quod in conventu atrebatensi, sancto Spiritu cooperante, a venerabilibus fratribus Raynaldo remensi archiepiscopo, Bartholomeo laudunensi, Risleuo suessionensi caeterisque ilius dioecesis episcopis et abbatibus, aliisque religiosis personis de expulsione monialium, in ecclesia s. Mariae sanctique Joannis laudunensis minus honeste viventium, et de substitutione abbatis, et monachorum ibidem Deo religiose servientium, constitutum est, Ludovico rege francorum praesente, annuente, et suo praecepto firmante, nos in remensi conventu, consilio et petitione venerabilium fratrum, remensis et senonensis archiepiscoporum, atque abbatum plurimorum, aliorumque religiosarum personarum comprobavimus, et Sedis apostolicae auctoritate, et munimine in perpetuum confirmamus.

CLXIII.

10 maggio 1128.

=

Diploma onde il re di Francia Lodovico conferma quanto era stato dal card. Matteo di Albano legato di pp. Onorio II definito nel concilio di Arras sulle monache di s. Giovanni di Laon - pubblicato da D' Achery note a Guiberto di Nogent *pag. 1178 t. CLVI - C. M.*

In nomine sanctae et individue Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus, Dei misericordia in regem Francorum sublimatus. Notum fieri volo cunctis fidelibus, tam futuris quam instantibus, quod in conventu quem fidelis noster Rainaldus secundus venerabilis remorum archiepiscopus, Attrebati cum universis suffraganeis suis episcopis, et abbatibus VI. idus maii tenuit, ubi et nos praesentes aderamus; ipse et Bartholomaeus laudunensis episcopus humiliter nos convenerunt, cum multa precum instantia postulantes ut lauduneusem beatae Mariae et beati Joannis ecclesiam, quae regalis abbatia est, quia sanctimoniales, quae ibi ab antiquo fuerant, nimis indigne et enormiter se habebant, ad meliorem religionis statum duci, et monachos ibidem substitui concederemus; quam profecto petitionem rationabilem et utilem cognoscentes, voluntati eorum, et consilio assensum dedimus, et in praedicta ecclesia abbatem et monachos substitui et haberi in perpetuum, salvo ibi in omnibus jure regio, et Adelaidis reginae uxoris nostrae dotalitio, benigne quidem concessimus, Ita siquidem quod subjectionem illam quam caeterae abbatiae nostrae, quae in episcopatu laudunensi sunt laudunensi episcopo debent et exhibent, abbatia illa eidem episcopo sine aliquo juris regii detrimento debeat et exhibeat; quod ne valeat oblivione deleri scripto commendavimus, et, ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate et nominis charactere subter firmavimus. Actum Attrebati publice anno Incarnati Verbi 1128 regni nostri XX. astantibus in palatio nostro, quorum nomina substituta sunt et signa.

Signum Ludovici Buticularii. S. Hugonis constabularii. S. Alberici

camerarii, dapifero nullo, data per manum Simonis cancellarii. Signum Rainaldi remensium archiepiscopi. S. Josleni snessionensis episcopi. S. Bartholomaei laudunensis episcopi. S. Simonis noviomensis et tornacensis episcopi. S. Joannis morinensi episcopi. S. Garini ambianensis episcopi. S. Roberti attrebatensis episcopi. S. Clarembaldi silvanectensis episcopi. S. Petri selvacensis episcopi.

CLXIV.

29 maggio 1128.

Lettera di Onorio II a Baldovino re di Gerusalemme - pubblicata da de Rozière *cartulaire du saint Sepulcre pag. 17 -* Migne *t. CLXVI pag. 1279 - n. 68.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Balduino, illustri Jerosolymorum regi, salutem et apostolicam benedictionem. Laudes et gratiarum actiones auctori omnium bonorum Domino persolvimus, qui te ex admirabili ordinatione suae providentiae regem Jerosolymitanum constituit. Referentibus siquidem fratribus nostris Guilielmo tyrensi archiepiscopo, et Rogerio ramensi episcopo, sapientibus viris atque discretis nobilitatis tuae legatis, accepimus te et cultorem esse justitiae et religionis amatorem; unde magna cordi nostro est innata laetitia. His autem duabus subnixus virtutibus, quae a praedecessoribus tuis gloriosis viris duce Godofredo et rege Balduino, per sudores bellicos parta sunt in pace regali prudentia retines, et multa alia praestita tibi de coelo victoria per plurimas fatigationes viriliter acquisisti. Multa namque mortis subeundo pericula, amaritudinem vulnerum et saevientium paganorum tetros carceres, serviles etiam catenas pro Christi nomine, qui, cum sit aequalis Patri, formam servi accepit, sustinuisti. Tu ergo, jactata spe tua in Domino atque fiducia, cui nullus inremuneratus servivit, in bono proposito humiliter persevera. Nos vero, qui in cathedra beati Petri sedemus, licet indigni, personam tuam vera in Domino charitate diligimus, et regnum Jerosolymitanum cum dignitate a praedecessore nostro felicis memoriae, papa Paschali, antecessori tuo, regi Balduino, atque Jerosolymitanae ecclesiae justae discretionis moderamine tandem concessa apostolica tibi auctoritate concedimus. Praecipimus quatenus honor debitus Jerosolymitani regni et ecclesiae integer conservetur. Ad haec charissimum filium nostrum Fulconem, Andega-

vensem comitem, strenuum qnidem et sapientem virum, qui, postposito baronum suorum et innumeri popnli domino atque relicta copiosa terrae propriae nbertate, Deo et tibi servire decrevit, prndentiae tnae attentins commendamus.

Datum Laterani IV. kal. junii.

CLXV.

giugno e luglio 1128.

Lettera di Onorio II ai vescovi clero e popolo della provincia di Tiro - pubblicata da Mansi *XXI - 321 -* Migne *CLXVI - pag. 1280 - n. 69 -* Innocenzo II *la cita nel t. CLXXIX pag. 547.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus suffraganeis episcopis, clero et populo Tyri, salutem et apostolicam benedictionem.

Venientem ad nos charissimum fratrem nostrum Willelmum archiepiscopum vestrum debita charitate recepimus: et quem canonice electum, et a venerabili fratre nostro Guarimundo Hierosolymitano patriarcha consecratum accepimus, pallii dignitate, plenitudine videlicet pontificalis officii, decoravimus. Quia vero de persona sua maximum fructum matri ecclesiae vestrae Tyri, divina suffragante misericordia, credimus proventurum, ipsum cum gratia Sedis apostolicae et nostrarum litterarum prosecutione ad vos duximus remittendum. Universitati ergo vestrae mandando praecipimus, quatenus eum benigne recipiatis, et tanquam proprio metropolitano, et animarum vestrarum episcopo, subjectionem, obedientiam, et reverentiam humiliter deferatis.

CLXVI.

6 luglio 1128.

=

A Guaremondo patriarca di Gerusalemme lettera di Onorio II sulla circoscrizione della diocesi di Tiro edita da Mansi *XXI - 321 -* Migne *CLXVI - 1281 - num. 70.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Guarimundo Hierosolymitano patriarchae, salutem et apostolicam benedictionem.

Susceptis fraternitatis tuae litteris, fratrem nostrum Willelmum, quem in ecclesia Tyri consecrasti archiepiscopum, benigne suscepimus: et eum dignitate pallii, plenitudine videlicet pontificalis officii, decoravimus. Suffraganeis etiam ecclesiae suae praecepimus, quatenus ei tanquam proprio metropolitano subjectionem et obedientiam deferant.

Data in territorio Barensi, octavo idus julii.

CLXVII.

luglio 1128.

Lettera di papa Onorio II a Bernardo Patriarca di Antiochia sulla controversia della metropoli di Tiro - inviata insieme col legato Egidio cardinale vescovo di Tusculo - pubblicata da Guglielmo di Tiro *storia d'oltremare l. 13 - c. 23 - Migne CLXVI - 1281 - n. 71.*

.... Unde per apostolica scripta et venerabilem fratrem nostrum Egidium, Tusculanum episcopum, apostolicae sedis legatum, tibi mandamus, quatenus suffraganeos Tyrensis ecclesiae sibi restituas; quod nisi infra quadraginta dies post earum inspectionem litterarum, quae ad eos direximus, debitam ei subjectionem exhibuerint, nos ex tunc eos ab officio episcopi suspendimus.

CLXVIII.

dopo il luglio 1128.

═

Lettera di Egidio cardinale vescovo di Frascati legato di pp. Onorio II in Oriente a Bernardo patriarca di Antiochia - pubblicata da LUDEWIG *reliquiae mss. dipl. pag. 452 -* MIGNE *t. CLXXIII pag. 1390 -* GUGLIELMO DI TIRO *istorie libro 13 cap. 23 - pag. 847 -* SCRITTORI *della storia letteraria di Francia t. XII - pag. 81 - che affermano essere perito questo documento, con manifesto errore.*

ÆGIDIUS tusculanus episcopus, apostolicae Sedis legatus, Bernardo antiocheno patriarchae. Quod relatione non didici vel ramusculorum deceptoria varietate, imo sub interminatione magni discriminis cum erubescentia declamo, experientiam proferens, non conjecturam. Contempseras jam saepenumero sanctam et apostolicam Sedem, litteras omnium christianorum patris insolenter respuens, legatos ejus, contra tuae professionis sacramentum, rejiciens. Ego tamen legationem domni mei papae assumens, cum his qui oderunt pacem, pacificus esse optabam spe correctionis, non consensu malignitatis, decebam ad hoc habitae tecum familiaritatis aliquantae contubernium, quod me tibi fidelissimum praesentabat, propensiorem ad obsequendum tuae charitati, quam ad arguendum. Demum si aliquando persona potens minus aptum delegaverit nuntium, non despicitur humilitas missi, quia servatur reverentiae mittentis domini. Tu autem, summi papae non attendens imperium, me conservum tuum de finibus nostris exturbasti suffocatum aestimans, si allegatum tibi directe silentium imponeres. In quo nimirum facto tibi dicit Zacharias propheta: leva oculos tuos et vide maledictionem, quasi volumen volans ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, ut consumat eam. Scriptis profecto et patentibus argumentis amodo demonstrabitur universis, quanto cum tuo periculo contra omne fas et jus tentes antiquum

Divinitatis consilium immutare, quodam supercilio romanum contemnens dominium. Illi sane post communem in baptismate promissionem, in consecratione tua coram Domini sepulcro, obedientiam papae promisisti, sumpsisti denuo pallii fidem cooperante domino Mauricio portuensi episcopo. Iampridem erroris seductus phantasmate, ascendisti equum superbiae, ut cadas retro confusus, non in faciem, ut Saulus. Qualis vero, quam lamentabilis vere et detestabilis est illa sacrilega usurpatio quo te collegam et fratrem domini papae jactas, quod dicere ad haec usque tempora omnis horruit christianus, et dicentem inter cristianos ecclesia non habuit. Ignoras Petrum a petra Christo denominatum, super cujus corpus Romae tota consistit Ecclesia; Petrus iste implet fundam et Philistaeum Goliath in frontem percutit, ubi crucis vexillum profanus et impius non habet. Omnis siquidem ecclesia romana adversarios cernit. Fundamentum aliud, praeter id quod positum est, frustra laborantes statuere. Recordare tandem quod sacra historia narrat: profecti arrogantes de Oriente in campum Sennaar construxerunt turrem Babel, habentes lateres pro saxis, et bitumen pro cimento. Oriens non immerito universalis ecclesia Roma est, a qua quicumque resilierit, fetorem omnibus sociis facit, Sennaar enim fetor eorum interpretatur, de quibus propheta: computruerunt iniquita libus suis. Et Isaias; erit pro suavi odore fetor, et pro zona etc. Istis terrenis voluptatibus dediti luto et lateribus coelum attingere cupientes, dum attollunt se super se, confusionis sempiternae Babel aedificant cum Ægyptiis, qui cum simili opere filios Israel affligebant, in abyssum repente dissolvendi. Enimvero si in petra fidei quae est romana ecclesia Petri, aedificii fabricam construeres, non in arena mundanae spei, in qua Moyses sepelivit Ægyptium, memor esses beneficii a pia matre tibi copiose collati, libenter te subjiceres illi, quae quoscunque reges tibi subjecit. Hoc sanctum ut implere valeas, clama cum Isaia: lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus aedificabimus. Siccomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Alioquin time, quod proverbia tibi specialiter imprecantur, oculum qui subsannat patrem et despicit matrem, effodiant corvi de torrente, et comedent eum filii aquilae. Quod procul dubio reipsa tibi continget, quando dictante justitia dominus papa, episcopi, cardinales, tota accordante ecclesia, adversus praesumptiones tuas consurgent. Tunc praesumptiones tuae crepabunt, qui te in saltum dirigens ultra metas tui ordinis te extollis, non considerans teipsum. Porro bonum est ut oculus scandalizans eruatur et projiciatur, quatenus intuitus superbiae et malitiae obleratur, et oculus sanae fidei simplicitatis aperiatur. Unde dicit apostolus: si quis inter vos videtur esse sapiens. Qui aliquando excaecatur illo superbo oculo, spiritali illuminatus est a Domino. Haeccine romanae ecclesiae recompensas,

quae miseram Antiochiam ex ipsis hiantium faucibus hostium valenter, violenter extraxit jam funditus absorptam, et in dies filios suos ad conservandam eam mittit, suam tolerans imminutionem, ob ipsius liberationem? Mirum in modum factum est, sicut quod dicit Amos. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auriculae, ita vos eripuit apostolica pietas de inaestimabili Persarum rabie. O altitudo profunda! Parum erat litteras domini papae negligere, si non et meipsum episcopum tu, episcopus, per tuum capellanum et characteres contumeliosos confutares, legatum domini tui impudenter repelleres? Nesciens forsitan legationem solam sequestram pacis vel belli a sapientibus nuncupari. Utinam aperiret Dominus oculos tuos, sicut aperuit caeci, videns multo plures nobiscum esse, quam tecum. Sed pudor caecitate percussus nisi per Elysaeum ducaris in Samariam, sicut Benadad, visum recuperare non poteris, videlicet per obedientiam domini papae redire ad metropolim israelitorum, romanam ecclesiam. Sin autem, ut Balaam, apertos tandem habebis oculos, cum sola vexatio dabit intellectum, timendum certe et vere timendum, ne propter tuam singularem extollentiam orientalis confundatur ecclesia, inter se intestinum mittens excidium, et occidentalis ecclesiae perdens auxilium. Quod indubitanter eveniet, nisi ad te redieris, et nisi suffraganeos suos Trevirensi archiepiscopo libere dimiseris nullius in hoc sustines praejudicium, si domini papae mandatum observes. Scandalis istis de medio sublatis, per psalmistam loquatur Dominus pacem in plebem suam et in ... et ambulabimus in domo Domini cum consensu. Caeterum in rebellione cum pertinacibus pacem non habemus, ne operibus malignis communicemus, quia nec spiritus haec fecit, pacem hominibus bonae voluntatis offerens. Confidimus tamen ex divina pietate, quod vel ab his admonitus cessabis. Denique si de schola Petri anthiochenam ecclesiam processisse asseris, navem Petri in Jerusalem aedificatam cognosce portuque ab illo anchora soluta littoribus vestris per aestuantium volumina undarum applicuisse. Attestante enim Domino oportebat praedicari evangelium in omnes gentes incipientibus ab Jerusalem. Igitur quia Sion principium nostrae salutis diversis de causis exaltare nos convenit, ut exaltemur. Postremo pro Christo legatione fungens, tanquam Deo exhortante per me, obsecro, reconciliare patri tuo, ut vivas propter eum, qui est pax nostra, qui fecit utramque uniri.

CLXIX.

dopo il 1 agosto 1128.

=

Lettera del venerabile card. Matteo di Albano a pp. Onorio II sulla causa di Lisieux e sopra altri affari definiti nel concilio di Reims - pubblicata da Bouquet *recueil XV - 266 -* Migne *CLXVI - 1317 diversorum ad Honorium epistolae n. 1.*

Reverendissimo patri et domino Honorio, divina disponente clementia sanctae romanae ecclesiae summo et universali pontifici, Matthaeus albanensis ecclesiae minister, licet indignus, cum salute fidelium orationum instantiam.

Pro causa luxoviensium, quos investiri secundum tenorem litterarum felicis memoriae papae Paschalis nostrae parvitati vestra praeceperunt paternitas, causa tamen eorum diligenter investigata, atque salva divionensi justitia si quam habent, utramque partem, kalend. augusti, Remis convocavimus; ibique quampluribus illius terrae episcopis et abbatibus pro negotiis quae ibi emerserunt congregatis, causam istam diligenter in communi fratrum audientia investigare secundum litterarum vestrarum tenorem caepimus; litterasque quibus praefatus papa Paschalis eos investiri, ut aiebant, praeceperat, diligentius inspeximus, ubi de hac investitura denominatim nihil continebatur. E contrario divionenses dominorum nostrorum privilegia, ejusdem scilicet papae Paschalis et bonae recordationis papae Calixti, in quibus haec possessiones distincte firmabantur, in medio protulerunt, et quod nunquam de illis quas exigebant possessionibus investiti essent, aliis scriptis et rationibus proponebant. His auditis, fratribus nostris remensi (Ra'naldo) et senonensi (Henrico) arch episcopis, carnotensi (Gaufrido), parisiensi (Stephano), belvacensi (Petro), suessionensi (Iosleno), laudunensi (Bartholomaeo), noviomensi (Simoni), catalaunensi (Elberto), trecensi (Attoni) atque meldensi (Burchardo) episcopis in partem ire praecipimus. Qui communicato ad invicem consilio, secundum illa, quas praemisimus rationes

et multas alias, luvestituram luxoviensi adjudicaverunt, ita sane quod in eo statu luxovienses remanerent quo eraut qnando sanctitatis vestrae litteras acceperunt. Et ut causam istam termiuo a vobis coustitnto in vestra terminetur per Dei gratiam praesentia, ita eos remittimus ad vos. Illud autem vestrae paternitatis prudeutiam latere minime volumus, quod omnes peue iliius terrae, exceptis luxoviensibus, justitiam divioneuses habere testantur; quam, charissime pater, ut mauu teneatis attentius rogamus.

CLXX.

4 settembre 1128.

=

Privilegio di pp. Onorio II ai canonici del s. Sepolcro a Gerusalemme - pubblicato da de la Rozière *cartulaire du saint Sepulcre 18 - Migne CLXVI - 1281 - n. 72 - Eugenio III si rapporta a questa bolla nelle sue inserite nel t. CLXXX - pag. 1146 - 1548.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Geillelmo, priori dominici sepulcri, ejusque fratribus canonicam vitam professis, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

Habitantes in domum domini, in sinceritate charitatis unanimes conservant unitatem spiritus in vinculo pacis; purae namque mentis religio et indissolubili divini amoris glutino confirmata vultum clementissimi Creatoris, ut terrena conjungantur et ima supernis socientur, mundis orationibus incessanter profusis inclinat; sicut enim humani compagem corporis spiritus interior regit atque vivificat, ita religiosae mentis vegetatio et salus existit moderatrix inspirationis divinae benignitas. Quia igitur, dilecte in Domino, filii gloriosi dominici sepulcri canonici, divinis vos mancipatos servitiis vivere religiose cognovimus, interventu etiam charissimi confratris nostri Guarmundi, jerosolymitani patriarchae, vestris rationabilibus postulationibus assensum praebentes, personas vestras, possessiones et bona, quae in praesentiarum juste et legitime possidetis sive in futurum, largiente Deo, justis modis poteritis adipisci, sub beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus, et scripti nostri pagina communimus. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda: in episcopatu ierosolymitano videlicet ecclesiam beati Lazari cum castello et omnibus pertinentiis suis, castrum Maome cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis; in episcopatu Cesareae Palestinae castrum Feniculi cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis; in civitate Joppe ecclesiam beati Petri cum omnibus pertinentiis suis; in civitate Tyro ecclesiam sanctae Mariae antiquae sedis cum omni-

bus pertinentiis suis; in episcopatu tripolitano, in castro Montis Peregrini, ecclesiam sancti sepulcri cum omnibus pertinentiis suis; in eodem episcopatu ecclesiam sancti Georgii, quae est in montanis, cum omnibus pertinentiis suis; item villam quae dicitur Bivora cum omnibus pertinentiis suis; in Apulia, in civitate brundusina, ecclesiam sancti sepulcri et ecclesiam sancti Laurentii cum omnibus pertinentiis earum; in episcopatu ebredunensi ecclesiam sancti sepulcri de kayocas, ecclesiam sancti sepulcri, sancti Petri et sancti Pontii de Sedena; ecclesiam sancti Joannis de Espinacis et ecclesiam sancti Petri de Avanzo cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu magalonensi ecclesiam sancti Salvatoris de Rubro cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu albiensi ecclesiam sanctae Mariae de Sepfacta cum omnibus pertinentiis suis, villam etiam quae dicitur Lugan, mansum quae dicitur Cantol, mansum Lubusreth et mansum Dei, mansum Aiaphenazem cum ecclesia (sanctae) Mariae et omnibus pertinentiis suis, mansum Las Cruces de sancto Amaranti, mansum Castandei, mansum Viarlar, mansum qui dicitur Villa Godor, ecclesiam sancti Osmerii cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu sanionensi ecclesiam sancti Petri de Macapzhana cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu basatensi ecclesiam sancti Osberti cum omnibus pertinentiis suis, in episcopatu barchinonensi ecclesiam sancti sepulcri de Lathabiata cum omnibus pertinentiis suis; in eodem episcopatu, in Palma ecclesiam sancti Petri et ecclesiam sancti Joannis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sanctae Mariae de Patris; in episcopatu ansonensi ecclesiam sanctae Mariae de Coseotiis cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam sancti Andreae cum omnibus pertinentiis suis, in episcopatu urgellensi medietatem castri Mirabel cum pertinentiis suis; in episcopatu nagerensi ecclesiam sanctae Mariae de Gronio cum omnibus pertinentiis suis, hospitale de Villa Rubea cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu burgensi ecclesiam sancti Clementis de Covas cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michaei de Quantaua cum omnibus pertinentiis suis; in castro Sorizh ecclesiam sancti Andreae et ecclesiam sanctae Marinae cum omnibus pertinentiis suis; in Villa quae dicitur Clunia, ecclesiam sancti Andreae cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu Palentino ecclesiam sanctae Mariae de Pisorga cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Alexandri de Valtanas cum omnibus pertinentiis suis; in castro Verde ecclesiam sancti Michaelis et monasterium sancti Romani cum omnibus pertinentiis suis; in castro Corel ecclesiam sancti Justi, ecclesiam sanctae Marinae, ecclesiam sanctae Engratiae cum omnibus pertinentiis suis; in castro Portel ecclesiam sancti Michael de Vega cum omnibus pertinentiis suis; apud civitatem Palentiae ecclesiam sancti Emiliani de Veruesca cum omnibus pertinentiis

suis; ecclesiam sancti Pelagii de Valle de Pero cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sanctae Mariae de Sandronas cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sanctae Mariae de Pitelas cum omnibus pertinentiis suis; in Villa Feles ecclesiam sancti Michaelis cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu secoviano ecclesiam sancti sepulcri in Coca, ecclesiam sancti Salvatoris et ecclesiam sanctae Mariae, quae vocatur Bovada, cum omnibus pertinentiis suis; in civitate Avila ecclesiam sanctae Mariae Novae cum omnibus pertinentiis suis; in Arevalo ecclesiam sancti Petri in villa veteri cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu salamantico ecclesiam sancti Christofori, extra civitatem sitam, cum omnibus pertinentiis suis; in Medina ecclesiam sanctae crucis cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu zemoritano, in castro qui dicitur Thoro, ecclesiam sancti sepulcri cum omnibus pertinentiis suis; in villa Laii ecclesiam sanctae Eugeniae cum omnibus pertinentiis suis; in civitate legionensi ecclesiam sancti sepulcri cum omnibus pertinentiis suis; in Rivo Sicco ecclesiam sancti Justi Paralelos cum omnibus pertinentiis suis; in Medina ecclesiam s. Petri cum omnibus pertinentiis suis; in villa Morel ecclesiam s. Pelagii cum pertinentiis suis, ecclesiam s. Justi de Villa Vela cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu eodem villam Golpigar cum omnibus pertinentiis suis, villam Versadam cum omnibus pertinentiis suis; in Mazelia hospitale cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sanctae Maria de Nava cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam s. Petri de castro Olf reth cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu asloricensi ecclesiam s. Petri de Cabaneros cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sanctae Mariae de Zohtes cum omnibus pertinentiis suis, monasterium sanctae Mariae de Nogaria cum pertinentiis suis, monasterium sancti Salvatoris de Sobradel cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu tudensi ecclesiam sancti Petri de Nogaria, quae dicitur Sardoma, cum omnibus pertinentiis suis, salva nimirum dioecesanorum episcoporum justitia et reverentia. Ad haec adjecientes decernimus ut nulli omnino hominum liceat praedictas possessiones et bona auferre vel ablatas retinere, minuere aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra et illibata serventur tam vobis quam successoribus vestris canonice substituendis omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi redemptoris aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat; cunctis autem vobis justa servantibus sit pax domini no-

stri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius, catholicae ecclesiae episcopus, subscripsi.

Ego Joannes, presbyter cardinalis tituli sancti Grisogoni subscripsi.

Ego Ubertus, presbyter cardinalis tituli sancti Clementis subscripsi.

Ego Rossemannus, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum, subscripsi.

Datum Beneventi, per manum Aimerici, sanctae romanae ecclesiae diaconi et cancellarii II nonas septembris indictione VI, incarnationis dominicae anno 1128, pontificatus autem domini Honorii II papae anno IV.

CLXXI.

4 novembre 1128.

=

Privilegio di pp. Onorio II ai canonici regolari di Floressia che facevano professione della vita comune - edita da Hugo *annali premonstratensi I - 52 -* Migne *CLXVI - 1284 - n. 73.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Richardo abbati sanctae Mariae de Floressia, ejusque successoribus canonicae substitudendis in perpetuum.

Cum sine . . . . . religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere et religiosa loca Sedis apostolicae munimine confovere, ideoque, dilecte in Domino fili Richarde, tuis rationalibus postulationibus annuentes, monasterium beatae Mariae de Floressia, cui, Domino auctore, praesides, in b. Petri tutelam, nostramque protectionem suscipimus, et scripti nostri pagina communimus. Statuentes ut quascumque ecclesias et possessiones idem monasterium in praesentiarum juste et legitime possidet, sive in futurum, largiente Domino, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu justis aliis modis poteritis adipisci, firma tibi tuisque successoribus, et illibata permaneant. Statuimus etiam, ut liberas S. . . . . a discretione venerabilis fratris nostris Alberonis Leodicensis olim episcopi attributa, perpetuis temporibus conservetur, salva dioecesani episcopi justitia, et reverentia. Sane chrisma, oleum, consecrationes altarium, sive basilicae, ordinationes clericorum a Leodiensi accipietis episcopo, si gratiam Sedis apostolicae habuerit, et ea vobis gratis, et sine exactione aliqua exhibere voluerit. Obeunte vero te, nunc ejus loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur; sed quem fratres, omnium consensu, seu fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et b. Augustini regulam providerint eligendum. Ad haec adjicientes decernimus ut nulli omnino hominum liceat predictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas

retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa fuerunt, usibus omnimodis profutura, salva in omnibus Sedis apostolicae auctoritate et diocesani episcopi justitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica, saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem coenobio justa servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem premium aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani, per manum Aimerici sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, II, nonas novembris, indict. VII, anno incarnationis dominicae 1128, pontificatus autem domini Honorii II. papae anno IV.

CLXXII.

7 novembre 1128.

Onorio II conferma e benedice il proposito della regolare disciplina introdotta nel monastero di s. Maurizio di Agaune per opera di s. Ugone di Grenoble e Amedeo III di Savoia - edita dalla GALLIA CHRISTIANA *XII - 430 n. X -* MIGNE *CLXVI - 1292 - n. 87.*

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Agaunensis ecclesiae b. Mauritii martyris, salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolica doctrina et sanctorum veneranda nos adhortatur auctoritas ut si Deo vere placere volumus, religiose vivere studeamus. Quis enim Deo absque puritate religionis placere potuit vel quis ad contemplationem deitatis nisi pudico et mundo corde ascendit? Nos igitur qui in b. Petri cathedra residemus, licet indigni, commissa nobis a Deo administratione suae ecclesiae, et religionem statuere et stabilitatem, Sedis apostolicae volumus robore communire. Placet ergo nobis, quod per inspirationem divinam in ecclesia vestra canonicos regulares statuere, et vobis obeuntibus semper religiosos subrogare unanimiter, quemadmodum ex litterarum vestrarum inspectione cognovimus, decrevistis. Pia vero desideria vestra et rationabile propositum laudantes, ut canonici regulares ibi de caetero deservientes Deo, et ut canonicus ordo futuris ibi temporibus irrefragabiliter conservetur, praecipimus ac auctoritate b. Petri ac nostra firmamus. Statuimus enim ut, postquam regularium virorum in praefata ecclesia sufficiens numerus fuerit, constituatur abbas ibi religiosus et sapiens, qui scientia et moribus sacro noscat digne praeesse collegio, invocata divina gratia eligatur.

Datum Laterani VII idus novembris.

CLXXIII.

7 novembre 1128.

Lettera di Onorio II papa ad Alessandro vescovo di Liegi colla quale riprende alcuni abusi contro la vita canonica invalsi in quel clero - edita da d'Achery *spicileg. III - 479 -* Migne *CLXVI 1285 - n. 74.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, Alexandro episcopo et clero Leodiensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Relatione fratrum vestrorum ad nos venientium comperimus hanc in vestra Leodiensi ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi canonicus fieri voluerit, oporteat eum praeposito et decano determinatam pecuniam exhibere, et hoc de investituris ecclesiarum et altarium archidiaconos et decanos facere accepimus. Scriptum est in evangelio quia Dominus noster vendentes et ementes ejecit de templo; ideoque per praesentia scripta firmiter praecipiendo mandamus, quatenus tam prava consuetudo de caetero apud vos nullatenus conservetur, sed modis omnibus annihiletur. Quod si quis deinceps praesumpserit agere, nos et dantem et accipientem jubemus locum in ecclesia ulterius non habere.

Datum Laterani VII id. novemb.

CLXXIV.

tra l'anno 1128-1129.

Breve di Onorio pp. II a Didaco arcivescovo di Compostella - pubblicato da Florez *Espana sagrada XX - 491 -* Migne *CLXVI - 1302 - n. 97 -* Munio *etc. III - c. X - pag. 1173 - t. CLXX - C. M,*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Didaco compostellano archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Super eo quod nos et sanctam matrem tuam romanam ecclesiam visitasti, fraternitati tuae grates referimus: nuntios autem tuos ad nos directos benigne recepimus, et quod iu tuis continebatur litteris diligenter attendimus. Verum nos dilectum filium nostrum Hu. (Humbertus sive Hubertus) cardinalem presbyternm de latere nostro ad partes Hispaniae missum destinavimus, et ei vices nostras commisimus. Tua ergo fraternitas illum benigne recipiat, honeste pertractet, et in negotiis ecclesiasticis ad honorem Dei et b. Petri ei diligenter assistat. Caeterum cum ad nos, Domino praestante, redierit, super his quae dilectus noster filius rex A. et nuntii tui pro te postularunt, consilium habebimus. Bracarensi autem archiepiscopo, ut de praesumptione quam in consecratione colimbriensis episcopi commisit, proxima dominica quae legitur: ego sum pastor bonus, ad nostram praesentiam veniat responsurus, per scripta nostra mandavimus.

CLXXV.

tra l'anno 1128-1129.

=

Lettera di pp. Onorio II ad Alfonso re di Spagna - raccomanda Uberto cardinal legato - pubblicata da Florez *Espana sagrada XX - 491 -* Migne *CLXVI - 1302 - n. 98 -* Munio *t. III - c. X pag. 1173 t. CLXX. C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio A., illustri Hispaniarum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanto affectu quantaque devotione avus tuus illustris memoriae rex A. b. Petrum, et s. r. ecclesiam dilexerit, interroga seniores tuos, et dicent tibi, quod ob hoc victoria sibi a coelesti numine praestita saracenos christiani nominis inimicos saepe praeliando devicit. Quod autem ipsius inhaerendo vestigiis ecclesias et ecclesiasticas personas veneraris et diligis, gratulamur, et ut de bono in melius proventum percipias, divinae clementiae supplicamus. Hubertum cardinalem presbyterum de latere nostro ad partes Hispaniae delegavimus, et ei vices nostras commisimus: tua ergo nobilitas pro reverentia s. Petri et nostra, benigne recipiat, ut regiae potestatis fretus auxilio enormitates regni tui, sancti Spiritus gratia cooperante, corrigat, et quae bona sunt statuta confirmet. Verum cum ad nos (prestante gratia) redierit, super eo quod pro fratre nostro Didaco compostellano archiepiscopo postulasti, liberius poterimus habere consilium. Pro charitate autem tua praefato legato nostro mandamus, ut M. auriensi archidiacono, pro quo rogasti, justitiam faciat.

CLXXVI.

tra l' anno 1128-1129.

=

Lettera di papa Onorio II a Pelagio arcivescovo di Braga - lo cita presso la s. Sede - edita da Florez *Espana sagrada XX - 492 -* Migne *CLXVI - 1301 - n. 96 -* Innocenzo II *- la cita nell' ep. 11 e 29 - pag. 60 - 77 - t. CLXXIX - C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri P. bracarensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Piacuit romano pontifici compostellanam ecclesiam honorare, et venerabili fratri nostro Didaco archiepiscopo emeritanae metropoli suffraganeos concedere: verum defuncto colimbriensi episcopo G., praefatae metropolis suffraganeo, episcopnm in eadem ecclesia, posthabita Sedis apost. reverentia, tua fraternitas, prout accepimus, consecraro praesumpsit; et quia injnriam venerabili fratri nostro Didaco comp. archiep. super hoc irrogatam, et contemptum s. r. e. indiscusse praeterire non possumus, fraternitati tuae mandando praecipimus, qnatenus proxima dominica qua legitur ego snm pastor bonus, de tantis excessibus ad nostram praesentiam venias respondere paratus.

CLXXVII.

tra l' anno 1128-1129.

Lettera dei romani a Lotario imperatore - si professano sudditi di pp. Onorio II e invitano Lotario a coronarsi - inserita con Uldarico di Bamberga *presso* Eccard II - *pag. 358 - n. 351.*

Lothario illustri et glorioso romanorum regi, consules romani et alii principes salutem, et prosperitatem. Nos in servitio et fidelitate beati Petri et domini papae Honorii persistimus, et quod placet ei amamus. Certis autem experimentorum rationibus agnovimus, quod ipse vera in Domino caritate personam tuam diligit, et ad honorem tuum manutenendum et exaltandum affectu paterno intendit. Quamobrem nos de exaltatione tua ad regnum gaudemus, hoc optantes, ut quod de te bene incaeptum est, citius, annuente Deo, perficiatur. Unde supra tarditate tua satis miramur. Hac siquidem occasione C. ille Longobardiam ingressus, regnum italicum nititur occupare. Eapropter praesentibus literis prudentiae tuae mandamus, quatenus aliis omissis, omni occasione seposita, proxima ventura hyeme ad praesentiam domini papae venias, ab eo dignitatis plenitudinem et honorem imperii, praestante Domino, recepturus. Nos interim diligenti studio operam dabimus, quatenus populus romanus ad te sicut decet honorifice suscipiendum sit paratus.

CLXXVIII.

tra l'anno 1125-1129.

=

Guglielmo vescovo di Langres pronunzia la sentenza sulla quistione delle chiese di Lisieux e Dijon dietro remissorie di pp. Onorio II - edita da Perard *monumenti di Borgogna pag. 228 -* Mabillon *la cita nella nota 90 alla lettera 14 di s. Bernardo tom. CLXXXII pag. 118 - C. M.*

Willencus Dei gratia Lingonum praesul, bene valete, cunctis fidelibus querelas ecclesiae luxoviensis atque divionensis, alterius erga alteram, scientibus. Notam vobis quidem utriusque coenobij dissentionem arbitror esse, verum haec unde initium sumpserit, et qualiter utraque pars pro sui defensione Romae, coram domno papa Honorio simul astiterit, indeque ad audientiam archiepiscopi lugdunensis et viennensis negotium translatum fuerit, dein ad nostram, id est lingonensem cathedram rei censura transierit, per nos patefieri dignum duximus, ut et vos ita rem esse credatis ut dicimus. Monachi siquidem divionenses inter multas quas in nostra dioecesi possident ecclesias, eam que est apud Wuangionis Riuum, et quae apud Clarum-Montem, multis iam annis legitime noscuntur et libere, nullo contradicente, possedisse: et hoc lingonensium pontificum, quorum id intererat, synodica traditione, apostolicae nihilominus Sedis auctoritate. Has igitur, post tam diutinam tam legitimam possessionem Luxovienses monachi nuper ejus caeperant calumniari. Alteram quoque sitam in villa Sarcofagis, in archiepiscopatu bisontinensi, qua in re praedecessor noster dominus Ioscerannus episcopus, medium se interponens, partium quaestiones amico fine justiciae dirimere cupiens, diem et locum audiendae causae in commune utrisque statuit. Verum necessitudinibus tum hinc tum illinc intervenientibus, rem in effectum nequaquam perduxit. Ea propter, utrique, post aliquantas, nunc Lingonis, nunc Viennae, quaestiones habitas, Romam perrexerunt, causam suam domno papae Honorio innotuerunt;

qui communicato cum suis consilio, totius causae indicium archiepiscopo lugdunensi, atque viennensi, qui tum presentes aderant, injunxit, quodque ab ipsis judicatum foret, ab utrisque monachis observari praecepit. Archiepiscopi igitur, convocatis ad audientiam suam utrisque partibus, cum singulorum diligenter audissent rationes, suo et eorum qui assistebant, id est episcopi Eduensis, episcopi Bellicensis, abbatis Cluniacensis, aliorumque virorum illustrium consilio, justitia quoque praeduce, duxerunt, ut hujus causae censura ad nostram Sedem tranferretur, quippe ad cujus dioecesim ecclesiae pertinent, de quibus hae controversiae sunt exortae. Sic illo consilio finito, iterum utrique abbates Lingonis devenerunt, die ipsis a me denominato, ubi presidente me cum clero nostro, assistentibus etiam nobiscum multis religiosis et nobilibus viris, cum utrarumque partium quaestiones audissemus, judiciumque super his facere deliberassemus, repente luxoniensis abbas, metuens ne quaeretur, aequitatis libram ne, utpote minimum confidens, ut liquet, de justicia partis suae, nulla repetita vel exquisita occasione, professus est se judicio non obtemperare. Ego vero, tanta rei insolentia permotus, caepi eum commonefacere ne id ageret, ne judicium subterfugeret, sed ut de omnibus quae sciret a divionensibus monachis expostulare, sententiam judicialem audire non reformidaret et eo ordine quo rem quamque agi seu prius seu posterius legitimam foret. Ille autem nec precibus adquievit, nec rationi, ut vellet in jus trahi: cum e diverso divionensis abbas omnimodis insisteret ut judicium fieret. Hujus rei testis ego sum qui adfui, audivi et vidi. Testes et isti, quorum nomina feci subter ad notari s. Rogerij abbatis sancti Bercharij. S. Girardi abbatis Besuae. S. Lamberti archidiaconi. S. Ioscelini archidiaconi. S. Varnerij archidiaconi. S. Airardi archidiaconi. S. Pagani archidiaconi. S. Fulconis archidiaconi. S. Vualterij archidiaconi Gabilonensis. S. Bertranni archidiaconi Eduensis. S. Prioris Caimosiasensis. S. viri religiosi Vualonis, qui praelationem ecclesiasticam fugiens, remotiorem sibi vitam delegerat. S. Scolastici Tullensis. S. Rainerij militis de Castelione. S. Vuarnerij militis de Sumberuum. S. Uirici militis de Agrimont. S. Girardi militis de Scotz.

CLXXIX.

anno 1129.

=

La controversia di Lisieux e Dijon è finalmente definita in sinodo da Stefano vescovo di Vienna per autorità di pp. Onorio II - edita da Perard *monumenti di Bretagna pag. 221 - 25 -* Mabillon *la cita nella nota 90 - alla lettera 14 di s. Bernardo t. CLXXXII - pag. 118 C. M.*

In nomine Patris, et Filij, et Spiritus sancti, notum sit omnibus Kristi fidelibus, longam duarum ecclesiarum disceptationem, inter Luxovienses scilicet atque Divionenses monachos, diu perdurasse, et post innumerabilia rerum dispendia, post duras et laboriosas Romam eundi vel redeundi difficultates, tandem divina providentia, et reverendissimi papae domni Honorij summa diligentia interveniente, Spiritus sancti gratia, suam ex utraque parte sententiam in melius mutasse, et repositis omnibus adversarij machinationibus, ad perfectam et integram concordiam, quicquid discorditer egerant hoc ordine convenienter reformasse. Liquet at igitur, querelam istam ex praecepto summi pontificis beatissimi Honorij, domino Stephano Viennensi archiepiscopo sedisque apostolicae legato, et aliis quibusdam religiosis viris, videlicet domino Pontio Beleoiensi episcopo, et Ambroniensi abbati domino Ysmioni viro eruditissimo, et solemni necessitate commendabiliter impositam, et ab illis tribus fideliter susceptam, magna episcoporum et abbatum, et aliorum religiosorum virorum conveniente frequentia, ad laudem et gloriam Dei concordi fine terminatam, et remotis omnibus calumpniis sub ista. Divionense fine teous perpetualiter explicatam constituto. Itaque tempore ad tam generale colloquium ex utraque parte convenientes, presidente supradicto archiepiscopo et abbate Ysmione, et domino Ylione Lugdunensi in locum Beleoieosis episcopi qui propter infirmitatem remanserat, substituto, recensitis omnibus quae ad causam pertinebant, et diligenter recapitulatis, tandem ex consilio sapientum, communi

utrinsque partis laude constitutum est, et inficiabiliter laudatum et concessum, ut quicquid Dei praedestinatione et ejusdem sacri conventus divina dispensatione de universis rerum illarum calumpniis ad pacem et concordiam disponeretur, quasi apostolicum decretum reputarent, et ex utraque parte laudarent et confirmarent. Dictum est igitur et pro utriusque partis consensu generaliter constitutum, ut luxovienses Clarimontis cellam, cum omnibus appenditiis suis haberent et retinerent, et cellam Vangionis Rivi cum suis appendiciis monachi divionenses retinerent, et in pace possiderent. De reformatione pacis et dilectionis dictum tenerent et servarent. Hujusmodi, inter duas illas ecclesias, commune decretum praesentes episcopi et abbates ad perpetuam pacem firmaverunt et constituerunt, et in utrinsque ecclesiae capitulis confirmari fecerunt, omnibus querelis et calumpniis penitus abrenuntiantes, et tenore perpetuo mutuam inter se dilectionem, in osculo pacis, fideles confoederantes. Signum Stephani Viennarum archiepiscopi s. Guillenci lingonensis episcopi, s. Gualterij cabilonensis episcopi, s. Gocelini lingonensis archidiaconi. Aldo abbas sancti Eugendi subscripsit. Aymo abbas sancti Andreae subscripsit. Guibertus prior divionis, Guido, Pontius, Beraldus monachi. S. Famuli Divionensis, Oddo Cocus, Robertus Cameriensis, Hugo frater Villici. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini MCXXIX. Honorio reverendissimo apostolicae Sedis praesidente, Ludovico Frascorum rege gloriosissimo, Guilenco Lingonensi episcopo, Hugone Burgundiae duce magno et pacifico. Luxovij, in generali capitulo lectum et recitatum, laudantibus cunctis et consentientibus, in praesentia domni Hugonis reverendissimi abbatis, et aliorum subscriptorum. S. ejusmodi abbatis Hugonis. S. Stephani monachi et praepositi. S. Aynrici monachi, Roberti monachi, Humberti monachi, s. Cherauni Engelerij monachi. Et ista sunt nomina famulorum, Garnerius capellanus, magister Garinus, Garinus Villicus, Magno, Olricus Villicus, Guido Telonarius, Gislebertus, Embertus famulus.

CLXXX.

anno 1129.

=

Matteo card. di Albano legato di pp. Onorio II in Francia sopprime le monache di Argenteuil, ov' era badessa Eloisa e ridona il monastero a Sugero abate di san Dionigi - pubblicato da Labbe *X - 956 -* Migne *CLXXIII - 1265.*

In nomine summi Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Matthaeus, divinae gratiae dispositione albanensis episcopus et apostolicae sedis legatus. Quoniam ad nostrae dignitatis potestatem pertinere constat circa ecclesiasticae cultum religionis summa solicitudine fideliter elaborare, immunda cuncta eliminare, utilia quoque studiose supplantare, ideo summopere nobis injuncto officio oportet invigilare.

Ea propter cum nuper in praesentia domini serenissimi regis francorum Ludovici, cum fratribus nostris coepiscopis, remensi scilicet archiepiscopo R. (Rainaldo) parisiensi episcopo Stephano, carnotensi episcopo G. (Gaufrido) suessionensi episcopo G. (Gosleno) aliisque quamplurimis de sacri ordinis reformatione per diversa Galliarum, in quibus tepuerat, monasteria, Parisiis ageremus, subito in communi audientia conclamatum est super enormitate et infamia cujusdam monasterii sanctimonialium quod dicitur Argentolium, in quo paucae moniales multiplici infamia, ad ignominiam sui ordinis degentes, multo tempore spurca et infami conversatione omnem ejusdem loci affinitatem foedaverant. Cumque omnes qui aderant illarum expulsioni insisterent, venerabilis abbas s. Dionysii Suggerius, immunitatibus suis apostolicorum confirmatione certissimis in medium ostensis, praefatum monasterium ad jus ecclesiae suae pertinere satis evidenter ostendit.

Unde nos, cum fratribus praenominatis participato consilio, et quia illud venerabile coenobium, potissimum in suis temporibus inter alia Galliae totius monasteria, Dei misericordia, et sanctorum martyrum intercessione, omni religione irradiatum vidimus, non solum ejus justi-

tiae, verum etiam illarum miseriae consulentes, hanc ei injunximus obedientiam, ut illis in religiosis locatis monasteriis, ibidem monachos suos, qui Deo religiose deserviant, substitueret.

Et ut haec nostrae restitutionis concessio tam sibi quam posteris firmissima in posterum habeatur, ei apostolica auctoritate, nostrique sigilli corroboratione, in sempiternum confirmavimus: hoc idem, parisiensi episcopo Stephano in cujus parochia est, primum faciente et confirmante.

CLXXXI.

tra l'anno 1128-1129.

Enciclica del cardinal Matteo di Albano legato di pp. Onorio II - in Francia a tutti i monaci per la riforma della disciplina regolare - pubblicata da Bouquet *recueil XIV 419* - Migne *CLXXIII - 1266.*

Fratribus conscriptis, coelestis curiae senatoribus, abbatibus illis qui condixere singulis annis Remis convenire pro monastici ordinis correctione, Matthaeus Dei gratia albanensis episcopus, eorum frater et devotus amicus, gratia et pax a Deo Patre et domino Jesu Christo, et qui ab utroque procedit, Spiritu paraclito.

Vestrae strenuae probitatis et ardentissimae religionis fragrantia ad nos usque pervenit, et qui de sanctis studiis vestris procedit odor suavissimus viscera nostra replevit. Benedictus sit Deus, qui licet instante Anticristi tempore, cujus faciem, quemadmodum scriptum est, praecedet egestas, ad haec misera tempora tales reservavit personas et ad tenebras effugandas, quae quasi palpabiles sua tetra caligine monasticum ordinem in partibus illis offuscaverant, vos tanquam clara lumina sideraque rutilantia constituit; et non solum vestra propria loca, verum etiam alia quaedam sanctitatis vestrae radiis irradiavit, et in ruinosa monastici ordinis fabrica in frigidis illis regionibus, tanquam firmas et immobiles columnas super bonum firmamentum, quod est Christus, fundavit et stabilivit. Et quemadmodum illa evangelica devotaque mulier pretiosum super pedes Domini effudit unguentum, et tota domus odore repleta est; ita et vos, postquam vestras odoriferas aperuistis thecas, odor gratissimus atque suavissimus circumquaque diffusus est, et merito cantare potestis: nardus mea dedit odorem suavitatis. Bona siquidem aromata quanto magis tractantur atque feruntur, tanto suavius aspirant, tantoque delectabilius redolent. Quoniam quidem in claustris vestris, quae prius tanquam delubra voluptatum extiterant, in quibus habitabat ericius, ululae morabantur, sirenae cantabant, saltabant pilosi; nunc expulsis illis viriliterque damnatis, gloriosa Christi ovilia delectabiliaque

praesepia reparastis, iis quibus nunc pascit Christus et pascitur, reficit et reficitur, nutrit et nutritur, fovet et fovetur, gaudet et delectatur. Nam religio quae ibi floruit, et humilitas quae ibi viget, et obedientia quae ibi regnat, et charitas quae ibi omnes attrahit, et amplectitur et saginatur, bona mater sanctaque Rebecca docuit dilectum filium suum Jacob cibos praeparare, quibus Isaac, qui risus interpretatur, libenter vescitur; vos quoque mater gratia cibos praeparare docuit, quibus verus risus verumque gaudium nostrum dominus Jesus Christus libenter et delectabiliter, nec non cum magna aviditate vescitur, etc.

(*In subsequentibus autem institutum in claustris perpetuum silentium reprehendit, decurtatam psalmodiam, neglecta solitudinis studio ruralia et manualia opera, minoratum quoque, humilitatis ergo, religionis studium ac tandem sic concludit*)

Dilectissimi, quaeso, redite ad cor et nolite ambulare in magnis neque in mirabilibus super vos.

CLXXXII.

tra l' anno 1128-1129.

Diploma onde il cardinal Matteo d' Albano legato di pp. Onorio II in Francia testifica che il re Lodovico ha dato franchigia alle terre di s. Martino de Campi - edito da Duchesne *storia dei cardinali francesi II - 80 -* Migne *CLXXIII - 1267.*

Ego Matthaeus albanensis episcopus et sedis apostolicae legatus, notum facio tam praesentibus quam futuris, quod in nostra Hyenuillae, et fratrum nostrorum Reginaldi remensis archiepiscopi, Gosleni suessionensis, Bartholomaei laudunensis, Simonis noviomensis, Gaufredi carnotensis, Joannis aurelianensis, Stephani parisiensis, Burchardi meldensis episcoporum, Gaufredi s. Medardi suessionensis, Sugerii s. Dionysii abbatum praesentia, charissimus filius noster Ludovicus rex, nostro et omnium praedictorum rogatu, et etiam precibus Adelaidis reginae, Radulphi Vermendensis comitis, necnon et Fhilippi filii regis, in regem designati, terram quam apud Pontisaram ecclesia sancti Martini de Campis habebat, ab omnibus consuetudinibus ad res pertinentibus liberam fecerit, excepta sola expeditione per propriam vel dapiferi sui personam submonita.

CLXXXIII.

anno 1129.

=

Lettera d' Ildeberto venerabile arcivescovo di Tours a pp. Onorio II - con evangelica libertà gli manifesta il pericolo, che dal troppo facile ricevere appellazioni e ricorsi nella romana curia deriva alla chiesa - edita da Migne *CLXXI - n. 41 - l. II - pag. 265.*

Dei gratia excellentissimo ac reverendissimo patri suo, sanctaeque Romanae ecclesiae summo pontifici Honorio, humilis Turonorum minister, debitae integritatem obedientiae.

Philosophus ait: colere officiis, non exasperare verbis oportet potestatem. Ideo cumulatis precibus exoro, ne vos, reverende pater, scriptum praesens exasperet, aut velitis, de necessitate praesumptionem figurare. Etenim necessitate scripsi, eodem, quo laesus sum jaculo, laedi metuens ecclesiae sospitatem. Bonam spem in sinu meo gero, quod scribens pro justitia, gratiam patris non amittam. Quaslibet igitur appellationes in romana vigere vel suscipi ecclesia cis Alpes auditum non est, nec ex sacris traditum institutis. Quod si forte hujusmodi novitas emerserit, ut placeat indifferenter omnem admittere appellationem, pontificalis censura peribit, et omnino conteretur ecclesiasticae robur disciplinae. Quis enim raptor ad solam anathematis comminationem non statim appellabit? Quis clericus aut presbyter, frustratoriae appellationis refugio, non putrebit, aut etiam sepelietur in stercore suo? Quis episcopus habebit in promptu, non omnem dico, sed aliquam ulcisci inobedientiam? Ejus virgam quaevis appellatio quassabit, solvet constantiam, severitatem emolliet; adducens illi silentium, et reis impunitatem delictorum. Sic fiet ut sacrilegia et rapinae, fornicationes et adulteria, pernicioso pullulent incremento. Cum praesul ad superfluas

appellationes clauserit ora, cum desierit persequi piorum persecutores locorum, cum punire manifestam sacerdotum immuuditiam, cum vidnarum injurias ulcisci et orphanorum. Dilatione nimirum censurae facinora fovebuntur, et venient in profundum iniquitatis impune delinquentes. Praeterea quis evangelicum illud implebit praeceptum: exi cito in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, caecos et claudos compelle intrare? (Luc. XIV, 24.) Quis caecum et claudum intrare compellet, si caecus vel claudus qui compelletur appellet. Denique pro delicto Heli nullus pontificum punietur, quoniam appellationis excusatione suam quisque defendet offensam. Non erit qui Saulum saevientem percutiat, qui Moysi animadversionem imitetur, qui gestet gladium Phinees, qui misericordiam et judicium Domino simul cantare praevaleat. Exempla quidem censurae supervenient. Aemulatores autem ejus qualibet appellatio sepeliet et vivos. Sane parva mihi est et exilis scientia, quasi, juxta Job, inter aquilas in praeruptis habitantes cum pullis, earum sanguinem lambit (Job XXXIX, 30). Satis est, non erubesco meam vel attendere vel profiteri mensuram. Inter caeteros sacerdotes tamen ad me pervenit quas appellationes hactenus cisalpina suscepit ecclesia, quas etiam sine offensione Sedis apostolicae reuuit et abjecit. Accepi enim, et universitas ecclesiae praedicat quis gravatis judicio subventus appellationis debeatur. Accepi quod suspectos habens judices, aut infestos, quod formidans vim temerariae multitudinis, eodem remedio possint et debeant sublevari. Unde et in decretis papae Cornelii, capitulo secundo, taliter ecclesiae traditum est: « Si quis judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. » Item in eodem: « Nullus sacerdotum causam suam alieno committat judicio, nisi ad Sedem apostolicam fuerit appellatum, sed unusquisque comprovinciales judices et notos habeat, uisi aliquam vim temerariae multitudinis illic timuerit, aut infestos vel suspectos sibi judices habuerit, pro quibus causis ad majoris auctoritatis judices, et ad alias provincias appellare et venire concessum est. » Audivi autem alias appellationes esse, sed moratorias, nec alicui recipiendas, de quibus in sacris legibus his legimus verbis: « Quicumque, non confidentia justae causae, sed causa afferendae morae, ne contra eum sententia proferatur, appellaverit, vel si de facto suo confessus, ne addicatur, appellare voluerit, hujusmodi appellatiunes non recipiuntur. » Et quidem mihi plures esse talium species appellationum, quas prudens judex ita necesse est discernat, ut circa judicandos debitam servet in omnibus aequitatem. Porro ea quae prerogativam appellationis obtinent, sicut parvitati meae monstravit (al. ministravit) auctoritas, perstrinxi. Quae si plura sunt, et usque ad tempus cathedrae vestrae, sub apostolica cucur-

rere vigilantia , confiteor non transgrediendum quidem terminos quos patres nostri posuerunt. Moratorias autem appellationes et superfluas omnino a vestra elongandas esse audientia. Non sustinendum plantari in horto Domini toxicum mortis , toxicum quo subventus afflictornm morietur , quo pontificalis vigor elanguebit , quo justiciae parcimonia in nihilum revertetur , incrementum autem suscipiet ubertas delictorum

CLXXXIV.

nell' anno 1129.

Lettera del venerabile Ildeberto arcivescovo di Tours a pp. Onorio - si scusa di non aver potuto compiere alcune commissioni a lui imposte dal pontefice - pubblicata da Migne *CLXXI - n. 40 - l. II - pag. 264.*

Honorio, Dei gratia reverendissimo ac sanctissimo patri suo, sanctae romanae ecclesiae summo pontifici, Hildebertus humilis turonorum minister, integrae perseverantiam obedientiae.

Litteras ad nos, beatissime pater, vestra dedit sublimitas, continentes ut causam quae de conjugio Hugonis de redone, et Agnetis uxoris suae suscitata fuerat, utraque parte convocata, satageremus terminare. Quibus cum diem agendi ex vestro dedissemus praecepto, ipsa Agnes et pro brevitate temporis, et pro loco ad quem suos deducere non poterat advocatos, et maxime Guidonem de Lavalle fratrem suum cum comite guerram habentem, se non posse ad causam venire praetendit. Praeterea contigit ut, ante diem quam posueramus, francorum rex ad coronandum filium suum, et in regem ungendum nos invitaret; et in eadem die, quam utrique dederamus, egredi de nostra sede nos tempore et conditione cogeremur. Porro non exaudire regem, cui postulatum debebamus obsequium, et quem vel sic mitigandum speravimus, et in damnum ecclesiae cessurum, et in majorem adversus nos indignationem, nemo est qui dubitet. Cum igitur et excusatione Agnetis, et vocatione qua vocati sumus a rege, praescripto die causam non possemus terminare, competentem ei obtulimus diem, quem tamen ipse omnino suscipere recusavit. Quod ideo vobis, pater sancte, significandum censuimus, ut si quis vobis aliter id referret, vos et dilationis causam cognosceretis, et rei veritatem. Conservet vos Dominus ecclesiae suae, pater sancte.

CLXXXV.

nell' anno 1129.

=

Lettera di pp. Onorio II a s. Norberto arcivescovo di Magdeburgo - gli dà facoltà di sostituire i premonstratensi ai chierici che hanno abbandonato la vita comune e l' osservanza canonica - pubblicata da Hugo *annali premonstratensi II 400 -* Migne *CLXVI - 1303 - num. 99.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Norberto magdeburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quae a fratribus nostris juste et rationabiliter statuta esse cognoscimus, animo libenti auctoritate apostolica confirmamus. Quemadmodum autem ex scriptorum tuorum, quae ad nos tua direxerit fraternitas, inspectione, et nunciorum tuorum relatione percepimus, clericorum, qui in ecclesia sanctae Mariae Magdeburgo minus religiose vivebant, et ob hoc etiam bona ipsius ecclesiae fuerant imminuta, in locis aliis, necessitatibus suis tanquam pios pater providens, posuisti, et in eadem ecclesia beatae Mariae religiosos viros canonicam vitam professos statuisti; quod quia a prudentia tua zelo Dei in religionis intuitu juste factum esse dignoscitur, ratum jubemus.

Datum Laterani, anno 1129.

CLXXXVI.

prima del 2 febbraio 1129.

=

Onorio II pp. commette al cardinal Matteo di Albano la causa di Enrico vescovo di Verdun - pubblicata da Bouquet *recueil XV - 269 -* Migne *CLXVI - 1292 - num. 88.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Matthaeo albanensi episcopo, apostolicae Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum tua novit fraternitas, virdunenses canonicos olim ad nostram praesentiam venientes, episcopum suum Henricum de dilapidatione bonorum ecclesiae et thesauri, et de simonia accusarunt. Nos autem quia tantum flagitium silentio praeterire non potuimus terminum utrique parti praefiximus; ipsi vero, die statuto, se nostro conspectui praesentarunt. Tandem accusatores per advocatum suum quaedam de electione episcopi et vitae incontinentia interloquentes, demum inscriptione facta de simonia et dilapidatione bonorum et thesauri ecclesiae, episcopum praesentem per proprias personas accusarunt. Caeterum, pars altera quae cum episcopo venerat, unum de accusatoribus illis, quod in diaconatu concubinam habuerit per scriptum accusans, repellere nitebatur. E converso autem qui cum accusatoribus venerant, istum ad accusationem, imponendo crimen perjurii, repellebant. Quia igitur in contumeliosa verba nimis irrationabiliter prorumpebant, ne propter tot replicationes accusantium lis extenderetur ad infinitum, causam experientiae fraternitatis tuae commissimus terminandam. Tu vero tam praedictum episcopum quam partem adversariam ad tuam presentiam evocans, Catalaunum adeas; ibique adscitis tibi trevirensi archiepiscopo, et aliis episcopis, sapientibus etiam et religiosis viris, negotium studiose

andias, et diligenti indagatione perquiras. Quod si accnsatores et testes idonei apparuerint, communicato fratrum consilio, canonice causam definias; alioquin in facie quam laesit ecclesiae juxta tunm et aliorum fratrum qni tecum erunt consilium, innocentiam suam evidenter ostendat; postmodum vero de querimoniis suis per justitiam aut coucordiam pacem inter eos componas.

CLXXXVII.

2 marzo 1128.

Lettera di pp. Onorio II - al capitolo di Parigi per la causa tra il re Lodovico e Stefano arcivescovo - publicata da DUBOIS » *historia ecclesiae parisiensis tom. II - pag. 27 - Parigi - Muguet 1710 - sconosciuta a* JAFFE *e* MIGNE.

HONORIUS episcopus servus servorum Dei dilectis filiis parisiensi capitulo salutem et apostolicam benedictionem.

Cum consuetudinis usus que non sit levis auctoritas, et plerumque discordiam pariant novitates, auctoritate vobis praesentium inhibemus, ne absque venerabilis fratris nostri episcopi vestri con ilio et consensu immutatis ecclesiae vestrae constitutiones et consuetudines approbatas, vel novas etiam inducatis, irritas decernentes, si quas forte fecistis in ipsius episcopi praejudicium, postquam est regimen ecclesiae parisiensis adeptus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae inh bitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani? nonas martii pontificatus nostri anno quinto.

CLXXXVIII.

13 marzo 1129.

=

Privilegio di pp. Onorio II - ai canonici di s. Pietro in Bologna - pubblicato da Savioli *annali bolognesi appendice II - II - 174 -* Migne *CLXVI - 1293 - num. 89.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Lamberto archiepresbytero et caeteris bononiensis ecclesiae b. Petri canonicis tam presentibus quam futuris, salutem.

Quoties illud a nobis petitur quod intime pertinere cognoscitur, animo nos decet libente concedere et optatum impertiri suffragium. Proinde, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus inclinati bononiensem b. Petri ecclesiam in qua divino mancipati estis servitio in b. Petri tutelam nostramque protectionem suscipimus et scripti nostri pagina communimus. Statuentes vobis quecunque bona juste habetis vel habere debeti, tam in terris et vineis quam et in diversis possessionum speciminibus per singula loca et territoria constitutis, undecunque vobis per quemcunque modum vel titulum advenisse noscuntur, vel in antea acquisieritis. Insuper etiam obnoxias constituimus vobis omnes decimationes totius plebis sanctae Mariae, quae vocatur de Buida et ecclesiam s. Mariae quae est sita in monte palensi cum oblationibus et suis omnibus pertinentiis, et quidquid a Deum timentibus ibidem pro vivorum et defunctorum salute oblatum fuerit. Oliveta quoque quae sunt in territorio quod vocatur de Garda, domum quoque prope palatium episcopi ejusdem ecclesiae. Omnes autem domus quae ubique sunt ejusdem canonici juris seu quidquid de ejusdem ecclesiae jure nunc habetis vel ipsi, vel successores vestri juste acquirere deinceps potueritis. Domenicatum etiam ejusdem ecclesiae totum; ecclesiam quoque sancti Joannis Baptistae juxta majorem ecclesiam positam: medietatem vero decimarum omnium totius plebis sancti Petri quae vocatur in barbarorum; nec non concedimus vobis cunctas res mobiles quae vobis aliquo modo pertinere dici et nominari rite videntur. Per hanc de-

creti nostri vel concessionis paginam ut quiete, pacifice tenere, possidere, remota omnium hominum contradictione aut molestatione secure valeatis. Decernimus ergo ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullaque magna parvaque persona cujuscunque ordinis in rebus et possessionibus vestris placitum tenere, aut injuriam residentibus supra terras vestras facere praesumat, nec illos distringere aut molestare aut pignus tollere, aut flagellare audeat. Sed liceat vobis et successoribus vestris omnibus rebus et possessionibus vestris omni tempore sub tuitionis nostrae munimine quiete frui, remota totius potestatis inquietudine. Si quis autem temerarius contra hoc nostrum confirmationis decretum ire tentaverit, aut aliquam molestationem inferre praesumpserit, et supradicta non observaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione condigne emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem praenominatae ecclesiae justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Dat. Lat. per manus Aimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, id. martii indict. VII, Incarnationis Dominicae an. 1129, pontificat. autem domni Honorii II papae an. V.

CLXXXIX.

24 marzo 1129.

Privilegio di Onorio II - a Goffredo cardinale e abate di Vandôme dietro le lettere e i reclami di lui contro il vescovo di Angers - pubblicato da Mabillon *annali benedettini VI - 653 -* Migne *CLXVI - 1294 - n. 90 -* Mittarelli *annali camaldolesi t. III - pag. 219.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gaufrido vindocinensis monasterii abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Sacrosancta romana ecclesia, quae a Deo sibi concessum omnium ecclesiarum retinet principatum, tamquam diligens mater singulis debet ecclesiis instanti vigilantia providere. Justum est igitur et rationabile ut ecclesiae et venerabilia loca, maxime quae ad speciale jus et proprietatem sanctae romanae, cui Deo auctore servimus, spectant ecclesiae, specialioris praerogativae sortiantur honorem, et apostolicae auctoritatis munimine roborentur. Quocirca, dilecte in Domino fili Gaufrede abbas, tuis rationabilibus postulationibus non immerito annuendum censuimus, ut vinducinense monasterium cui Deo auctore praesides quod videlicet ab ipsis fundatoribus Gaufredo andegavensium com te et Agnete pictavensium comitissa Sedi apostolicae obiatum est, ad praedecessorum nostrorum sanctae memoriae Alexandri, Urbani, Paschalis et Calixti romanorum pontificium exemplar, apostolicae Sedis privilegio muniremus. Possessiones itaque et bona quae idem monasterium in praesentiarum juste et canonice possidet, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus haec propriis nominibus duximus adnotanda: ecclesiam videlicet sanctae Mariae de Surgeriis, ecclesiam sanctae Mariae de castro Oleronis, et ecclesiam sancti Nicolai, ecclesiam sanctae Mariae de Casteliis, ecclesiam sancti Clementis de Credone, ecclesiam sancti Salvatoris juxta muros Andegavis, et capellam sancti Eutropii. Quaecumque praeterea in futurum, largiente Domino, concessione

pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis modis juste et legitime poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et integra conserventur. Ad haec, sicut iidem fundatores denuntiarunt et in eorum charta continetur sub apostolicae Sedis defensione ac Romana libertate ab omni conditione aliarum personarum absolutum semper et liberum idem monasterium permanere sancimus, ita videlicet ut inter Romanum pontificem et te tuosque successores nulla cujuscunque dignitatis vel ordinis persona sit media habeatur, nec ipse Vindocinensis abbas ad concilium ire ubi papae persona non aderit, ulla tenus cogatur. Porro ecclesiam beatae Priscae in monte Aventino sitam, cum universis pertinentiis suis, sicut tempore praedecessorum nostrorum antecessores tui possidisse noscuntur, tibi tuisque successoribus cum omni dignitate quae ad eamdem ecclesiam pertinet, confirmamus, sancti Spiritus judicio decernentes, ut nulla deinceps ecclesiastica saecularisve persona praedictam beatae Priscae ecclesiam seu ecclesiae dignitatem tibi tuisve successoribus qualibet astutia vel occasione auferre praesumat. Quando si forte contigerit Romanae legatum ecclesiae praedictum Vindocinense monasterium visitare, charitative ibi suscipiatur, et ei juxta loci possibilitatem diligenter quae corpori fuerint necessaria ministrentur. Sane legatus ipse in eodem loco per se nihil disponere vel corrigere audeat, neque occasione legationis rectorem loci vel fratres molestare praesumat; sed si quid forte corrigendum cognoverit, papae notificare licebit. Si quis autem adversus locum illum pro aliquibus rebus causari voluerit, nullatenus abbas vel fratres ei respondeant antequam Romanum pontificem consulant, quia quod sine nostro vel successorum nostrorum judicio distractum vel diffinitum fuerit, irritum erit. Ad indicium vero perceptae hujus a Romana ecclesiae libertatis, duodecim solidos moni ae vestrae quotannis Lateranensi palatio persolvetis. Si quis igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.

Ego GG. card. tit. sanctorum apostolorum subs.

Ego Petrus presbyter card. tit. Calixti subs.

Ego Petrus presbyter card. tit. s. Marcelli subs.

Ego Girardus card. presbyter tit. Fascioiae subs.

Ego Gregorius presbyter card. tit. s. Balbiniae subs.
Ego Rusticus presbyter card. s. Cyriaci subs.
Ego Guglielmus Praenestinus episc. subs.
Ego Egidius Tusculanus episc. subs.
Ego Joannes Ostiensis episc. subs.
Ego Conradus Sabinensis episc. subs.
Ego Joannes presbyter card. tit. s. Grisogoni subs.
Ego Gregorius s. Angeli diaconus card. subs.
Ego Sazo card. presbyter tit. s. Stephani subs.
Ego Petrus presbyter card. tit. s. Equitii subs.
Ego Petrus presbyter card tit. s. Anastasiae subs.
Ego Goselinus presbyter card. tit. s. Ceciliae subs.
Ego Sigizo presbyter card. tit. sancti Sixti subs.
Ego Eibertus presbyter card. tit. s. Clementis subs.
Ego Deusdedit presb. card. tit. s. Lauretii in Damaso subs.
Ego Jonathas diaconus card. Ss. Cosmae et Damiani subs.
Ego Gregorius diaconus card. Ss Sergii et Bacchi subs.

Datum Laterani per manum Aimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, IX kal. aprilis, indict. VII, Incarnationis Dominicae anno 1129, pontificatus autem domni Honorii II papae anno V.

CXC.

23 aprile 1129.

Onorio II pp. restituisce il monastero di Argenteuil a Sugero abate di s. Dionigi, dopo che Matteo cardinal d' Albano suo legato n' aveva cacciato fuora Eloisa colle sue monache - edito dalla Gallia christiana *VII - instr. 52 - insieme col decreto del cardinal Matteo -* Migne *CLXVI - 1296 - num. 91 -* Innocenzo *II lo cita e conferma nella lettera 15 - pag. 65 - tom. CLXXIX - C. M. -* Dubois *storia della chiesa di Parigi II - 69 - 70 - insieme col decreto del cardinal d' Albano.*

Honorius, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Sugerio abbati s. Dionysii, salutem et apostolicam benedictionem.

Tunc religionis amor et charitatis unitas in sui status perfectione servabuntur, si quod a membris ecclesiae rationabili dispositione restituitur, a capite roberetur. Nos igitur in Sede b. Petri apostoli, cui Christus contulit ecclesiarum omnium principatum, licet indigne a Domino constituti, unitatem spiritus in vinculo pacis conservare volumus, et quae a fratribus nostris constituta sunt, propensiori studio auctoritate apostolica confirmamus. Venerabilis siquidem frater noster Stephanus Parisiensis episcopus, sicut ex litterarum suarum inspectione cognovimus, monasterium Argentoilum, in quo quaedam malae vitae, prout dicebatur, mulieres vivebant, quod etiam ex antiquis regum praeceptis cognoverat jure monasterio s. Dionysii pertinere, in praesentia venerabilium fratrum nostrorum Matthaei Albanensis episcopi, et apostolicae Sedis legati, Rainaldi Remensis archiepiscopi, Gaufridi Carnotensis, Gosleni Suessionensis episcoporum, hortatu etiam charissimi filii nostri Ludovici illustris et gloriosi regis Francorum, dilecte in Domino fili Sugeri abbas, intuitu religionis tibi et monasterio s. Dionysii, salvo jure Parisiensis ecclesiae concessit, ita tamen ut mulieribus in religiosis

locis ubi animas possint salvare provideas. Quod ergo pro reformando religionis amore de praefato monasterio a predicto Stephano Parisiensi episcopo statutum est auctoritate nostra firmamus, et firmum volumus futuris temporibus permanere. Tuae igitur dilectioni mandamus, ut religionem et monasticen in praefato loco statuere diligenti vigilantia studeas; et ne praedictarum mulierum aliqua in tua culpa depereat, in locis religiosis sollicita cura provideas.

Datum Laterani nono kalendas maii.

CXCI.

27 aprile 1129.

=

Onorio II benedice e conferma i beni dei chierici di s. Martino di Nivers che avevano fatto professione di vita comune, ed osservanza canonica - edito dalla Gallia cristiana *XII - 338 - n. 47 -* Migne *CLXVI - 1297 - n. 92 -* Innocenzo II *lo cita e conferma colla lettera 22 - pag. 71 - 72 - t. CLXXIX - C. M.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Stephano priori ecclesiae s. Martini in suburbio Nivernense constitutae, et ejus fratribus tam praesentibus quam futuris canonicum ritum ibidem professis, in Domino salutem.

Apostolici moderaminis clementiae convenit religiosos viros diligere et eorum loca paternae pietatis munimine defensare; ideoque, dilecte in Domino fili, Stephane prior, ecclesiam b. Martini Niveruensis cui Deo auctore praesse dignosceris, sub b. Petri tutelam et apostolicae Sedis protectionem suscipimus, et praesentis scripti nostri pagina roboramus. Possessiones igitur et bona quae eadem ecclesia in praesentiarum juste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis largiente Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, et illibata permaneant, salva nivernensis episcopi justitia et reverentia; in quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda, videlicet duas ecclesias de Luciniaco cum pertinentiis suis, capellam de Balias, ecclesiam de Buciaco, ecclesiam de Moresca, ecclesiam de Coloncello, ecclesiam de Bazolis, ecclesiam de Spiriaco, ecclesiam de Monte Rumilionis, ecclesiam de s. Audoeno. Confirmamus etiam vobis donationem annonae quae in dedicationibus ecclesiarum offertur a Fromundo niveroensi episcopo ecclesiae vestrae collatam. Sane ordo canonicus ibi positus futuris perpetuo temporibus inviolabiliter conservetur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus

possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, tam vestris quam pauperum usibus profutura. Si qua ergo in posterum, etc.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Aimerici s. romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, V kalendas maii, indictione VII, anno incarnationis dominicae 1129, pontificatus autem domini Honorii papae II anno V.

CXCII.

13 settembre 1129.

Privilegio di Onorio pp. II al monastero di s. Maria de Curatio in Calabria - divolgato da Ughelli *Italia sacra IX - 274 - la data del 1130 è senza meno erronea e mancano indizi intrinseci per definire a qual altro anno appartenga. Siccome notò già lo stesso* Ughelli*, Onorio pp. nel 1130 era morto e non sarebbe caduto mai l'anno VII del suo pontificato. Si noti che il testo è una versione dal greco, essendo perito l'originale. -* Migne *CLXVI - 1298 - n. 93.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, universis et singulis Christi fidelibus, salutem et apostolicam benedictionem in perpetuum.

Desiderium, quod religionis (amore?) proponitis, et ad animarum salutem pertinere moustratis, auctore Deo, semper est aliqua dilectione complendum. Eapropter, dilecti in Domino filii . . . . monasterii, siti in loco qui dicitur de Curatio, ad honorem Virginis dedicatum, quod quidam filius noster Rogerius de Marturano construxit, et sanctae romanae ecclesiae obtulit ad exemplar antecessorum nostrorum fel. record, Alexandri II, Gregorii VII, Urbani II, Paschalis II, Calixti II, sanctae apostolicae Sedis auctoritate protegimus, et indulgentiae privilegio communimus. Eapropter cupientes indulgentiis et gratiis spiritualibus ditari, et pro Virginis honoribus frequentari, omnibus et singulis vere poenitentibus, et confessis qui eum locum in festivitatibus ipsius Virginis gloriosae, videlicet Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, et Assumptionis ejusdem, et Innocentium visitaverit reverenter, et in reparatione ecclesiae ipsius eleemosynam tribuerint, manusque porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum ejus Petri et Pauli auctoritate confisi, centum et quinquaginta annos de

injuctis sibi poenitentiis, et etiam per octavas praedictarum festivitatum misericorditer in Domino relaxamus.

Dat. apud s. Mariam de Curatio per manus Aimerici s. r. e. diac. cardinalis et cancellarii, idib. septemb. ind. III, inc. dominicae anno millesimo centesimo trigesimo, pontificatus nostri anno septimo.

CXCIII.

15 luglio 1129

═

Breve di pp. Onorio II ad Alessandro vescovo di Bergamo - edito da Lupi *e* Ronchetti *codice diplomatico bergamasco II - 939 - Al* Jaffè, *che lo ha citato, sfuggì questo breve -* Migne *fu da lui tratto in errore.*

Honorius episcopus servus servorum Dei dilecto fratri Ambrosio pergamensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

Per praesentia scripta fraternitatem tuam rogamus, quatenus canonicas sancti Alexandri tamquam bonus pater benigne pertractes et super ecclesia de Lemene, in qua tibi jus tantum episcopale concessimus, non inquietes.

Datum Laterani idibus iulii.

CXCIV.

14 maggio 1129.

=

Lettera di Onorio pp. II - ai canonici di Bergamo colla quale annunzia loro di aver definito la controversia che si frapponea tra essi ed Alessandro vescovo - edito da Lupi *e* Ronchetti *codice bergamasco II - 938 questo privilegio è pure sfuggito a* Jaffe *e* Migne.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis s. Alexandri pergamensis salutem et a. b.

Quoniam absque charitatis uuitate et pacis vinculo Deo gratus non impenditur famulatus, litem et controversiam quae inter vos et venerabilem fr. n. Ambrosium episcopum vestrum agitabatur consilio ff. nn. cardinalium hoc modo sedare curavimus. Vobis namque et ipso nostro conspectui praesentatis singula quaeque de quibus erat inter vos contentio diligenter attendimus et quemadmodum in subditis finem imposuimus. Super iuterdicti quidem sententia quam idem frater noster episcopus in vos dederat, quoniam antequam finiretur sententia constat vos audientiam appellasse romanam, visum est nobis ut quiescat et res in statu priori permaneat et vos liberam habeatis facultatem divina officia celebrandi. De duobus vero clericis quos ipse in ecclesia s. Alexandri contra voluntatem vestram tonsuravit et de aliis duobus a vobis in eadem ecclesia eo invito constitutis, et de tertio quem ordinari ibi desideratis, placuit pro concordia inter vos statuenda, ut tam illi duo qui ab eo ibi sunt tonsorati, quam duo alii qui a vobis ibi sunt positi clerici ipsius ecclesiae fiant et in ea permaneant. De tertio vero quoniam vos magnum fructum speratis ecclesiae perventurum, pro bono pacis, ut eum pro caritate nostra ibi constitueret, rogavimus. De decimis vero super quibus inter vos agitabatur contentio statuimus, ut quantum inter vos per instrumenta vel testes probare poteritis vos sua vel catholicorum praedecessorum suorum episcoporum concessione eas habuisse de coetero liceat vobis ipsas quiete et libere possidere. Oblationem siquidem altaris

in festo s. Alexandri libera ei facultas sit ant in sua manu propria retinere aut vobis ex liberalitate conferre. Bonos vero nsns et consuetudines quas tempore praedecessorum snorum constat vos habuisse, vobis observet. Praeterea de ecclesia de Licina nondum consecrata cum tamen nulli omnino liceat absque licentia episcopi ecclesiam construere, fraternitatem suam rogavimus, quatenus eam ex mnnificentiae suae benignitate vobis concederet, reservato siquidem ei episcopali jnre nt videlicet digno presbyt ro sibi a vobis praesentato curam animarum committat. In ecclesia siquidem de Lemine jus episcopale nihilominus integre habeat. At haec terram quam ecclesiae s. Fidelis esse asserit si juris esse ipsius ecclesiae probare poterit, de coetero in pace possideat.

Datum Laterani II (sic) idus maii.

CXCV.

13 ottobre 1129.

=

Decreto dei legati apostolici di pp. Onorio sulla controversia del vescovo e canonici di Bergamo - edito da Lupi *e* Ronchetti *codice bergamasco II - 242 - 43 - sconosciuto a* Jaffe *e* Migne - Ughelli - *IV - 451 - Questa controversia non cessò così tosto, e non è a dire quanto mai tornassero importuni alla s. Sede i litiganti: il bollario d'*Innocenzo *II - t. CLXXIX - 136 - di* Lucio *e* Celestino *II - (ivi 775 - 858 - 59 -) ne portano le tracce.*

Frr. Joannes et Petrus sanctae romanae ecclesiae presbyteri cardinales et apostolicae Sedis legati dilectis fratribus canonicis s. Alexandri salutem.

Propter humanae infirmitatem naturae et rerum transeuntium necessitatem controversias et questiones, quae inter vos et Ambrosium venerabilem episcopum vestrum agitabantur, quo ordine et judicio terminavimus, praesentis libelli paginae subnexuimus. Quae quidem praesenti anno coram domino papa simili modo discussae et terminatae sunt. Siquidem duas ecclesias, unam in Lisina, alteram in Lemene, quae in jis et proprietatem beati Alexandri, ordine licet minus canonico, devenerant, domini papae im.tantes vestigia, perpetua vobis et successoribus vestris auctoritate firmavimus, isto videlicet modo. Vestra namque intererit sacerdotem in iis collocare, idoneum invenire, inventum vero quem si non poterit episcopus canonica ratione repellere et canendi licentiam et curam commendabit animarum et vos ei et ecclesiam et res assignabitis temporales. Ordinatum autem in ecclesia sacerdotem vestre sollecitudinis erit pro modo sue conversationis eum in ecclesia tenere vel amovere. Preterea cum oportunum fuerit et episcopum ad ecclesie consecrationem invitabitis et episcopo clericos ad promoven-

dum a signabitis. Crisma similiter et oleum sanctum ab episcopo suscipient. Si tamen episcopus Pergamensis catholicus fuerit et haec omnia gratis et absque ulla pravitate voluerit exhibere. Haec omnia quae praedicta sunt apostolica auctoritate et nostra, inter episcopum et canonicos certa ratione discrevimus, ita ut propter ista in praefatis ecclesiis et in earum clericis nihil sit requirendum episcopo. Postremo prefati beati Alexandri canonici inter cetera consuetudines quas ab episcopo requirebant, etiam panem et vinum in sacrificium totius anni et honestam procurationem sacerdotis unius diaconi subdiaconi et acoliti atque duorum custodum et unius ministri a festivitate beati Bartolomei quousque ecclesia more solito parata manet et restaurationem tecti ejusdem ecclesie antiqua retro consuetudine exigebant. Ceterum pars episcopi modis omnibus denegabat. Producti sunt ex parte canonicorum tres idonei testes. Petrus Berlane Wilielmus Degastaldio Oddo de Crotta, quorum primus de tempore Ambrosii Attonis et Arnulfi, secundus de Attonis et Arnulfi tempore, tertius de tempore tantum Arnulfi testimonium protulerant se vidisse in vinea donica que est de jure episcopatus beati Alexandri duos congios vini ad mensuram pergamensem a canonicis pro sacrificio exigi et duos sextarios frumenti a ministris episcoporum cum prefata mensura vini quot annis persolvi, similiter de cibo et potu illarum VII. personarum ubi et qui dabant et qui recipiebant aliqui nominati sunt. Insuper dicebant homines de Gorle qui Gotteroli vocabantur, mandato et expensa episcoporum tecta ecclesie restaurare solere. Ad quorum testimonium postquam tactis sacrosanctis evangeliis firmatum est, adjudicamus haec quae dicta sunt in posterum ecclesiae beati Alexandri ab episcopo singulis annis persolvi debere et per baculum quod manu gestabamus canonicos prefati gloriosissimi martiris Alexandri de consuetudinibus illis perpetuo possidendis investivimus.

Actum est hoc in civitate Pergamo in palatio episcopi mense octobrio III idus ejusdem mensis indictione VII anno Dominice Incarnationis M. C. vigesimo VIIII. Pontificatus autem Domini Honorii II. Pape V.

Huic judicio et definitioni interfuerunt hi testes Presb. Girardus et Presb. Teubaldus sancti Vincentii. Presb. Johannes sancti Matthei. Albertus Presb. s. Michaelis. Presb. Andreas sancti Stephani. Laufrancus Presb. sancti Johannis. Johannes Presb. sancti Michaelis. Presb. Andreae sancti Laurentii. Johannes Presb. sanctae Aghathe et plures alii. Diaconi Albertus et Ambrosius. Laici Aldus de Crotta. Girardus archidiaconi. Oto de Rivola. Albericus diacoui Lanfrancus de Butanuco. Girardus de Paterno. Petrus Musca. Albertus de Matta Laufrancus Judex. Albertus et Liprandus de Curte Regia et multi alii.

✠ Ego Johannes tit. s. Grisogoni presbyter card. et legatus sub cr.

✠ Ego Petrus tit. s. Anastasie presbiter card. legatus subscr.

CXCVI.

19 novembre 1129.

=

Breve inedito di pp. Onorio II - ad Ambrogio abate di Passignano dell' ordine vallombrosano - pergamena inedita sincrona dell' archivio centrale di Firenze num. 108 - 2322 - Badia di Ripoli - Ella è ivi trascritta nel grande regesto vallombrosano - ripulense - t. I - pag. 83 - 84 - 211 - Il Soldani, *che illustrò già la badia di Passignano e l' ordine vallombrosano, non tiene conto di questa bolla, unica, che porti il nome di Anselmo prete cardinale.*

Honorius episcopus servus servorum Dei Ambrosio passignanensi abbati salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis tuae petitiones benigne suscepimus et monasterium quod in honorem sancti Michaelis sanctique Benedicti et aliorum sanctorum in burgo Sevae aedificas et hospitale quod ibi juxta ecclesia sancti Donati aedificatum est et hospitale de monte Silvulae et molendina quae sunt in Arbia et curtes videlicet pilli et curam et omnes alias ubicumque sunt per decreti praesentis paginam apostolicae Sedis protectione munimus. Decernimus ergo (vel igitur) ut nulli omnino homini clerico vel laico liceat ipsum monasterium et hospitalia et molendina et curte, quas modo fideles ibi Deo servientes habent vel antea habituri sunt, temere perturbare, depredationes illic vel assaltus facere vel incendia vel eorum possessiones auferre vel ablata retinere minuere vel temerariis perturbationibus fatigare: sed omnia quae modo habeat vel antea Deo dante adquisierint integra conserventur, ibi Deo servientium peregrinorum atque pauperum usibus profutura. Quicumque vero ipsum monasterium et in eo Domino servientium fovere suisque rebus honorare curaverint et omnes res quas habent adiuverint auxerint atque custodierint, omnipotentis Dei et apostolorum

omniumque sanctorum atque sanctarum gratiam et benedictionem consequantur. Si quis autem, quod absit, clericus vel laicus huic nostro decreto contraire temptaverit, ex parte omnipotentis Dei et beatae Mariae et apostolorum Petri et Pauli omniumque sanctorum et sanctarum Dei et totius ecclesiastici ordinis excommunicamus maledicimus et anathemizamus, nisi ad poenitentiae satisfactionem pervenerit.

Ego Honorius catholicae ecclesiae.

Datum apud sanctum Joannem de Laterano per manum Anselmi sanctae romanae ecclesiae presbyteri et cardinalis XIII kalendas decembris indictione VII incarnationis dominicae anno 1129:

CXCVII.

15 decembre 1129.

=

Privilegio di pp. Onorio II - al monastero dei benedettini di Amelunxborn nella diocesi d' Hildesheim - edito da Leukfeld *annales Michaelsteinenses et amelunxbornenses - 21 -* Migne *CLXVI - 1299 - n. 94.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio . . . . abbati monasterii s. Mariae iu Ameiinchgesborn dioecesis hildeshelmeosis, ejusque successoribus regulariter substitneodis in perpetuum.

Pium desiderium, quod ad ampliandae religioois propositom pertioere monstratur, Deo aoctore, sioe u'la dilatione est compleodum. Ideo, dilecte in Domino fiii abbas, tuis justis et ratiooabiiibus postuiatiooibus equum et gratum praebcntes assensum monasterium cui, Deo auctore, praeesse dignosceris sub b. Petri et oostram protectionem suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Sancieotes ot io eo ordo monasticos, secuodum regolam s. Beoedicti et reformationem Cisterciensem inibi institutus, perpetuis foturis temporibos iovio!abiliter observetur. Statuentes iosoper ut quascunque possessiones, et quaeconque bona idem monasteriom io praesentiarum jnste et ratiooabiiiter possidet, aut io futorom concessione pontificum, iargitione regum, vel priocipum, aut obiatiooe aliorom fideiium, seu aiiis justis modis, praestante Domioo, poteritis adipisci, firma, quieta et integra, tibi tuisque soccessoribus maneant, semper saiva tameo diocaesaui episcopi canooica justitia et debita reverentia. Obeunte vero te, oouc ejusdem loci abbate, seu tuorum quolibet successorum, noilus ibi qualibet sobreptionis astutia vel vioientia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu, seu tamen pars fratruom consilii saioris, aut de suo seu de alieoo, si necessitas postulet, coiiegio, secundum Dei timorem, et ordinis vestri rigorem, providerint eligendum. Et sicut personae tuae specialiter mitram, daimaticam, sandalia et annuium portare concedimus, ita omnibus successoribus tuis reguiariter eiectis in omnibus sanctorum soiemnitatibus atque in festivis processionibos ac synodis, eadem aoctoritate apostolica

permittimus et confirmamus in perpetuum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum, seu parvae vel magnae extimationis vel auctoritatis fuerit, liceat praefatum monasterium temere perturbare, seu ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliis temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra, firma, et inconcussa serventur eorum, pro quorum sustentatione concessa sunt usibus omni modo profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio de perpetrata iniquitate existere cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat. Omnibus vero eidem sancto loco jura sua servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen.

Dat. Laterani, non. decembris, indict. XIII, anno incarnationis dominicae 1129 pontificatus vero domni Honorii II papae, anno quinto.

CXCVIII.

tra l' anno 1129-1130.

Lettera di s. Bernardo ad Almerigo diacono cardinale e cancelliere di pp. Onorio II - vigorosamente risponde alle calunnie lanciate contro di se e chiede facoltà di rimanersi nella solitudine - pubblicata da Migne *CLXXXII - pag. 154 - n. 48 -* Manriquez *ann. cisterc. I. 193.*

Viro illustri Haimerico, sanctae romanae Sedis cancellario, frater Bernardus abbas dictus Clarae-Vallis, salutem et non in via.

1. Etiamne pauperi et inopi veritas odium parit, et ne ipsa quidem miseria declinare invidiam potest? Querar, an glorier, quod factus sum et ipse inimicus vera dicens? Vera dicens, an recta agens? Sed hoc viderint fratres vestri, qui contra legem maledicunt surdo (Levit. XIX 14) et maledictum propheticum non verentes, dicunt bonum malum, et malum bonum (Isai. V, 20). Quid in me, a boni viri, displicuit fraternitate vestrae? Utrumne quod apud Catalaunum amotus est a villicatione sibi credita homo usquequaque diffamatus, quia in ecclesia virdunensi cui praefuerat, dissipasset bona domini sui? An quod in urbe cameracensi monasterii sui manifestus destructor Fulbertus cedere compulsus est Parvino, qui omnium testimonio fidelis est servus et prudens? An certe quod Laudun de prostibulo Veneris suum Deo sanctuarium restitutum est? Propter quod horum me, non dico, lapidatis, sed laceratis, ut minus aliquid recipiam a Domino meo? (Joan. X 32) Et hoc merito atque cum omni gloria responderem, si quid in eis meum cognoscerem. Nunc autem ut quid judicor ego de factis alienis? aut si meis, cur tanquam de malis? cum cuncta haec justa atque praeclara gesta fuisse nulla imprudentia dubitare, nulla negare impudentia possit. Eligite nunc utrum libet: aut negate certe, aut fatemini me horum auctorem. Si feci: laude dignum est laudabilia peregisse, et inique redarguor, unde laudari merueram. Si non feci; ut laudem non merui, sic profecto nec

vituperationem. Novum genus detractionis, et revera simile aliqu'd habens operi Balaam qui ductus et conductus ad maledicendum populo, magis benedictionibus cumulabat (Num. XXII - XXIV). Quid justius, quid jucundius, quam ut quem reprehendere intendis, plus commendes; ut praeconiis pro conviciis utaris nescius; et volens detrahere laudes invitus. Quasi vera nulla mea mala inveniant ut pro malis mihi bona objiciant, vel potius adjiciant aliena.

2. At ego nec indignis vituperationibus moveor nec indebitas recipio laudes: nil mea refert de his, quorum auctor non extiti. Laudent si volunt, vel vituperent, si audent; de primo quidem dominum albanensem, de secundo vero dominum remensem; porro de tertio eumdem aeque archiepiscopum simul et episcopum laudunensem, cum rege pariter et multis aliis reverendis personis qui se utique auctores in his et principes extitisse minime diffitentur. Si bene egerunt, quid ad me? si aliter, quid aeque ad me? An tota et sola culpa mea est quod adfui, homo solis latebris dignus; soli mihi judex, soli accusator et arbiter constitutus, quatenus monstret actio quod habet professio, et nomen monarhi solitaria mihi conversatio interpretetur? Adfui enim negare non possum; sed vocatus, sed tractus. Si hoc amicis displicuit; fateor, et mihi. Utinam non essem ad illa, utinam non irem ad similia. Utinam et nuper non issem, ubi vidissem adversum ecclesiam apostolica (proh dolor!) auctoritate violentam armari tyrannidem, quasi non satis per se insaniss t. Tum demum sensi juxta profetam adhaerescere linguam meam palato meo (Psal. CXXXVI 6), cum subito pondus superjectum est nostris cervicibus, atque irrefragabilis auctoritas litterarum. Heu! obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est (Psal. XXXVIII 3) quando vidi repente ad illas litteras impleri facies innocentium ignominia, et lactari amplius impios quod male fecerint et exultare in rebus pessimis. Misertum est impio, ut juxta dictum propheticum, non disceret facere iustitiam: et qui in terra san torum iniqua gessit (Isai. XXVI 10) ipsius terra iustissimo, quo tenebatur, absoluta est interdicto.

3. Propter hujusmodi, etsi aliud non sit, gravor interesse causis: quarum praesertim mea non interesse cognosco. Gravor, sed trahor. At vero ab hac necessitate per quem melius retrahi posse speraverim, quam per vos, vir optime? cui in hac re, nec potestas deest, nec voluntas ut comperi. Gaudeo nempe, quod et vestrae prudentiae nostram in talibus occupationem displicere cognovi. Et quidem justissime, et amicissime. Age ergo si ita vultis, imo quia sic cernitis ac decernitis, et amico expedire, et monacho convenire; date, quaeso, operam, quatenus una utriusque voluntas citius impleatur, quo et vobis videlicet satisfiat ad justitiam, et mihi ad salutem animae consulatur. Judicatur, si placet, cla-

mosis et importunis ranis de cavernis non egredi, sed suis contentas esse paludibus. Non audiantur in consiliis in palatiis non inveniantur: ad causas, ad negotia nulla necessitas, nulla trahere possit auctoritas. Sic forsitan vester posset amicus declinare praesumptionis notam. Nam noxam unde contrahere potuerim ignoro: cum sciam mihi consilium esse et propositum, nunquam (si causa duntaxat nostri ordinis non fuerit) exire de monasterio, nisi aut apostolicae Sedis legato, aut certe proprio vocante episcopo: quibus nostrae humilitati, sicut optime nostis, contradicere omnino fas non est, nisi ex quocunque superioris auctoritatis privilegio. Quod utique si unquam per manum vestram, ut spero, mihi in manus venerit, tunc procul dubio et pax mihi, et pax erit de me. Non tamen idcirco, etiam me latente et tacente, cessare puto murmur ecclesiarum, si non cesset romana curia pro voluntate assistentium facere praejudicium in absentes. Valete.

CXCIX.

circa l'anno 1130.

=

Lettera del venerabile Ildeberto arcivescovo di Tours in favore del monastero di Font-Evreult - edita da MIGNE *CLXXI - n. 42 - pag. 267.*

Honorio reverendissimo patri suo, sanctaeque romanae ecclesiae summo pontifici, Hildebertus humilis Turonorum minister, debitae perseverantiam obedientiae.

E' relatione plurimorum didicimus, et re sumus experti, quod apud vestram, sanctissime pater, vigilantiam, justae petitiones debitum inveniant effectum. Unde et nos tam devote quam fiducialiter id expetimus a vobis quod et summum pontificem erogare deceat, et ecclesiae prosit erogatum. Serenissimus siquidem Anglorum rex Henricus (scilicet I) monasterio de Fonte-Ebraldi quamdam in Anglia providit eleemosynam pro remissione peccatorum suorum eidem loco singulis annis in perpetuum exsolvendam. Quam profecto eleemosynam auctoritate Sedis apostolicae confirmari, vestroque muniri sigillo precibus multiplicatis imploramus. Hanc ad vos, beatissime pater, interventionem pro virginibus Christi suscepimus, quarum sicut exterior, id est apud homines conversatio; sic apud Deum, prout credimus, puritas innotescit. Eapropter volumus ancillis Christi nostrum non deesse interventum. Quod si non meretur exaudiri a patre filius, mereatur tamen ex Deo aliquam de pia voluntate mercedem. In sinu tamen nostro spes bona reposita est, a patre filium exauditum iri, quae ad promerendam servorum Dei gratiam ipsae solae sibi sufficiunt.

CC.

dopo il gennaio 1130.

=

Il venerabile Ildeberto sostiene presso Onorio pp. II i privilegi della chiesa di Tours - implora perchè non venga concesso il pallio ai vescovi di Dol - edita da MIGNE *CLXXI n. 35 - pag. 258.*

JUSTUM est eos spem de reliquis amittere beneficiis, qui gratiarum actione nec primum prosecuti sunt nec secundum. Unde et ego, quia vobis quas debui gratias non egi de praeteritis, minus spero de futuris. Ut autem sperare debeam vestra facit benignitas, cui solemne est benefacere vel ingratis. Praeterea vestram non latet prudentiam, venialiter eum esse ingratum, qui cum ex impossibilitate benefactori vicem non reddit, habet plenam reddendi voluntatem. Licet igitur ingratitudinis verear argui, tamen adhuc post Christum Domini clamo, post patrem, Turonensis ecclesiae lacrymas sic expono. Baudricus Dolensis ecclesiae episcopus decessit. Enm indebite pallium habuisse occidentalis ecclesia nequaquam ignorat. Docet hoc etiam pontificatium catalogus ecclesiarum, nullam omnino faciens de ecclesia Dolensi mentionem. Unde diligentius intuenti manifestum est totam Britanniam inter limites Turonensis ecclesiae contineri. Nec ego tamen super hac re aliquam discutiendam suscito querelam, quam dudum in Romana decisam ecclesia religiosae noverunt et testantur personae. Testatur hoc ipsum venerabilis papae Urbani privilegium Turonensi metropolitanae collatum, cum totam intelligit Britanniam ei tanquam metropoli suae subjectam, palliumque non Dolensi ecclesiae praerogatum, sed personae. Quapropter ego cum tota Turonensi ecclesia vos exoro, quatenus ad debitum praefatae metropoli respiciatis, eique suam reformare dignemini dignitatem. In quo bene nos cognoscemus exauditos, si ei qui in praefata Sede est episcopus eligendus, usum pallii vel omnino denegatis, vel nobis et illi diem ad agendum statuatis. Praeterea, praefatis precibus addendum decrevi, quatenus Andegavensis episcopus, homo Dei et exemplar chri-

stianae religionis, in causa sua vos benignum inveniat; in qua credimus eum non aliena quaerere, sed ecclesiae quod suum est vindicare. De caetero nolumus sanctitatem vestram ignorare Stephanum de Monte Sorello praesentem exuisse vitam, Radulphum tamen decanum, cui ad agendum cum praefato Stephano, vestra sublimitas diem dederat ad apostolorum limina fatigandum, nisi misericordia vestra ei parcendum, et laborem transalpinandi relaxandum decreverit. Super hac igitur petitione quid sanctitati vestrae placuerit, nobis et ei, tanquam humillimo filio vestro, vestris litteris significare dignemini.

CCI.

prima del 19 gennaio 1129.

Il venerabile Ildeberto intercede presso pp. Onorio II pei canonici di s. Martino di Tours - edita da Migne *CLXXI n. 52 - pag. 255.*

Non paucis declaratur privilegiis, quantum ecclesiae beati Martini romani detulerunt pontifices, quantamque providerint libertatem. Quam dum praefatae ecclesiae canonici, salva reverentia vestra, tueri niterentur, fortassis prolapsi sunt, suamque dignitatem quaerentes obtinere, derogaverunt alienae. Eorum transgressionem, sanctissime Pater, non purgo, non excuso, non minuo, quibus vel levis error ad judicium cedit, si Romam offendit. Caeterum generaliter ex charitate debemus, ut supplicemus ad veniam, si frater declinat ad culpam. Charitas igitur nos compulit ad ostium pulsare misericordiae, atque pro fratribus interpellare apud Petrum, cui septuagies septies dimittere praecipitor, si toties in eum delinquatur (Matth. XVIII, 22). Sicut autem praedicti testantur canonici, nihil adversus apostolicam praesumptum est majestatem; nihil quod authenticis non purgetur privilegiis. Quae si vel auctoritate conferentium, vel processu temporis stabilitatem meruerunt, rogamus ne mater filiae subtrahat gratiam, quam contulit ad quietem. Neque enim dignitatem minuit apostoli libertas impensa confessori. Nec nos ita Martinum venerari quaerimus, ut Petrum conculcemus. Si vero praedicta minus se defendunt privilegia, pareat filiis pater, et indulgeat ex misericordia quod admissum est ex ignorantia. Conservet nobis Dominus sanctitatem vestram, et praeparent nobis orationes vestrae viam qua prospero oventu liminibus apostolorum praesentari mereamur.

CCII.

19 decembre 1129.

=

Privilegio alla chiesa di s. Martino di Tours - edita dalla Defense de l'eglise de s. Martin de Tours - *14* - Migne *CLXVI - 1300 - n. 95.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis beati Martini Turonensis ecclesiae canonicis tam praesentibus quam futuris in perpetuum instituendis.

Apostolicae Sedis speculi disponente Domino constituti, ex injuncto nobis officio universas Dei ecclesias debemus diligere et honorare, illas tamen praecipue, quae specialiter ad jus et proprietatem sanctae Romanae spectant ecclesiae. Ideo, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus assensum praebentes, ecclesiam beati Martini Turonensis quae proprie juris beati Petri est, et specialius sanctae Romanae adhaeret ecclesiae, protectione Sedis apostolicae communimus, et scripti nostri pagina roboramus, statuentes ut quaecumque bona, quascumque possessiones eadem ecclesia in presentiarum juste et legitime possidet, firma vobis et illibata permaneant, in quibus haec propriis nominibus duximus adnotanda: burgum videlicet sancti Petri Puellaris cum pertinentiis suis a dilecto filio nostro Lodoico illustri Francorum rege vobis concessum; ecclesiam sancti Pauli Cormariacensis, ecclesiam sanctae Mariae de Bellomonte, ecclesiam sancti Cosmae cum appendiciis earum, libertatem etiam et immunitatem, honores et beneficia eidem ecclesiae vestrae beati Martini per antecessorum nostrorum Adeodati, Leonis, Adriani, Sergii, Gregorii, Paschalis et Calixti Romanorum pontificum, vel per Turonensium archiepiscoporum Crotberti, Ibonis et Airardi scripta, sive per regum praecepta collata. Quaecumque praeterea in futurum largiente Deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis poteritis adipisci, integra vobis et inviolata serventur. Sane claustrum vestrum usque ad muri cuneos liberum quietumque permaneat, sicut hactenus cognoscitur permansisse; presbyteri quoque infra ecclesiae ambitum in celluiis, in oratoriis ve-

stris, in ecclesia sancti Venantii et in ecclesia sancti Petri quae de Cardoneto dicitur, commorantes in ea, quae praeteritis temporibns mansisse noscuntnr, libertate consistant, nulli omnino hominum liceat praedictam beati Martini ecclesiam temere perturbare, aut ejns possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexatinnibus fatigare, sed omnia cum integritate serventnr, eorum pro quorum snstentatione et gubernatione concessa snnt, usibus omnimodis profutura. Chrisma, oleum sanctum, ordinationes canonicornm qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a Tnronensi accipietis archiepiscopo, si qnidem gratiam atque communionem Sedis apostolicae babuerit, et sic ea gratis ac sine pravitate volnerit exhibere; alioquin liceat vobis catbolicnm quem malneritis adire antistitem, et eadem ab eo sacramenta suscipere. Porro canonicus vester, si ecclesiarnm archiepiscopi canonicus fuerit, beneficio refutato, excommunicandi eum archiepiscopus non habeat facnltatem. Si quis igitur in posternm ecclesiastica secnlarisve persona banc nostrae constitntionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si nnn satisfactione congrua emendaverit, pntestatis honorisqne sni dignitate careat, reamque se divino jndicio existere de perpetrata iniqnitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sangnine Dei et Domini Redemptoris nnstri Jesu Christi aliena fiat, qnatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum jndicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Oculi Domini super justos.

Ego Hnnnrius catholicae ecclesiae episcopus.

Datnm Laterani per manum Aimerici sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis et cancellarii, XIV kalend. januarii indictione VII, Incarnationis Dominicae 1129, pontificatus autem domini Honorii secundi papae anno quintn.

CCIII.

21 gennaio 1125 al 1130.

=

Privilegio da pp. Onorio II concesso alla chiesa e monastero di s. Giorgio in Pruefeningen ad istanza di s. Ottone vescovo di Bamberga - edita Monumenta boica *Monachii 1763 - XIII - 146* - Migne *CLXVI - 1307 - n. 105* - Monaco prieflingense *presso* Pertz *M. G. L. t. III - 889.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Herb. abbati monasterii sancti Georgii pruefeningensis, quod situm est inter Ratisbonam et Danubinm, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Apostolici moderaminis clementiae convenit religiosas personas diligere, et earnm loca apostolicae protectionis munimime defensare. Ideoque, dilecte in Domino fili Herb. abbas monasterii sancti Georgii pruefeningensis interventu venerabilis fratris nostri Ottonis Babebergensis episcopi, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, idem monasterium sancti Georgii cui auctore Deo praesides in tutelam beati Petri, nostramque protectionem suscipimus, et praesentis scripti nostri pagina communimus. Bona igitur et possessiones quas praefatum monasterium sancti Georgii in praesentiarum juste et legitime, possidet, sive in futurum largiente Domino, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus regulariter substituendis, et illibata permaneant. Praeterea decimam vobis a praenominato fratre nostro Ottone Babebergensi episcopo concessam, quam ab Arthnico ratisponensi episcopo per gratum concambium obtinuisse cognoscitur, confirmamus. Statuimus etiam ut religiosus ordo secundum beati Benedicti regulam in coenobio vestro constitutus futuris perpetuo temporibus inviolabiliter observetur. Obeunte vero te, nunc ejus loci abbate, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, sed quem fratres communi consensu, vel fratrum

pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. De laboribus si quidem vestris qui propriis sumptibus excoluntur et de hortis et pomeriis, decimas a vobis exigere nemo praesumat. Et ne aliquis occasione advocatiae monasterio vestro exactiones facere, bona vestra dare, vendere, aut inbeneficiare attendet, omnimodis prohibemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra serventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva dioecesani episcopi reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

✠ Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

Data Laterani XII kal. februarii.

CCIV.

27 gennaro 1125-1130.

Privilegio alla chiesa di Baumburg i chierici della quale erano entrati nella professione della vita comune e regolare osservanza - divolgato Monumenta boica *II - 180 -* Migne *CLXVI - 1308 - n. 106 -* Lucio II *si rapporta a questa bolla (t. CLXXIX 933 - C. M.)*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Godiscalco praeposito ecclesiae Sanctae Margaritae de Baumburg, ejusque successoribus canonicae substituendis in perpetuum.

Quoties illud a nobis petitur, quod rationi convenire cognoscitur, animo nos docet libenti concedere, et petentium desideriis congrum impertiri suffragium. Proinde, dilecte in Domino fili Godiscalce praeposite, ecclesiam beatae Margaritae de Baumburg, cui Deo auctore praeesse dignosceris, sub beati Petri tutelam et apostolicae Sedis protectionem suscipimus et scripti nostri pagina roboramus. Statuimus etenim ut quod a comite Berengario vestrae praedictae ecclesiae devotionis intuitu collatum est, et quascumque possessiones, quaecumque bona in praesentiarum juste et legitime possidet, firma tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus diximus exprimenda, videlicet: Megilingen, cum pertinentiis suis, Perhenmos, Handburt cum molendino et curte una; Hoffstet cum eum curte una. Quaecunque praeterea in futurum concessione pontificium, obiatione fidelium, seu aliis justis modis poteritis adipisci, quieta vobis, vestrisque successoribus et integra conserventur, salva dioecesani episcopi justitia et reverentia. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem hujus ab apostolica Sede perceptae tuitionis aureum unum quotannis Lateranensi palatio persol-

vetis. Obeunte vero te nunc ejusdem loci praeposito, vel quorumlibet tuorum successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu aut pars fratrum consilii sanioris secundum Dei timorem canonice providerint eligendum. Sane post professionem exhibitam nemini vestrum liceat proprium habere, nec sine praepositi vel congregationis licentia de claustro discedere. Decima vero novalium vestrorum vobis vestrisque successoribus habendas remota episcopalium ministrorum contradictione concedimus, ut quiete in eo, quod assumpsistis, proposito, largiente Deo in perpetuum maneatis. Si qua vero in posterum ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis nostrae paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus.

Datum Laterani VI Kal. Februarii.

CCV.

26 gennaio 1125-1130.

=

Privilegio di pp. Onorio II alla chiesa del s. sepolcro in Denckendorff i cui cherici professavano la vita comune secondo la regola canonica - edita dalla Svevia ecclesiastica - *260* - Migne *CLXVI - 1309 - n. 107.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis suis Conrado praeposito ejusque fratribus in ecclesia sancti Sepulcri de Denckendorff sita, canonicam vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Injuncti officii hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu satagere, et eorum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere: dignum namque et honestum conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri atque Sedis apostolicae patrocinio muniamus. Proinde, dilecte in Domino fili Conrade praeposite, tuis rationabilibus postulationibus annuentes, ecclesiam sancti Sepulcri de Denckendorff cum bonis suis ab illustrissimo viro Bertholdo comite pro animae suae remedio, glorioso jerosolymitano sepulcro Domini oblata, cui Deo auctore praeesse cognosceris, in beati Petri tutela nostraque protectione suscipimus, et scripti nostri pagina communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quaecunque bona eadem ecclesia inpraesentiarum juste et legitime possidet, sive in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum et oblatione fidelium, seu aliis justis modis poteri adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, salva dioecesani justitia et reverentia. Obeunte vero te, nunc ejus loci praeposito, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, sed quem fratres communi assensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et b. Augustini regulam providerint eligendum. Chrisma, oleum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes clericorum a Constantiensi accipietis episcopo, siquidem gratiam et communionem Sedis apostolicae habuerit, et ea gratis vobis et absque pravitate

voluerit exhibere, alioqnin eadem sacramenta a quocunque malueritis, accipietis episcopo, qui romanae ecclesiao sit fultus auctoritate. Porro in advocati electione praepositus liberam habeat potestatem cum fratrum suorum consilio, tamen eligere quem ad defensionem libertatis monasterii bonum et utilem esse cognoverit, qui non pro terreno commodo, sed pro Dei amore ac peccatorum venia, nec non aeternae beatitudinis mercede advocatiam ipsam bene habere cupiat et tractare. Ad haec adjicientes decernimus ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Honorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi.

Datum Laterani, septimo kal. februarii.

CCVI.

29 gennaio 1125-1130.

Lettera di pp. Onorio II ai canonici di s. Frediano di Lucca - loda la loro osservanza e disciplina canonica, e mostra desiderio d' introdurla eziandio nella basilica di Laterano - edita da Baluzio *miscell. - IV - 588 -* Migne *CLXVI - 1310 - n. 108.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis ecclesiae s. Frigdiani canonicis, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nostram praesentiam clarissimus filius noster A. prior vester multis nisibus et magna precum instantia laboravit, ut eum et fratres suos a sollicitudine lateranensis ecclesiae solveremus. Nos autem gravi ejusdem ecclesiae necessitate commoti, non solum eos solvere ab onere isto noluimus, verum et priorem ipsum invitum et renitentem nobiscum aliquantulum morari coegimus, ut per ejus industriam eidem provideamus ecclesiae. Mandamus igitur vobis atque praecipimus, ut in Dei, sicut coepistis, servitio persistatis, et si quem vestrum praedictus prior ad hoc vocaverit, ut lateranensi canonicae praeferatur, nullus vestrum resistat. Imo cuicunque hoc injuctum ab eo fuerit, sive de his qui vobiscum sunt, seu de aliis, qui in vestris obedientiis commorantur, omni contradictione remota, obedientiam istam ad honorem Dei, et praefatae ecclesiae utilitatem suscipiat.

Datum Laterani IV kal. februarii.

CCVII.

5 febbraio 1125-1130.

=

Breve di pp. Onorio II ai canonici di s. Frediano di Lucca - loda il loro proposito - ripromette gran pro alla chiesa dal loro esempio e orazioni - edita da Baluzio *- miscell. - IV - 588 -* Migne *- CLXVI - 1311 - n. 109.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. prioris. Frigdiani, et ejus fratribus, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod bonarum intentionum vestrarum puritas et religionis fortitudo Deo et hominibus beneplacens splendere non desit, gratum nobis esse noveritis; desideramus enim ut de virtute in virtutem fraternae vestrae charitatis provehatur dilectio, ut de fructu bonorum operum mercedem valeatis accipere, et exemplo bonae vitae alios etiam imitatores vestigiorum vestrorum possitis efficere. Obsecramus autem vos in domino Jesu Christo, ut nos pro totius ecclesiae cura et sollicitudine laborantes vestris orationibus adjuvetis.

Datum Laterani nonis februar., etc.

CCVIII.

17 marzo 1125-1130.

=

Lettera di pp. Onorio II al clero e popolo di Tulle - conferma la scommunica lanciata contro Teodorico de Imbecurte - edita da Bouquet *recueil XV - 266 -* Migne *CLXVI - 1290 - n. 85.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, clero et populo per tullensem parochiam constituto, salutem et apostolicam benedictionem.

Theodoricus de Imbercurte, ad sedem apostolicam veniens, questus est se a venerabili fratre nostro Henrico tullensi episcopo romanam audientiam appellantem injuste excommunicatum fuisse. E contra archidiaconi tullenses, Hugo gundricurtensis, Hugo albus et Oldericus presbyteri asseruerunt se in eum, quoniam castrum de Commercelo ecclesiae tullensis violenter abstulerat, longo ante tempore excommunicationis sententiam promulgasse. Potestatem autem et licentiam excommunicandi rerum suarum raptores a Richinio tullensi episcopo sibi concessam, et postmodum a predecessore nostro felicis memoriae papa Calixto II scripti pagina confirmatum, in nostra presentia asseverare coeperunt; et ut nos certiores efficerent, munita in medium protulerunt. Nos igitur auditis et inquisitis utrinsque partis rationibus, habito fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium consilio, Theodoricum, quoniam longe antequam romanam appellaret audientiam, a canonicis, quibus ex apostolica concessione licebat, excommunicatus fuerat, non absolvimus. Universitati ergo vestrae mandamus quatenus ab eo tanquam ab excommunicato, donec ecclesiae tullensi satisfaciat, abstineatis.

Datum Laterani XVI kalendas aprilis.

CCIX.

17 marzo 1125-1129.

Onorio pp. II conferma la sentenza pronunziata dal vescovo di Lucca in una controversia tra i canonici di s. Frediano e i cavalieri di Altopascio - edita da Baluzio *miscell. - IV - 588 -* Migne *CLXVI - 1270 n. 52.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis A. priori et fratribus s. Frigdiani, salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum ea quae irrationabiliter acta sunt nulla debent ratione subsistere, ita ea quae canonicae definita sunt, firma debent stabilitate manere. Concordem itaque sententiam venerabilis fratris nostri b. Lucani episcopi inter vos et hospitale Altipassus de silva de colle Sacci prolata ratam habemus et irrefragabiliter praecipimus observari.

Dat. Laterani XVI kal. junii.

CCX.

29 marzo 1125-1129.

=

Breve di pp. Onorio II al clero e popolo di Pistoia perchè soccorrano il vescovo Ildeprando nell' edificare la chiesa di s. Pietro - edito da Baluzio *miscellan. - IV - 588 -* Migne *CLXVI - 1286 - n. 75.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis clero consulibus et populo Pistoriensi salutem et apostolicam benedictionem.

Venerabilis frater noster, Il. episcopus vester, amore religionis quamdam ecclesiam, prout accepimus, ad honorem Dei et b. Petri juxta Pistoriensem civitatem construxit, ibique religiosos viros, qui divinis mancipentur famulatibus, dicitur statuisse. Ut ergo votum et religiosum desiderium pastoris et episcopi vestri integre compleatur, universitati vestrae rogando mandamus, quatenus de facultatibus vobis a Deo commissis ad tam salubre opus perficiendam, opem et consilium charitative studio praebeatis, est tam sacrificiorum, quam orationum, quae ibi ante conspectum divinum funduntur, participes cum Propheta psallere valeatis: Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae; et cum eodem immortalitatis praemio coronari.

Datum Lateran. IV kal. aprilis.

CCXI.

31 marzo 1125-1128.

Breve di pp. Onorio II a Lodovico VI re di Francia - riceve nel clero il suo figliuolo Enrico e lo dichiara suo figlio spirituale - edito da Mansi *XXI - 322 -* Migne *CLXVI - 1286 - n. 76.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Ludovico illustri et glorioso Francorum regi, salutem et apostolicam benedictionem.

Internae charitatis dilectio, qua personam tuam paternae affectionis visceribus amplexamur, aures nostras ad admittendas tuas petitiones inclinat. Amor enim et piae reverentia devotionis, quam b. Petro et S. R. E. defers, ut ad tuam et regni tui utilitatem intendamus, hortatur. Tuum itaque filium Henricum, quem divinis mancipare vovisti servitiis, et in b. Petri, et in nostram protectionem suscipimus. Ipsum igitur tanquam specialem Sedis apostolicae filium, et bona quae vel regia tua liberalitate, vel aliis modis divina praestante gratia poterit adipisci, auctoritatis nostrae robore communimus: nullique hominum fas sit personam suam et bona ejus temere perturbare: sed omnia quieta ei et libere sub b. Petri et R. E. patrocinio conserventur. Si quis autem hujus nostrae confirmationis temerator exstiterit, nisi congrua satisfactione correxerit, animadversione Sedis apostolicae feriatur.

Datum Laterani pridie kalendas aprilis.

CCXII.

7 aprile 1125-1129.

Ad Oldorico vescovo di Costanza commette Onorio pp. II con un breve d' intimare a Rodolfo conte de Lenzburg di rimanersi oggimai da ogni violenza contro il monastero di Reichenau - edita da Hergott *genealogia diplomatica etc. - t. II - I - 42 -* Migne *CLXVI - 1287 - n. - 77.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Odalrico episcopo constantiensi salutem et apostolicam benedictionem.

Quemadmodum cultores justitiae, et religionis amatores sunt verae charitatis brachiis amplexandi, ita raptores et persecutores ecclesiae Dei dignis sunt animadversionibus coercendi. Ea propter strenuitati tuae mandamus ut Rodulphum comitem de Lenzburg diligenter admoneas, et quatenus ab infestatione monasterii Renaugiae desistat, et in antiqua et concessa sibi libertate omnino dimittat. Quod si tuis admonitionibus parere contempserit, debita de eo justitiam facias.

Datae Lateranis VII idus aprilis.

CCXIII.

15 aprile 1125-1129.

=

Breve di pp. Onorio II a Burcardo vescovo di Meaux onde si tolga la prava consuetudine di mettere a sacco i beni della chiesa ad ogni morire del vescovo - edito da Du-Plessis *hist. de l' eglise de Meaux II - 24 -* Migne *CLXVI) 1287 - n. 78.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Burchardo meldensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

..... Pravum igitur usum et iniquam consuetudinem qua in meldensium episcoporum obitu bona vestrae diripiebantur ecclesiae, a dilecto filio nostro illustri viro Thebaldo blesensi comite vacuatam et scripti sui firmitate cassatam, in praesentis scripti nostri robore abolemus; et ne ulterius in vestra ecclesia teneatur, omnino praecipimus, etc.

Datum Laterani XVII kalendas maii.

CCXIV.

29 aprile 1125 1129.

Ai parocchiani di s. Frediano di Lucca invia lodi pp. Onorio II, perchè amano e sovvengono i canonici regolari - edito da Baluzio *miscellan. - IV - 588 -* Migne *CLXVI - 1287 - n. - 79.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, universis b. Frigdiani parochianis salutem et apostolicam benedictionem.

Gratias universitati vestrae referimus, quoniam sicut relatione dilecti filii nostri A. prioris vestri comperimus, tam ipsum, quam fratres, ibidem divino famulatui mancipatos, diligitis et honoratis, et de facultatibus, a Deo vobis praestitis, sustentatis. Quapropter rogamus vos et hortamur in Domino, et in remissionem peccatorum vestrorum injungimus, ut in bono quod inchoastis principio firmiter perduretis, nec ab ejusdem ecclesiae reverentia et dilectione ullatenus declinetis.

Datum Laterani III kal. maii.

CCXV.

29 aprile 1125-1129.

Privilegio di pp. Onorio II al monastero di s. Maria di Steinfeeld ove si professava la vita comune e la canonica disciplina - edito da Hugo *annali premonstratensi II - 521 -* Migne *CLXVI - 1288 - n. 80.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Berwino praeposito monasterii sanctae Mariae, quod est situm in loco qui Steinfelden nuncupatur, ejusque fratribus canonicam vitam professis, salutem et apostolicam benedictionem.

Quoties illud a nobis petitur quod rationi pertinere cognoscitur, animo nos decet libenti concedere, et congruum impertire suffragium. Ea propter, dilecti in Domino filii, rationabilibus postulationibus vestris assensum praebentes, locum vestrum, qui Steinfelden dicitur, scripti nostri pagina communimus, statuentes ut quaecunque bona, quascunque possessiones idem locus in presentiarum juste et legitime possidet, sive in futurum, largiente Domino, justis modis poterit adipisci, firma vobis et illibata permaneant, salva dioecesani episcopi justitia et reverentia. Statuimus etiam, ut canonicus ordo, secundum beati Augustini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Ad haec adjicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eundem locum temere perturbare, et ejus possessiones auferre, ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; quod si quis huic nostrae confirmationi contraire tentaverit, apostolicae Sedis animadversionem indubitanter se noverit incursurum, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit.

Datum Laterani III kal. maii.

CCXVI.

31 maggio 1125-1129.

·*All' arcidiacono e cantore Agatense commette pp. Onorio di definire in suo nome una controversia - edito da* Gariel *series praesulum Megalon. - 142 -* Migne *CLXVI - 1290 - n. 84.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis archidiacono et praecentori Agathensi, salutem et apostolicam benedictionem.

Significavit nobis frater noster Magalonensis episcopus, quod abbas Anianensis suae dioecesis, ipsius jurisdictioni subjectus, suis recusat synodis interesse, in ejus et suae ecclesiae praejudicium et gravamen; ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus, partibus convocatis et auditis, quae duxerint proponenda, quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis, facientes quod censueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Datum Laterani, II kalendas junii, pontificatus nostri V.

CCXVII.

1 luglio 1125-1130.

Breve di pp. Onorio II ad Urbano vescovo di Landau - inserito nel Monasticon anglicanum *I - 671 - Questo diploma è sfuggito alle investigazioni di* Jaffe e Migne *forse perchè non offriva note cronologiche così spiccate, da poterne segnare sicuramente il millesimo. Vi sono però altri elementi storici per definirne l'età: è diretto a Urbano vescovo di Landau che visse nel pontificato di Onorio II e soscrisse al concilio di Londra 1127, siccome può provarsi dai documenti raccolti dal* Labbe e Cossart. *concil. t. XII - pag. 1369 - nell'altro concilio tenuto nel 1129 - non v'è parola di lui, sebbene l'assenza di altri vescovi sia giustificata (ivi p. 1398). Egli però visse ancora sotto papa Innocenzo, successore di Onorio, siccome lo troviamo vescovo all'età dei suoi predecessori.* Benedetto di Glocester e Guglielmo di Wycumba *nelle cronache inserite nell'* Anglia sacra *ne porgono documenti irrefragabili t. II - parte II - 305 - 21 - 661 - Che più? in altre bolle di pp. Onorio, inserite in questo codice diplomatico, cospicuo e celebre il nome di questo vescovo.*

Honorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri V. Landavensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.

413

Winebaldus de *Bacluna* terram de *Cairlion* monachis de Monte Acuto pro animae suae remedio dare disposuit. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus ipsam terram praefatis monachis salvo tuae ecclesiae jure concedas.

Data Laterani kal. julii.

CCXVIII.

28 novembre 1125-1129.

=

Privilegio di pp. Onorio II alla canonica, ospitale e chiesa di s. Maria in Ceneda - pubblicato da Cornelio *ecclesiae venetae etc. - X - III - 28 -* Migne *CLXVI - 1289 - n. 82.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Rainerio praeposito, et ejus fratribus tam praesentibus quam futuris in perpetuum.

Religiosis desideriis dignum est faciiem praebere consensum, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum. Quamobrem, dilecti in Christo filii, petitiones vestras clementer admittimus, et hospitale quod in territorio cenetensi, in loco qui dicitur Talpone, constructum cum omnibus appendiciis suis, et domum ibidem in honorem beatae Mariae semper virginis, ut fiat ecclesia fabricatam, quod sanctae romanae ecclesiae per chartulam oblationis contulistis, in jus et proprietatem b. Petri suscipimus et illud apostolicae Sedis robore communimus. Statuentes ut quaecunque bona idem hospitale in praesentiarum juste possidet, vel in futurum largiente Domino justis modis contigerit adipisci, firma ei illibata ei permaneant; ad indicium autem protectionis ipsius hospitalis hanc ei pensionem solvendam statuimus, ut unoquoque anno duas libras, unam incensi et alteram cerae Lateranensi persolvat palatio. Si quis igitur in futurum, ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant.

Datum Laterani IV kalendas decembris.

CCXIX.

27 decembre 1125-1130

=

Onorio pp. II invita i fedeli a sovvenire il monastero di Lerins nelle alpi, onde sia un propugnacolo contro i barbari - Sconosciuta a Iaffe *e* Migne *- inserita nell' istoria delle alpi marittime di* Gioffredo *e nel M. H. P. SS. t. II lib. 1 - pag. 378-79 - Torino 1839.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus in Christo fidelibus, ad quos litterae istae pervenerint, salutem, et apostolicam benedictionem.

Charitas, gemini praevia luminis, per amorem proximi quosdam gradus ad dilectionem Dei pertingentes nobis ostendit: per humanam enim creaturam, si eam tamquam nos ipsos diligimus, ad amorem creatoris, et desideratam ejus contemplationem poterimus pervenire. Illud namque beneficium, quod homini pia intentione impenditur, Deus in se ipsum recipere non dedignatur. Non solum ergo populus praetioso sanguine Christi redemptus debet ab adversariis christiani nominis protegi, sed saeva etiam paganorum rabies fidelium confiniis propulsari. Labores, persecutiones, damna et pericula, quae religiosi fratres lerinensis monasterii sancti Honorati longo tempore a saracenorum tyrannide passi sunt, non solum vicini eorum, verum etiam in longinquis habitantes partibus cognoverunt. Idcirco universitatem vestram praesentibus litteris visitantes rogamus, et obsecramus in Domino, atque in peccatorum vestrorum remissionem vobis iniungimus, ut praedictis Dei servis ad constituendam contra saracenorum impetum munitionem de concessis a Deo vobis facultatibus auxilia porrigatis. Quatenus b. Honorati, et aliorum sanctorum intercessionibus, et eorumdem fratrum orationibus ad aeterna mercamini gaudia pervenire. Quicunque autem pro amore Dei, et animae suae remedio indulto tempore propriis expensis in loco illo commoratus fuerit per trium mensium spatium, vel predictos fratres ab impugnatione crudelium defenderit, nos auctoritate sanctorum Petri et Pauli aposto-

lorum principum, illam eis peccatorum suorum remissionem concedimus, quae a praedecessore nostro sanctae romanae ecclesiae papa, Hyerusalem pergentibus concessa fuisse cognoscitur. Qui vero illic per se ipsos stare non possunt, et propriis expensis unum hominem ad praefati monasterii defensionem, vel auxilium stare per tres menses fecerint, nos de peccatis suis, unde poenitentiam coeperint, trium annorum veniam indulgemus.

Datum Laterani VI kal. ian.

CCXX.

tra l' anno 1125 e il 1130.

=

Commette pp. Onorio II la definizione di una controversia a Gerardo vescovo di Teano - edita da Muratori *rr. ii. ss. II - II - 1007* - Migne *CLXVI - 1245 - n. 52.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ge., Teatino episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos filius noster Giso abbas monasterii sancti Clementis de Piscaria, in praesentia nostra adversus parochianum tuum Rainaldum de Tocco conquestus est, quod ei ecclesiam sanctae Mariae in Pesile violenter auferat. Unde fraternitati tuae mandamus, quatenus eumdem Rainaldum commoneas, ut abbati praedicto ecclesiam restituat, alioquin, si contemptor extiterit, plenariam de eo non differas exercere justitiam. Nos enim, auctore Domino, quod a te super hoc canonice, factum fuerit, ratum habebimus.

CCXXI.

tra l' anno 1125 e il 1130.

=

Lettera del clero di Rouen a pp. Onorio II sulla elezione del suo vescovo - edita nello Spicilegio de Labbe *III - 484 -* Migne *CLXVI - 1319 - diversorum etc. num. 3 - pag. 1319.*

Domino et papae universali Honorio, Rothomagensis ecclesia, omnem in Christo obedientiam et subjectionem.

Elegimus electione communi filium vestrum Hugonem abbatem Radingensem nobis in pontificem: super hoc quaesivimus assensum domini nostri Henrici regis Anglorum, et obtinuimus; ab episcopo quidem Salesberiensi, sub cujus manu abbatis officio fungebatur, nobis eum reddi liberum et absolutum quaesivimus et eum libertate suscepimus. Sed quia ipso revelante precipimus, quod sine auctoritatis vestrae assensu eum habere non poteramus, maxime cum et hoc in litteris vestris praedicto regi Anglorum directis ita scriptum legimus: ipsum itaque sub proprio jure atque dominio nostro, tamquam specialem b. Petri et S. R. ecclesiae clericum retinemus: ea propter donari eum nobis a sublimitate vestra requirimus: quem tanto chariorem habebimus, quanto a vestrae celsitudinis sede nobis donatum esse laetabimur. Quem humili supplicatione nobis ita donari a vestra gratia quaerimus, ut sub nullius unquam jure vel potestate, nisi sub vestra tantummodo pia protectione eum persistere gaudeamus, charissime Pater et Domine.

CCXXII.

tra l'anno 1125 e il 1130.

Privilegio di pp. Onorio II al vescovo di Meaux - edita da Du-Plessis *hist. de l'eglise etc. III - 24 -* Migne *CLXVI - 1306 - n. 104.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Burchardo Meldensi episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis in perpetuum, etc.

. . . Statuimus ut omnes tam clerici quam laici in villa Resbacensi et Jotrensi commorantes, Meldensi ecclesiae jure parochiali subjaceant, et ea quae de eis ad jus parochiale pertinent, tibi tuisque successoribus libera et illibata serventur. Decernimus etiam ut abbas Resbacensis et Iotrensis abbatissa canonicam tibi, tuisque successoribus obedientiam persolvant. Benedictio quoque eorum, sicut per tuos antecessores hactenus celebrata constitit, sic per te, tuosque successores, deinceps exhibeatur. Promotiones etiam monachorum ad ecclesiasticos ordines per Meldensem administrentur episcopum, si videlicet gratis eas et sine pravitate voluerit exhibere, etc . . . .

CCXXIII.

tra l' anno 1125 e il 1130.

=

Onorio pp. II annunzia ai vescovi di Tours, Bourges, Bordeaux, Auch e Dol la legazione di Gerardo vescovo di Angoulême - divolgata da Martene *Anecdot. III - 885 -* Migne *CLXVI - 1306 - n. 106.*

Divina disponente clementia nos, licet indigni, in patrum nostrorum Petri et Pauli apostolorum specula constituti, necesse habemus ecclesiae filiis paternae affectionis studio imminere. Ideo de omnibus, quantum possumus, piam cum Deo sollicitudinem gerimus, et quibus vel propter nimiam terrarum marisve distantiam, vel propter emergentia ecclesiae Romanae diversa negotia, nostram offerre praesentiam non valemus, eos missis legatis Sedis apostolicae visitamus. Ea propter dilectum fratrem nostrum G. (Gerardum) Engolismensem episcopum, quem tanquam providum et sapientem virum Domini et praedecessores nostri sanctae memoriae Paschalis et Calixtus pontifices et nos ipsi veneratione habendum censuimus, pro quo universitatem vestram rogantes monemus atque praecipimus, ut eum reverenter suscipiatis, eique utpole legato nostro et apostolicae Sedis vicario humiliter obedire curetis etc.

CCXXIV.

tra l'anno 1125 e il 1130.

Privilegio di pp. Onorio II alla canonica di Hammersleben, ove si professava la vita comune e l'osservanza canonica divolgata da Leuckfeld *antiq. Halelenburgenses - 83 -* Migne *CLXVI - 1305 - n. 102.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Thietmaro Hamersleneosis ecclesiae praeposito ejusque successoribus regulariter sobstituendis io perpetuum.

Habitantes in domo Domioi in sinceritate charitatis uoaoioes conservaot unitatem Spiritus in vioculo pacis, purae naioque mentis clemeotissimis creatoris, ut terreoa celestibus conjungantur et una superuis socieotur, (?) mundis orationibus iucessaoter profusis inclioati; sic enim humani compaginem corporis spiritus interior regit atque revivificat, ita religiosae mentis vegetatio et salvus existit moderatrix iospirationis divinae beoignitas. Quia ergo te, dilecte in Domino filii Thietmare praeposite, divinis maucipatum obsequiis vivere religiose accepimus, tuis rationabilibus postnlationibus duximus aonuendum. Loca igitur vestra, claustrum videlicet Hamerslevense, claustrum s. Joaonis Baptistae in Halberstdt, claostrum s. Laurentii in Sceninge, claostrum Caldeoburnen, claustrum Richenberg, claustrum s. Georgii in Berk, claustrum Becigheroth, claustrum Ammensleve, oecnon persooas fratrum Deo ibidem famulaotium cum bonis et possessionibus, quae io presentiarum juste et legitiioe possidetis, sive in futurum largiente Domino justis modis poteritis adipisci, toteia et protectione Sedis apostolicae communimus, statuentes ut religiosus ordo secuudum Deum et sanctos apostoios, et beati Augustioi regulam io eisdem claustris institutus, et sacrae iostitutiunis a vobis ad religionis observaotiam stabilitae, futuris perpetuo temporibus inviolabiliter observeotur: scilicet ut unusquisque fratrum aut canonice praelatus, aut regulariter subjectus in locis praedictis religiose vivat, nullus episcopus, sive alia ecclesiastica saecularisve persona personas vestras vel claustra, exactione aliqua, violeotia aut strepitu violare prae-

sumat, sed ut liberius et absque omni inquietudine divino vacare famulatui valeatis, vos et bona vestra sub protectione Sedis apostolicae recepta, in libertate debita persistatis. Facultas preterea vobis sit saeculares clericos undecunque venientes, si excummunicati non fuerint, et petita a propriis praelatis licentia, vobiscum Deo famulari decreverint, in vestra congregatione suscipere. Si quis autem huic nostrae confirmationi ausu temerario contraire praesumpserit, nisi digne satisfecerit, tanquam apostolici contemptor precepti, honoris et officii dignitate privetur.

Ego Honorius catholicae ecclesiae episcopus.

CCXXV.

tra l'anno 1125 e il 1126.

Privilegio al monastero di s. Pietro in Breisach nel territorio di Costanza inviato da pp. Onorio II ad Eppone abate - pubblicato da SCHANNAT *vindiciae litt. I - I - 162 -* MIGNE *CLXVI - 1304 - n. 101.*

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Epponi abbati monasterii, quod in nigra sylva, in loco qui cella sancti Petri dicitur, situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

Incomprehensibilis et ineffabilis divina miseratio nos hac providentiae ratione in apostolicae Sedis administratione constituit, ut paternam de omnibus ecclesiis gerere sollicitudinem studeamus, si quidem haec romana ecclesia, quae a Domino sibi concessum omnium ecclesiarum retinet principatum, tanquam diligens mater singulis debet ecclesiis instanti vigilantia providere, ad ipsam enim quasi ad caput et matrem ab omnibus concurrendum, ut ejus uberibus nutriantur, et ab oppressionibus releventur; condecet ergo ut ecclesias et alia venerabilia loca, maxime quae ad speciale jus et ad singularem proprietatem sanctae romanae ecclesiae, cui auctore Domino servimus, spectant, specialioris praerogativae sortiantur honorem, et apostolicae auctoritatis communimine roborentur. Quia igitur egregiae nobilitatis vir Berchtoldus dux in comitatu brisaquensi, in constantiensi episcopatu, in silva quam dicunt nigram, ad honorem b. Petri apostolorum principis, monasterium aedificavit, ipsumque allodium romanae ecclesiae jure mancipavit, nos ejus devotionem apostolica auctoritate firmantes, et tuis, dilecte fili Eppo abbas, postulationibus annuentes ad exemplar Domini praedecessoris nostri felicis memoriae Urbani II papae, ipsum locum sub apostolicae Sedis tutela specialiter fovendum suscipimus, et praesentis iterum privilegii pagina, apostolica auctoritate statuimus, ut quaecunque praedia sive possessiones praefatus dux Berchtoldus cum sua uxore Agnete, et filiis tradiderit, et alii viri ex suo jure nostro monasterio obtulerint, sive in futurum con-

cessione pontificum, liberalitate principum, seu oblatione fidelium juste et canonice poteritis adipisci, firma vobis et illibata permaneat, decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem monasterium temere perturbare, et ei subditas possessiones auferre, minuere, aliquibus temerariis fatigare vexationibus, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Porro . . . .

. . . .

Sumptibus et laboribus excoluntur vel nutriuntur, quietas et illibatas vobis manere censemus, nec vos super hoc aut ab episcopo ejusdem dioecesis aut ejus ministris inquietari permittimus; sepulturam ipsius cenobii omnino liberam sancimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat; ordinationes monachorum, consecrationem altarium sive basilicarum ab episcopo in cujus dioecesi estis, accipiatis, siquidem gratiam atque comuunionem Sedis apostolicae habuerit ac sine pravitate postulata voluerit exhibere, alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antistitem et ab eo sacramenta suscipere, qui apostolicae Sedis fultus auctoritate indulgeat. Obeunte te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem regulariter providerint eligendum. Avocatus quem vestris juribus decreveritis nullam in monasterio vestro aliquid disponendi habeat potestatem . . . .

CCXXVI.

tra l'anno 1125 e il 1130.

Breve di pp. Onorio II ai vescovi di Provenza perchè restituiscano e facciano restituire al monastero di Lerins i suoi beni - edito da Bouquet *recueil. XV - 265 -* Migne *CLXVI - 1245 - n. 31 -* Gioffredo *storia delle alpi marittime inserita nei monumenti di storia patria di Torino 1839 - SS. T. II - L. I - pag. 578-79.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei venerabilibus fratribus Augerio Reglensi, Berengario Forojuliensi, Petro Niciensi, et Manfredo Antipolitano, episcopis, salutem et apostolicam benedictionem.

Fili nostri Lerinensis (Gorinus abbas) et monachi, ante saracenorum fauces positi, captiones, catenas, et mortis pericula metuentes, de vobis lacrymabiliter conqueruntur, quod eis quasdam ecclesias violenter auferre praesumitis. Cum enim de vobis necessarium expectarent praesidium, ordine in contrarium verso, importabile sentiunt detrimentum. Unde fraternitati vestrae mandamus, quatenus praefatas ecclesias Lerinensi monasterio sine dilatione restituatis in integrum. Conqueruntur etiam satis miserabiliter super parochianis vestris, Petro scilicet de Alansone, uxore Guillelmi Angeri, et militibus de Montebrisone, qui villam illorum depraedantes incendio vestavere et desolaverunt; et super eadem uxore Guillelmi, quae aliam villam cum monasterio in solitudinem omnino redegit. Quamobrem vobis praecipimus quatenus eos, ut monasterio Lerinensi et fratribus satisfaciant, compellatis. Tu vero, Antipolitane episcope, Fulconem parochianum tuum commoneas, ut de pecunia quam Hierosolymitano itineri, quod facturum se deveverat, praeparata praedecessor noster bonae memoriae Paschalis papa Lerinensi monasterio dari praecepit, cum ejusdem loci fratribus in pace conveniat; pecuniam quam de thesauro caenobii fratres pro ipso a saracenis redi-

mendo dederunt, et quam se redditurum juravit, et villam quae juris monasterii est, ab eo abla'am restituat, et de castro Aureilnci (Arluc), quod devastare praesumpsit, abbati et monachis satisfaciat. Alioquin nos cessare a nostri officii sententia non poterimus.

Datum Laterani.

CCXXVII.

=

tra l'anno 1125 e il 1130.

Lettera di Onorio pp. II a Corrado arcivescovo di Salzburgo, perchè proceda canonicamente verso il vescovo di Frisinga - edito da CALLES *VI - 261 -* MEICHELBECK *hist. Frising. I - I - 309 -* MIGNE *CLXVI - 1303 - n. 100.*

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri Chonrado Salzburgensi archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Frisingensis ecclesia, et Henricus episcopus per litteras et nuntios suos in praesentia nostra adversum te graviter questi sunt, quod videlicet ordinationes ab eo post adeptam gratiam praedecessoris nostri felicis memoriae papae Calixti et Romanae ecclesiae factas, evacuare contendis: altaria etiam, quae ab ipso sunt consecrata, subvertis, et de parochia sua, non sicut metropolitanus, sed tamquam proprius episcopus judicas et disponis. Nos autem nec sua nec alterius alicujus peccata, sicut nec debemus, ullatenus defendere volumus. Verum si Frisingensem ecclesiam de praedicta persona, prout zelo justitiae agere videris, desideras liberari, rationabile est, ut in causa ista canonice procedas. Nos enim et eam audire, et praestante Domino definire parati sumus. Interim vero ab omni infestatione, tam personae, quam parochiae suae abstineas.

CCXXVIII.

tra l' anno 1125 e il 1130.

=

Privilegio di pp. Onorio II a Bennone vescovo e alla chiesa d' Imola, sconosciuto a Jaffe *e* Migne *e pubblicato da* Manzoni *nei vescovi d' Imola 79-81.*

Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilis fratri Bennoni Corneliensi episcopo, ejusque successoribus canonicae promovendis in perpetuum.

Officii nostris nos hortatur authoritas pro ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et utilitati salubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque et honestati conveniens esse cognoscitur, uti qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et beati Petri atque apostolicae Sedis patrocinio muniamus. Proinde, charissime in Domino frater Benno episcope, Corneliensi ecclesiae, cujus a Deo cura tibi commissa est, debita benignitate providentes statuimus, ut quascunque possessiones, quaecunque bona eadem ecclesia in praesentiarum juste et legitime possidet firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis nominibus duximus exprimenda, plebem videlicet sancti Laurentii sitam in civitate Corneliensi, et teloneum ac publicas functiones, castrum Imolae, cappellam sancti Theodori, plebem sanctae Mariae, plebem sanctae Mariae Tyberiaci, plebem sanctae Mariae Fausiniani, plebem sanctae Mariae in Gipso, plebem sancti Andreae, plebem sancti Savini, plebem sancti Geminiani, plebem sancti Martini, plebem sancti Angeli, plebem sanctae Mariae in Salustra, plebem sancti Apollinaris, plebem sancti Prosperi, plebem sancti Stephani in Barbiano, plebem sanctae Agathae, plebem sancti Patricii, plebem sanctae Mariae centum Lucinia, abbatias sancti Joannis a Sino, et sancti Petri de Sala, sanctae Mariae in Regula, et sancti Donati atque sancti Matthaei, xenodochium sancti Vitalis, monasterium sancti Georgii et sancti Stephani, sanctae Mariae Iaconiae, sancti Ioannis in Panaria, sancti Pauli, sancti Vincentii, sancti Petri in Pitolo, sancti Petri in Viario, sancti

Petri in Riopiolo, sancti Pancratii, sancti Rophilii, sancti Martini in Saxo, sancti Martini in Arcene, sancti Joannis monachorum, sanctae Mariae Formosae, castrum Teuliariae, castrum Pojoli, castrum publicum, curtem Maceratae cum castro Roccae, castrum Runci, et curtem Vallis Salvae, castrum Gazi, castrum fontanae de Urce, castrum Tausiniani, castrum Casale, castrum Petreliae, castrum Corvariae, castrum Toranelli, castrum Galiisternae, castrum Lavatoriae, castrum Aquae vivae, portum Capitis Silicis cum aquis et paludibus piscariis, ripis et aucupationibus suis, Petretolam, Baccaretam Runci, Libbam fenariam, Massam campi in integrum, Massam Barborani, que vocatur Bofonianum, Massam Libbam, Massam Adhelli, Massam Sugazani, Massam Medesariae, Massam Aucetae, Massam Placiniani, Massam Valeriani, Massam Cornazani, Massam sancti Ambrosii, Massam Liliani, Massam Arsizi, et Massam Vallisani. Quaecunque praeterea in futurum largiente Domino, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis modis juste et canonice poterit adipisci, integra tibi tuisque successoribus et intacta permaneant. Ad haec adicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatus retinere, minuere, vel temeraris vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur tam tuis, quam pauperum usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica, secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemia eternae pacis inveniant. Amen. Amen.

CCXXIX.

tra l'anno 1125 e il 1130.

=

Privilegio di pp. Onorio II al monastero di s. Uldarico e s. Afra in Creuzlingen nella diocesi di Costanza, ove rifioriva la vita comune e la disciplina canonica - divolgato da Neugart *codice diplomatico alemanno II - 60 -* Migne *CLXVI 1270 - n. 53.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis Henrico praeposito et fratribus in hospitali et ecclesia s. Udalrici confessoris, et s. Affrae martyris regularem vitam professis tam praesentibus quam futuris in posterum.

Religiosorum fratrum religiosis petitionibus nos annuere, tam fraternae charitatis affectus, quam piae voluntatis devotio persuadit; quocirca venientibus ad nos dilecti et venerabilis fratris nostri Udalrici Constantiensis episcopi postulationibus benignum praebentes assensum, vitae canonicae ordinem, quem ipse in ecclesia vestra et xenodochio secundum regulam b. Augustini constituit, inviolabilem decernimus futuris temporibus conservari. Beneficia vero quae ipse vobis de mensa episcopali, pro majore tamen parte de aliis bonis suis pro communis victus sustentatione ac pauperum Christi refectione concessit, praesentis decreti pagina confirmamus. Confirmamus praeterea concambium, quod cum canonicis majoris ecclesiae s. Mariae Constantiensis et cum canonicis s. Stephani ejusdem episcopi assensu et collaudatione fecistis. Quaecunque etiam liberalitate principum oblatione fidelium, aut aliis modis in praesentiarum legitime possederitis, sive in futurum largiente Deo juste atque canonicae acquirere poteritis, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur clericorum et pauperum usibus omnimodis profutura, salva nimirum in omnibus ecclesiasticis Constantiensis episcopi reverentia.

Obeunte vero ecclesiae vestrae praeposito, fratres omnes communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, personam idoneam sibi provideat regulariter eligendam. Sepulturam sane illius loci liberam esse censemus, ut illorum qui illic sepeliri deliberaverint, devotioni et extremae voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Si qua ergo in futurum ecclesiastica sive saecularis persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructus bonae actionis percipiant, et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

CCXXX.

tra l'anno 1125 e il 1130.

Decretale di Onorio pp. II - sul bandire i nomi degli scommunicati - cf. s. Tomaso di Canterbury *ep. 75 - pag. 533 - t. CXC - C. M. -* Mansi *supplem. II - 373 -* Migne *CLXVI - 1317 - appendice n. 3 - essa è inserita nel decreto di* s. Anselmo di Lucca *cod. vat. 1363 cod. Barberin. 1881 con questa rubrica* » Honorius pp. capite XI » *ond' è evidente che il nostro pontefice compilò un codice di decretali: non riman d' esso che questo e il seguente capitolo. Secondo il concilio di Toledo e i capitolari di Carlomanno (presso* Baluzio *666) il vescovo doveva scrivere agli ordinarî e baroni circonvicini e noi n' abbiamo ancora un esemplare del 998 contro Ardoino re, pubblicato da* Provana *studi storici p. 344.*

Curæ sit omnibus episcopis excommunicatorum omnino nomina, tam vicinis episcopis quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita prae foribus ecclesiae cunctis venientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia excommunicatis utique ecclesiasticus aditus denegetur et excusationis causa omnibus auferatur.

CCXXXI.

tra l'anno 1125 e il 1130.

=

Decretale di pp. Onorio II sul giuramento dei chierici - divolgata da Mansi *XXII - 362 -* Migne *CLXVI - 1311 - n. 110.*

Inhaerentes vestigiis praedecessorum nostrorum, dicentium, graviores per summum pontificem terminari debere quaestiones, nostrorum fratrum consilio diligenter inquisito, hujus causae speciem irrefragabiliter Deo opitulante terminantes decidimus. Legibus itaque cautum esse comperimus, ut nullus clericus jurare praesumat: alibi vero reperitur scriptum, ut omnes principales personae in primo litis exordio jusjurandum de calumnia subeant. Nonnullis legisperitis et aliis sapientibus venit in dubium utrum clericus jusjurandum praestare debeat, an alii personae liceat hoc officium delegare. Quia (cum) enim illud constitutionis edictum, ut clerici jurare prohibeantur, a Marco (Marciano) Augusto Costantino praefecto praetorio de Constantinopolitanis clericis constitutum promulgatum fuisset, idcirco ad alios pertinere non creditur. Ut ergo dubietas ista penitus auferatur ab omnibus, secundum decisionem etiam filii nostri H. quondam imperatoris (al., ab omnibus decisionem quondam clerici filii nostri H. imp.), anno sui imperii, ut accepimus, factam tertio: nos ejus, inquam, interpetrationem corroboramus, et D. Marci (f., Marciani) constitutionem ita interpetrari debere decernimus, ut ad omnium ecclesiarum clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cum imperator Justinianus decreverit, ut canones Patrum vim legum habere oporteat, et in nonnullis canonibus reperiatur, ut jurare clerici omnino non audeant: dignum est ut totus clericalis ordo a prestando juramento immunis esse procul dubio censeatur. Praeterea statuti principalis (principis) tenor penes nos talis esse dignoscitur. Nos itaque utriusque legis divinae et humanae intentione servata decernimus et imperiali auctoritate irrefragabiliter (irretractabiliter) diffinimus, ut non episcopus, non presbyter, non cujuslibet ordinis clericus, non abbas, non monachus, non sanctimonialis, in quacunque causa vel

controversia, sive criminali, sivi civili, jusjurandum compellatur qualibet ratione subire : sed aliis defensoribus idoneis, si expedire ecclesiae suae noverint, hujusmodi officium liceat delegare : vorum cum hac moderatione, ut episcopus, inconsulto romano pontifice, vel quilibet clericus, inconsulto praelato suo, minime jurare audeat. Omnibus autem episcopis, ac generaliter cun tis sacerdotibus, ac universo clero, ita custodiri deberi mandamus, ut si quis in hanc constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Non sumentes exemplum siv formam a nobis, quod aliter in causa fratrum et coepiscoporum nostrorum Areanae et Senonensis ecclesiae nuper fecimus, quoniam eorum voluntati et postulationi annuimus.

CCXXXII.

tra l' anno 1125 e il 1130.

=

Decreto di pp. Onorio II in risposta all' arcivescovo di Saltzburgo - presso GEROO ABATE DI REICHENSPERG *citato* - MANSI *XXI - 325* - MIGNE *CLXVI - 1315 - appendice - 1 - 2.*

SUNT scripta jam olim super his causis promulgata penes ipsum dominum archiepiscopum. Non illi est necesse de his quaerere, aut expectare novum ex nostri parte aliquod scriptum. Scriptis antiquis utatur, quia sedem Dei habens, nostrum habebit auxilium, in quibuscunque illi favent antiquae traditiones patrum.

CCXXXIII.

tra l'anno 1125 e il 1130.

Decreto di papa Onorio II sulla figliuolanza di Cristo.

Primus astitit mihi beatae memoriae Honorius, cum in ejus curia fuisset magister Luitlofus inter magistros Franciae. Hic dum astruere conaretur, Christum, secundum quod homo est, hominis quidem filium esse naturalem, sed Dei Patris Filium adoptivum: et ego e contrario astruerem, non ad hominem assumptum pertinere adoptionem, quod Filius Dei esset, praedictus papa Honorius astitit mihi concitatus ad hoc ipsum per quemdam libellum a quodam canonico Lateranensi, valenter litterato, ipsi porrectum, et a me perlectum, in quo diligenter fuit investigatum, quae differentia esset inter filios optatos, quos etiam proprios et naturales dici constat, et filios adoptatos filiis naturalibus minime coaequandos. Tunc ergo, refutato adoptionis vocabulo in Christo Dei et hominis proprio et naturali filio, ego in petra exaltatus, et in fide Petri firmatus, ab urbe redii cum laetitia, certum tenens, verum esse, quod Petrus de filio hominis hominibus errantibus ipse non erraverit, dicens: tu es Christus Filius Dei vivi.

CCXXXIV.

circa la fine dell' anno 1130.

=

Lettera del ven. Ildeberto arcivescovo di Tours al pontefice Onorio II, ovvero al suo successore - edita da Beaugendre *e* Migne *n. 47 - pag. 273 - t. CLXXI C. - È da avvertire quivi che mal s' opposero i collettori, ponendo la lettera 40 - del l. III. pag. 289 - prima della 24 - del medesimo libro; poichè quella suppone questa, trattando della medesima persona. Questa nostra è incerto il perchè e contro chi e a qual pontefice sia indiretta: indubitatamente però ad Onorio o al suo successore, essendo Ildeberto in sul termine della vita, quando la dettò.*

Sicut dicit de charissimo patre filius, sic apud nos de vobis in aure conqueror, quoniam pro obedientia vestra adversariis meis factus sum tota die in derisum et insultationi eorum expositus, ita confundor, tamquam qui omnino amiserim disponendi de commissa mihi ecclesia facultatem. Quod profecto emerserit ex eo quod corrigendi enormitatem cappellaniae meae, canonicam et traditam omnibus episcopis potestatem abstuliistis. Accessit etiam ad hoc quod ego satis stupeo quod vehementius quicumque audierint admirantur, scilicet vos praecepisse excommunicatis meis non solum ecclesiae beneficium, quod pro sua amiserant culpa, reddi, verum etiam communionem altaris et sacerdotii officium sine satisfactione sine audientia sine absolutione restitui. Ego autem, licet gravatus, vestris tamen sum obsequulus praeceptis, minus attendens illud apostolicum: *quae conventio Christi ad Belial, aut quis con-*

sensus templo Dei cum idolis? (*II - cor. VI* - 15). Vestram itaque paternitatem lacrymis et precibus exoro, et tamquam pedibus apostolicis provolutus deposco, ne corporis mei infirmitatem mentis anxietate gravetis, sed dignemini nunc praecipere, ut disponendi canonice de cappellania mea integram habeam potestatem.

CCXXXV.

l' anno 1126.

Allocuzione fatta a nome di pp. Onorio ai monaci di Monte Casino dal suo legato Gregorio cardinale di ss. apostoli - Pietro diacono *l. CLXXIII - 912* - Baronio *XVIII - 591-92.*

Indubie noveritis me, non pro papae Honorii hnc lucro et honore romanae ecclesiae venisse, sed pro salute animarum vestrarum cum Christi auxilio, si permittitis, providenda. Romana enim ecclesia vestro auxilio et laude non indiget, quae laudis praeconium in Petro ex ipsius ore meruit Redemptoris. Quae autem ecclesia vel abbatia a romanae Sedis jugo extranea repperitur, cujus arbitrio ipsum coelum ligatur et solvitur? omnes namque ecclesiae a pontificibus imperatoribus et regibus, vel quibusque fidelibus fundatae sunt. Romanam vero Sedem solus illius Dei fundavit, et super Petri apostoli fidem erexit, cui etiam terreni simul et coelestis imperii jura commisit, et illud Verbum, quod condidit coelum et terram, Romanam fundavit ecclesiam. Et ut caeteris omissis, ad ea de quibus nunc sermo agitur veniamus, sicut apostolorum principes Petrus et Paulus romanam ecclesiam suo sanguine consecrarunt, ita Casinense coenobium per beatum Benedictum, qui Romae edoctus fuerat, et per cives romanos Maurum et Placidum habuit fundamentum. Illud quoque vobis notissimum esse non ambigimus, qualiter eo destructo a Longobardis, Casinensis coenobii fratres juxta Lateranense palatium per centum triginta annorum curricula habitaverint, et demum Casinensem ecclesiam romani pontifices Gregorius et Zacharias restruxerunt; quae rursum a Sarracenis cremata, iterum a sancto papa Agapito in monastico est ordine reformata. Cum ergo hujus coenobii fundatores ex romanae ecclesiae prodierint disciplina, ejusque restauratores romani pontifices fuerint, conveniens est, juxta sanctorum patrum statuta, ut ecclesia romana mater et domina, Casinensis ejus specialis, singularis jure dicatur et filia. Revolvite casinensis coenobii munimina,

ejusdem libros perscrutate, et id unde nunc sermo agitur poteritis invenire: si vero non potestis, mendacii arguite; sin autem potestis, nolite veritati resistere, nolite romanae ecclesiae repugnare, nolite ejus jussionibus contraire; sed ex cujus uberibus fidei salutem suxistis, ejus jussionibus studete in omnibus obtemperare.

CCXXXVI.

l' anno 1127-28.

=

Allocuzione tenuta da pp. Onorio II al concilio di Capua - BARONIO . *XVIII* - *403* - FALCONE BENEVENTANO - *1197* - *CLXXIII.*

DOMINI et charissimi fratres, sicut vestra cognovit charitas, diu est, quod romanam Sedem relinquens apud civitatem beneventanam, quae specialiter romanae attinet Sedi, pacificus venerim et, omnibus spretis tempestatibus, circa convicaneos nostros hospitatus sim. Biduo autem post nostri adventus praesentiam Rogerius comes, b. Petri adversarius, circa civitatem beneventanam milites fere quadringentos ad civitatis ruinam et nostri dedecus inauditum induxit. Qui fere horis omnibus civium bona depraedati sunt, et eorum possessiones assiduae incisioni posuerunt. Nos autem universas illorum sustinentes afflictiones, ut ab illa desisterent pertinacia excogitavimus. Insuper etiam praedictus comes Rogerius cum Hugone infaute et Raone de Ceppaluni pro civitatis beneventanae detrimento gravissime confaederatus est, existimans nos timori ejus succumbere et nefandis petitionibus suis operam dare. Hugo quoque et Rao conjuratione tali alegata, quotidie confinia civitatis igne et ferro consumere caeperunt. Nos autem omnia quae gerebantur aspicientes, solam misericordiam Dei omnipotentis praestolantes, coelestis regis auxilium et b. Petri invocavimus. Deinde ne civitas prorsus deturbaretur beneventana, talibus commota afflictionibus, militum amicorum depoposci juvamen: sicque, ut potuimus, obsistere coepimus eorum pertinaciae. Cumque pro quibusdam imminentibus negotiis civitatem troianam adissemus, praefatus Rao de Ceppaluni beneventanos cives, qui ob vindicandas, quas passi fuerant contumelias, die festivitatis beati Martini circa ejusdem Raonis confinia exierant, ira divina et furore caelitus adveniente, ducentos fere captivos tenuit et in imo carceris, denudatis corporibus, alligavit. Deinde quosdam captivorum civium Hugoni infanti, viro nefandae memoriae et tyranno horribili, ut cruciatibus et suppliciis afficerentur, donavit. Qui vero Hugo dentibus eorum radicitus

evulsis et membratim dilaceratis, pretio eorum accepto, distraxit. Eos vero quos ipse Rao detinuit, periculo famis et frigoris affligere non destitit. Quid multa? univer a quae excogitari poterant convicia beneventanis in captione positis inferuntur. Praeterea die nocteque minantur ut comitem illum Rogerium, anathemati deditum, super civitatem inducant Beneventanam, et de b. Petri virtute eductam, suae obtineant ditioni, et potestati. Insuper vobis omnibus, qui civitatum dominia, et castrorum vigores tenetis, terroribus multis, variisque tempestatibus minitatur quatenus unicuique vestrum munitiones, et in quibus confiditis arces auferat, et secundum ejus velle vitam vestram disponat, et prout vult et quomodo vult, de civibus peregrinos faciat, et de viris locupletatis pauperes statuat, et egenos. Nos itaque mentis suae iniquitatem, et excogitationes quibusdam signorum conjecturis, per eos, qui hactenus perpessi sunt, cognoscentes, longe lateque vitavimus, et pollicitationes suas, tanquam virus mortiferum fugientes, nullo modo paruimus, neque ut ita dicam, auribus percipere dignati sumus. Auri quippe et divitiarum o quantas pollicitus est cumulationes, dumtaxat, si ei ducatus honorem largiri vellemus, divitiarum sane illarum multimodas evitans promissiones, tum pro romanae Sedis honestate, quam conservare certavi, tum pro vestri exsilii, quod horis omnibus terrore expavi, Deum omnium factorem saeculorum, qui renes scrutatur, et corda, dejeci et dedignatus sum. Pro vestra, credatis, confusione, et expulsione divitias tantas promiserat; excogitans ad ejus libitum me usquequaque devolvere, et consensum vestrae largiri exulationi. Ego vero dilectionis vestrae vinculum amplexatus, mori prius vobiscum elegerim, quam ejus pollicitationibus nefandis adhaerere. Vitam igitur, mortisque asperitatem, charissimi confratres, et filii, in vestra tenetis electione et voluntate, dummodo pugnare velitis, et vigorem honestatis tueri ad invicem exaestuatis: prudentiam vestram certissimam expertus sum, nihilque restat, nisi ut omni desidia abjecta, et cordis torpore deposito, romanae sedis dignitatem, quae pro vobis omnibus assidue intervenit, defendatis, et vobisipsis, quem tenetis vigorem, et filiis vestris conservare concmini. Subvenite itaque, viri fortissimi et bellatores perspicui, et dum tempus prosperitatis succedit, viribus cunctis justitiae, quam amplectimur, severitatem ad ardua sublevemus. Deus enim, qui justitiae via est et lux veritatis, et b. Petri apostoli interventio nos quotidie liberabit, et auxilium a sancto ejus solio pietate assueta largietur. »

Risposta del duca Roberto « en, pater venerabilis, et personam, quam aspicis, et totius principatus mei, quem tradidisti, virtutem tuae comitto ditioni et ad tuum imperium omnia subiacebunt. »

CODICE DIPLOMATICO E BOLLARIO

DI

GREGORIO VIII.

ANTIPAPA

CCXXXVII.

18 aprile 1114.

=

Breve di Pasquale II a Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa - lo sospende dall'ordine e dalla giurisdizione - edita da Mansi *concil. XX - 447 -* Migne *t. CLXIII - pag. 350 - n. 387 - Al codice di Gregorio VIII ponno appartenere anche due bolle che leggonsi presso* Ribeiro *» dissertacones chronologicas e criticas sobre a historia de Portugal Lisboa 1810 - IV - 757 - V - 6 » e sono di Pasquale II, a Bernardo Toletano, Maurizio Bracarense etc. e a Gonsalvo di Coimbra date 19 - agosto 1115 - 18 - giugno 1116.*

Inter quareias alias, quae de te ad Sedem apostolicam delatae sunt, legionensis ecclesiae invasio et contritio nos gravius contristavit. Super quae ex nostris litteris monitus et a vicario nostro Bernardo toletano ad concilium evocatus et venire et satisfacere contempsisti. Ad haec pro hujus nequitia et inobedientia per eum tam a sacerdotali quam ab episcopali officio interdictus, eadem officia celebrare pertinaciter praesumpsisti. Nos igitur, auctore Deo, tantum neqnitiae et superbiae facimus ulciscentes, et eadem tibi officia, et bracarensis ecclesiae obedientiam interdicimus, donec resipiscens obedias et plenius satisfacias.

Datum Laterani XIV maij indict. VII.

CCXXXVIII.

4 decembre 1114.

=

Pasquale II ad istanza di Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa, riceve nella protezione apostolica quella diocesi e ne segna i confini - edita da Risco *espana sagrada XL - 351 -* Migne *CLXIII - 361 - n. 401 - È Gelasio II che scrive e Pasquale II che concede a Gregorio VIII!*

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Mauritio bracarensis ecclesiae archiepiscopo ejusque successoribus canonice substituendis in perpetuum.

Sicut injusta poscentibus nllus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, frater in Christo Mauriti, precibus annuentes, ad perpetuam sanctae bracarensis ecclesiae pacem ac stabilitatem praesentis decreti stabilitate sancimus et universae parochiae fines, sicut temporibus Mironis regis episcoporum concilio distineti leguntur, sicut a tuis antecessoribus usque hodie possessi sunt, ita integri omnino tibi tuisque successoribus in perpetuum conserventur. Quorum videlicet descriptio ita se habet: a fauce fluminis Limiae per ipsum flumen usque Lindosum, inde ad Porteilam de Homine, ad Porteliam de Lavanca et ad Carragium usque ad Petram Fitam, inde ad Montem Miserum, ad Colinariam et ad radicem Alpis cespiacii, inde per cacumina montium ad Boucam de vaceis usque ad portum de Mirleus et ab ipso portu per fluvium Estolae in flumen Durii et per ipsum flumen in fauce de Corregu, inde ad montem Maraonis et ad castrum, quod dicitur Viliaplana usque ad antiquum pontem fluminis Tamieae et per ipsum flumen usque ad fluvium Utiiem, qui modo de Utribus appellatur, inde ad Lumbam usque ad portum Burgani et ab ipso portu per alveum fluminis Aviae usque in mare. Quidquid autem intra hos fines vel in aliarum parochiarum partibus proprietario dominii jure bracarensis ecclesia possidet, quietum ei statuimus servitium, dico quietum ei

statuimus integrumque servitium. Si quid praeterea principum liberalitate vel quorumlibet oblatione fidelium juste atque canonice poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata persistant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eamdem ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnia integre conserventur tam tuis quam clericorum ac pauperum usibus profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica quaelibet saecularisve persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum judicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen.

Ego Paschalis catholicae ecclesiae episcopus.

Datum Laterani per manum Joannis sanctae romanae ecclesiae diaconi cardinalis ac bibliothecarii, II nonas decembris, indictione VIII, incarnationis dominicae anno 1114, pontificatus autem Paschalis II papae anno XVI.

CCXXXIX.

1 giugno 1115.

=

Bolla di Pasquale II a Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa - edita da Argote » *memorias para a historia de Braga III - 451* - Migne *CLXIII - 383 - n. 430.*

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Mauritio bracarensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem.

Minduniensis cathedrae transmutatio, sicut nostis, facta est provincialis deliberatione concilii, licet tu? habes in tempore qui ejusdem ecclesiae metropolitanus es. Si quid igitur in hoc corrigendum est, legatus noster, cum ad vos venerit, per Dei gratiam providebit. Clericis tamen loci nolumus aliquas injurias irrogari: latori quoque praesentium seu coeteris praecipimus beneficia si quae sunt ablata restitui.

Datum Beneventi quinto nonas junii

CCXL.

3 novembre 1115.

Pasquale II *sospende a Bernardo arcivescovo di Toledo la giurisdizione di legato sopra la metropoli di Braga dietro le querele di Maurizio arcivescovo, poi Gregorio VIII antipapa - edita da* Baluzio *miscell. III - pag. 448 - ed. lucchese I - pag. 139 -* Migne *CLXIII - pag. 391 - n. 442.*

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bernardo toletano archiepiscopo, apostolicae Sedis legato, salutem et apostolicam benedictionem.

Pro injuriis confratris nostri Mauritii bracarensis archiepiscopi fraternitatem tuam sepe monuimus; sed adhuc se vehementer a te gravari conqueritur. Colimbriensis enim episcopi obedientiam ei contra romanae auctoritatis privilegia subtraxisti. Item in Lucensi ecclesia, ad ejus metropolim pertinente, episcopo praeter judicium ejecto, superordinari alium proposuisti. Idipsum in monasterio beati Petri de Monte factum conqueritur. Bracarensis ecclesiae bona et ab aliis distrahi consensisti et ipse cum familiaribus tuis mora diutina consumpsisti. Per totam etiam provinciam, invito et ignorante eo, potestatem tuae voluntatis exerces. Asturicensis ecclesiae parochiam, ut Salmantinam augeres, invito eo, imminuisti. Nos autem in hiis vehementer regni turbationem et aetatis tuae gravedinem infirmitatisque persamus. Idcirco te ab injuncta super archiepiscopum et provinciam bracarensem cura legationis absolvimus, ut liberius ipse valeat in provinciam suam justitiam exercere.

Datum Anaguiae III nonas novembris.

CCXLI.

3 novembre 1115.

Pasquale II ordina a Gonsalvo vescovo di Coimbra di ritornare sotto la giurisdizione di Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa - edita da Baluzio *miscell. III - 448 - dell' edizione lucchese I - 139 -* Migne *CLXIII - pag. 390 - n. 441.*

Paschalis episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Gonsalvo Colimbrensi episcopo, salutem et apostolicam benedictionem.

Quanti criminis habeatur ecclesiasticae auctoritatis contemptus ex propheticis verbis agnoscitur, ubi scriptum est » quasi scelus idololatriae nolle acquiescere (*I - reg. XV*) » Fraternitatem tuam, missis et remissis litteris admonuimus, ut confratri nostro Mauritio bracarensi archiepiscopo tamquam metropolitano tuo reverentiam obsequiumque impenderes. Tu vero et litteras contempsisti et privilegia quae bracarensi ecclesiae apostolicae Sedis auctoritate indulsimus sub contemptu ejusmodi conculcasti. Adhuc tamen penes te patientiam exhibentes, praecipimus ut eidem archiepiscopo, tamquam metropolitano tuo, deinceps debeas obedire. Porro nisi infra dies quadraginta postquam has litteras acceperis, debitam et obedientiam praestaveris, ex tunc ab episcopali officio te suspendimus.

Datum Anagniae III nonas novembris.

CCXLII

15 marzo 1115.

=

Gelasio II implora soccorso d' armi dal clero e popolo francese contro Maurizio Burdino arcivescovo di Braga, sotto nome di Gregorio VIII antipapa intruso nella s. Sede apostolica da Enrico V imperatore - edita da Migne *CLXIII 489 - n. 4 - nel bollario gelasiano -* Mansi *concil. XXI 166 - miscell. I, 143 -* Baluzio *miscell. III - pag. 495.*

Gelasius servus servorum Dei archiepiscopis, episcopis, abbatibus, clericis, principibus et caeteris per Galliam fidelibus salutem et apostolicam benedictionem.

Quia vos romanae ecclesiae membra estis, quae in ea nuper acta sunt dilectioni vestrae significare curamus. Siquidem post electionem nostram dominus imperator furtive et inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit. Pacem postea et minis et terroribus postulavit, dicens quae posset se facturum, nisi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus. Ad quae nos ita respondimus » de controversia quae inter ecclesiam et regnum est, vel conventioni vel justitiae libenter acquiescimus loco et tempore competenti, videlicet Mediolani vel Cremonae in proxima beati Lucae festivitate, fratrum nostrorum judicio, quia a Deo sunt judices constituti in ecclesia, et sine quibus haec causa tractari non potest. Et quoniam Dominus imperator a nobis securitatem quaerit, nos verbo et scripto eam promittimus, nisi ipse eam interim impediat. Alias enim securitatem facere, nec honestas ecclesiae nec consuetudo est » Ille statim, die videlicet post electionem nostram quadragesimoquarto, Mauritium bracarensem episcopum, anno praeterito a domino praedecessore nostro Paschali papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris ecclesiae gremium ingessit. Qui etiam cum per nostras olim manus pallium accepisset, eidem domino nostro, et catholicis successoribus, quorum primus ego sum, fidelitatem juravit.

In hoc autem tanto facinore nullum de romanis dominus imperator, Deo gratias, socium habuit: sed guibertini soli, Romanus de sancto Marcello, Ceneius qui dicebatur de sancto Chrysogono, Teuto qui multo per Daciam debacchatus est tempore, tam infamem gloriam celebrarunt. Vestrae igitur experientiae litterarum praesentium perception. mandamus, ut super his per Dei gratiam communi deliberatione tractantes, ad matris ecclesiae ultionem, communibus, praestante Deo, auxiliis, sicut oportere cognoscitis, accingamini.

Datum Caietae decimo septimo kalendas febr.

CCXLIII.

25 marzo 1118.

Lettera di papa Gelasio II - a Bernardo arcivescovo di Toledo e primate della Spagna sulla invasione della s. Sede avvenuta per opera di Maurizio arcivescovo di Braga, sotto il nome di Gregorio VIII antipapa - edita da Baluzio *miscell. ed. Luc. I - 144 - È evidente essere questi due esemplari di una medesima lettera: e donde dunque le varianti, non pur di parole, ma di sostanza e di periodi? la risposta è manifesta, sono copia di due differti originali. Ma come ciò? la s. Sede, quando trattava affari di gran rilievo in lontan paese, inviava sempre uno o piu copie della medesima lettera, onde in tanti pericoli e malagevolezza di viaggi ne giungesse almanco una al suo destino. Quest' uso fu tenuto fino ai secoli piu vicini, tantochè mi ricordo aver letto in alcuni archivi di Roma esemplari di lettere rimandate, dopo che una era giunta già al segno. Nel regesto di s. Leone da noi volgarizzato ci avverrà di notare questa medesima cosa.*

Gelasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bernardo toletano primati et caeteris hispaniarum episcopis.

Non latere credimus fraternitatem vestram, qualiter frater noster Mauritius bracarensis episcopus se jamdiu habuerit, et quomodo ecclesiam suam dimiserit et quomodo regi excommunicato adhaeserit. Illud etiam, ut opinamur, nostis, quod a praedecessore nostro sanctae memo-

riae Paschali papa in concilio excommunicatus sit et quod bracarensi ecclesiae sit mandatum, ut pastorem sibi alium provideret. Nunc tandem per regis tirannidem, post longum electionis meae spatium, in cubile sanctae matris ecclesiae se ingessit. Ideoque fraternitati vestrae mandamus, ut ad electionem in bracarensi ecclesia faciendam, sollicitudine charitatis debita operam praebeatis. Ipsum vero Mauritium excommunicatum perjurum et matris ecclesiae constupratorem caeteris ecclesiae filiis publicetis.

Datum Cajetae VIII kal. aprilis.

CCXLIV.

25 marzo 1118.

Gelasio II si loda del clero e popolo romano che resistette alle usurpazioni di Maurizio Burdino arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa, e li esorta a non communicare seco lui - presso Migne *CLXIII - 487 - 88 - n. 2 - del bollario di Gelasio II -* Mansi *concil. XXI - 168 - miscell. I, 145* Baluzio *miscell. III - 502.*

Gelasius episcopus, servus servorum Dei; dilectis in Christo filiis clero et populo romano salutem et apostolicam benedictionem.

Dilectionis vestrae Domino gratias agimus, quod unanimiter persistentes, communicare tenebrarum operibus noluistis. Audivimus etiam, quoniam ille amicus noster dominus imperator, familiarem nostrum Mauritium bracarensem archiepiscopum, antea sibi super tractanda pace legatum, in nostram ecclesiam ingesserit. De quo sciatis, quod *sicuti* olim, secundum consuetudinem confirmationis et consacrationis pallium accepisset a nobis, et nos ab ipso secundum statuta canonicum juramentum fidelitatis et obedientiae recepimus etc. Rogamus ergo dilectionem vestram, et praecipiendo mandamus, ut ab eo vos, tamquam ab excommunicato, perjuro, invasore, et s. matris ecclesiae ac fidei catholicae constupratore abstineatis etc.

Datum Cajetae etc.

CCXLV.

25 marzo 1118

=

Lettera di papa Gelasio II a Bern rdo arcivescovo di Toledo e primate della Spagna sulla invasione della Sede apostolica avvenuta per opera di Maurizio arcivescovo di Braga antipapa col nome di Gregorio VIII - edita da Mansi *concil. - XXI - 167. Vedi la rubrica del n. CCXLIII - e* Mansi *miscell. I, 144 e* Baluzio *miscell. III 499.*

Gelasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Bernardo archiepiscopo toletano et hispaniarum primati, salutem et apostolicam benedictionem.

Non latere credimus fraternitatem tuam, qualiter frater quondam Mauritius bracarensis episcopus se jamdiu habuerit, qualiter ecclesiam suam dimiserit, et quomodo regi excommunicato adhaeserit et contra statuta canonica in cubile romanae ecclesiae se ingesserit. Nec cum miramur debitam tibi obedientiam et antiquum primatus honorem ecclesiae tuae penitus denegasse: qui romanam ecclesiam, quae omnium ecclesiarum mater est et magistra, non solum negare, sed destruere quodammodo conatur etc. Monemus itaque atque praecipimus, ut juxta mandatum praedecessoris nostri ad electionem in bracarensi ecclesia faciendam sollicitudine charitatis debitae operam et opem praebeas cum effectu. Ipsum vero Mauritium excommunicatum et perjurum et matris ecclesiae constupratorem publicum caeteris hispaniarum praelatis etc.

Datum Cajetae etc.

CCXLVI.

13 aprile 1118.

Gelasio II rende accorto il cardinale Conone vescovo di Palestrina e legato in Germania della invasione della s. Sede avvenuta per opera di Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII antipapa - edita da Migne *t. CLXIII - pag. 493 - n. 9 - C. M. -* Mansi *concil. XXI - 173.*

Gelasius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Cononi praenestino episcopo apostolicae sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

Jam dudum nostras tibi litteras misimus, sed utrum ad te pervenerint, ignoramus; quae ita se habent; post electionem nostram dominus imperator (*per errore „ diaconus imperatoris „*) furtive et inopinata velocitate Romam veniens, nos egredi compulit. Pacem postea minis et terroribus postulavit, dicens se facturum quae posset, nisi nos ei juramento pacis certitudinem faceremus. Nos et fratrum nostrorum consilio pacem obtulimus. Ille statim, die videlicet post electionem nostram *quadragesima* quarta bracarensem episcopum, qui Burdinus a Northmannis dicitur, anno praeterito, sicut nosti, a domino praedecessore nostro Paschali papa in concilio Beneventi excommunicatum, in matris ecclesiae invasionem ingessit. De quo etiam tibi notum est quod cum per nostras olim manus pallium accepisset, praedicto domino nostro et ejus catholicis successoribus, quorum primus ego sum, fidelitatem juraverit. In hoc autem tanto facinore nullum de romano clero imperator, Deogratias, socium habuit, sed Wibertini quidam, Romanus de sancto Marcello, Centius qui dicebatur sancti Grysogoni et Teuto qui tanto per Italiam (*altrove dice* Daciam) debacchatus est, tam infamem gloriam celebrarunt. Sane nos cum fratribus nostris et episcoporum collegio in praeteri-

to palmarum die Capuae regem ipsum cum idolo suo excommunicavimus. Tuae igitur experientiae praecipimus, ut omnia haec per commissae tibi legationis partes fratribus constitutis nota facere studeas et ad matris ecclesiae ultionem, sicut oportere cognoscis, praestante Deo, accingaris.

Data Capuae idibus aprilis.

CCXLVII.

27 aprile 1121.

=

Calisto II annunzia con una enciclica inviata all' episcopato al clero e a tutta la cristianità di Francia l'assedio di Sutri e la dedizione della piazza e consegna di Maurizio Burdino arcivescovo di Braga (Greg. VIII. antipapa). Esorta il popolo cristiano a rendere perciò grazie a Dio e serbarsi saldo nella unità cattolica - presso Baluzio *miscell. III - 508 -* Migne *CLXIII - pag. 1205 - n. 131 - del bollario di Calisto -* Mansi *concil. XXI - 280 - miscell. I, 147. Ognuno al considerare questo documento, s'avvedrà di leggieri ch'egli è un capo-lavoro d' arte e di dignità e d' astuzia della segreteria papale.*

Calixtus episcopus servus servorum Dei dilectis fratribus et filiis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, et caeteris, tam clericis quam laicis, beati Petri fideiibus per Gallias constitutis, saiutem et apostolicam benedictionem.

Quia dereliquit populus legem Domini et in judiciis ejus non ambulabat, visitavit Dominus in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum. Paternae tamen conservans viscera pietatis, de sua confidentes misericordia non reiinquit. Diu siquidem peccatis exigentibus per illud teutonicorum regis idolum, Burdinum videlicet fideles ecclesiae conturbati sunt: et aiii quidem capti sunt, aiii usque ad mortem, carceris maceratione afflicti sunt. Nuper autem festis paschalibus celebratis, cum peregrinorum et pauperum clamores ferre penitus non possemus, cum ecclesiae fidelibus ab urbe digressi sumus et tamdiu Sutrium obsedimus, donec divina potentia et supradictum ecclesiae inimicum Burdinum, qui diabolo nidum ibidem fecerat, et locum ipsum omnino in nostram tradidit potestatem. Rogamus itaque charitatem vestram, ut pro tantis beneficiis

una nobiscum regi regum gratias referatis, et in catholicae ecclesiae obedientia et servitute constantissime maneatis, retributionem debitam in praesenti et in futuro ab omnipotente Domino per gratiam ejus recepturi. Rogamus etiam ut has litteras alter alteri praesentari, omni remota negligentia, faciatis.

Datum Sutri quinto kalendas maii.

CCXLVIII.

prima dell' autunno 1118.

=

Lettera di Gregorio VIII ad Enrico V imperatore - edita da Mansi *miscell. epist. t. III - pag. 12 - 15 - Lucca 1761 -* Baluzio *miscell. L. VII pag. 467 - Parigi 1680 -* Jaffè *nel regesto 548-49 l' ha illustrata. Io credo però che i collettori male la desciferassero nei codici, essendo gremita di errori ed in alcune parti senza significato.*

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectissimo filio Henrico romanorum imperatori semper augusto salutem et apostolicam benedictionem.

Postremae litterae, quae per nostrum pedites vestri magnificentia transmisit imperii, plurimum, serenissime fili, dulcedinis habuere, sed intus duobus elasu vel utilitatis omnino nihil: onustae quidem floribus spem maximam promittentes, sed majori fructu divina desperatione praebentes, una nuntios afferebatur transmittendo a curia qula 14 kal. novembris celebrari debuit, altera quae marchionibus multis comminationibus invitatos ad auxilium nostrum pollicebatur venturos. Porro venit ad nos Warnerus cum LXX per militibus qui fere per dies XV - nobiscum commoratus, sumpto pretio Judae Scarioti sine licentia recedens plus nobis contulit debilitatis, quam virium nostris abstulit inimicis, nos praesens potius impedivit, quam praesens vel absens nostris nocuerit adversariis. Fredericus autem postquam curandi per adventum praesensit a nobis recedens nihil apud nos dignum memoria reliquit. De procurando incerti eramus quid fa ile (facere) conaretur cum litteris frequenter vocatus et nuntiis nil boni respondisset et suis potius quam nostris intiiare comodis videretur: de quo plurimi fidelium accumabant, quam vestra velit moderatio designare. Exitus rerum satis intentionem cordium demonstrabit: sed quaerit nodum in scirpo. Quae fides sperat in illo, cujus

nnmquam habuit dilectionem. In hoc potissimnm neque vobis non etiam inntile qnod, ut credimus, vestra putat severitas nos de parte vestra aliquod habere subsidium, cum nobis plus omnibus hostibus obfuerunt quos jnvisse aestimatis. Inde nobis pericula, tot angustiae, quot et quanta scribere nequimus et non putamus evadere auxiliorum pecunia (f. penuria). Confundo tempora, in graviora dilabimur juxta proverbium vulgi, expectando transit temporis nescis quando. Dicite quae tanta saevitia unde mansuetudini talis potuit impietas accidere: quia sic nostri voluistis obbivisci nec in tantis manus porrigere periculis, ut mirentur omnes qui noverunt et vos ipsi quoque criminentur inimici aut aliud vos tractare atque aliud liga proferre unde terror fidelibus et hostibus audaciae fomenta parentur. Testis nostrae est altissimus conscientiae, cujus intuitus omnium secretorum rimatur arcana, quia pro veritate Dei et defensione justitiae, clementissime fili, quo nihil est vobis sub sole carius, illa patimur, quae intolleranda videntur, ne locum victoriae haereticorum superstitio rapiat aut veritas mendacio succumbat, vel sanctorum patrum auctoritas destruatur aut vestri dignitas imperii quam ad (juvamen) una manus ecclesiae Deus instituit in nihilum . . . .

CCXLIX.

anno e mese incerto: ma però di autore sincrono

=

Brano di lettera di Egino:e, in cui confessa di essere stato condotto nello scisma dal vescovo di Augusta, seguace perdutissimo di Gregorio VIII antipapa - presso Baronio *t. XII - pag. 142,*

Reverendae paternitatis ac diligendae fraternitatis cunctis utriusque sexus in Christo fidelibus Egino ille, cujus incolatus es' super terram prolongatus, caelestis patriae associari civibus . . . .

Deuique, ipso contra jus fasque omnibus modis grassante, adeo ut catholicum papam respueret, Burdinum reciperet nomenque ejus in cerei paschalis benedictione recitari praeciperet, ac plebem sibi subjectam tanti haeresiarchae litterarum salutatione pollu ret, nos etiam in h's omnibus secum contaminari cogeret: tandem, ut arcus fortium superaretur, nos actenus infirmi, d vino robore accingimur, in medium progr dimur cum apostolis etsi longe impares protestamur: obed re oportet magis Deo quam hominibus. Hac voce non minori, quam scribae et farisæi, pontifex iste commovetur furore, dum mox vincula et carcerem minatur et exilium, nec unquam ce-saverit, quousque ego et fratres mei, qui cum duodecim Christum sequebatur, aliis retro abeuntibus a monasterii quiete perturbamur. Nec tamen huic praesuli post innumeras contumelias et injurias nostri sufficit expulsio, quin in omnes terrae fines nos ejus pro posse sequeretur persecutio. Quamobrem cum archiepiscopum nostrum, nec non magnum episcoporum, abbatum seu principum catholicorum adirem colloquium, expositas querelas in commune pro sceleris immanitate mirantur et lamentantur . . . . .

CCL.

dopo l' anno 1112.

—

Professione del vescovo Adefonso a Maurizio arcivescovo di Braga, poi Gregorio VIII ant'papa - presso Stefano Baluzio *miscellaneorum t. III - pag. 477.* Mansi *miscell. I, 159.*

Ego Adefonsus sanctae ecclesiae Tudensis nunc ordinandus episcopus subjectionem et reverentiam et obedientiam a sanctis patribus constitutam secundum praecepta canonum ecclesiae Bracarensi rectoribusque ejus perpetuo me exhibiturum promitto et supra sanctum altare propria manu firmo etc.

CCLI.

13 aprile 1118.

=

Bolla di Gregorio VIII antipapa al monastero di Usereche - presso Stefano Baluzio *miscellaneorum t. III - pag. 504-5 -* Mansi *I - 145.*

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto in Christo filio Aideberto abbati sancti Petri Usercensis monasterii, omnibusque fratribus ibidem Deo famulantibus et successoribus ejus in eodem monasterio substituendis in perpetuum, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum per Dei omnipotentis misericordiam in summi pontificatus arce constituti universarum ecclesiarum curam suscepisse videamur, illarum tamen maxime necessitatibus condescendere debemus, quas religiose conversari ac in Dei servitio semper permanere cognoscimus. Ideoque, filii carissime, auctoritate Sedis apostolicae, cui Deo dispensante praesidemus, confirmamus tibi et ecclesiae tuae libertatem, quam a principio habuisse dinoscitur, videlicet ut nullus episcopus, nullus archyepiscopus monasterium istud sine nostra jussione audeat excommunicare, et post obitum tuum vel cujuscumque abbatis habeant monachi ipsius monasterii licentiam et facultatem secundum regulam sancti Benedicti sibi eligendi abbatem aut de illo monasterio, si ibi repertus fuerit, aut de alio quo voluerint. Insuper concedimus tibi monasterium Agiduncuse cum omnibus ecclesiis sive terris ad idem pertinentibus, monasterium quoque maimacense cum omnibus possessionibus suis, nec non Tusturiaci et sancti Raphaelis et Exidolis cum omnibus possessionibus ad haec in integrum pertinentibus, alias quoque ecclesias quas nunc habere videmini aut in antea Deo auxiliante juste acquirere poteritis. Recipimus quoque te et monasterium sub tutela et defensione beati Petri cujus ecclesiae omni anno debes persolvere bizantium auri. Ita ut nullus archiepiscopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nec aliqua magna parvaque persona de rebus ad ecclesiam pertinentibus aliquid depraedare, subthraere, aut quolibet ingenio defraudare audeat. Si quis vero, quod non

credimus, contra hanc nostrae ordinationis paginam ausu temerario obviare tentaverit, sciat se anathematis vinculo colligandum.

Datum Laterani, per manum Petri sacrosanctae romanae ecclesiae canceliarij secundo idus apriiis, indictione undecima, anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo octavo decimo, pontificatus autem domini Gregorii papae VIII anno primo etc.

CCLII.

15 novembre 1122.

—

Bolla di Gregorio VIII antipapa alle monache benedettine di Cateschy nella diocesi di Lincoln - presso il MONASTICON ANGLICANUM *II, 897 - che la dà per bolla del legittimo papa Gregorio VIII - sfuggita al Baluzio e tutti i collettori. È scritta quando già era rinchiuso nel monastero: indizio certo che ei spargeva ancora privilegi - i suoi attentati forse determinarono le varie trasmigrazioni d' una in altra clausura.*

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus priorissae et conventui monasterii de Cateschy, ordinis sancti Benedicti, lincolniensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta romana ecclesia devotos et humiles filios, ex assuetae pietatis officio propensius deligere consuevit; et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater suae protectionis munimine confovere. Ea propter, dilectae in Christo filiae, vestris justis postulationibus, grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipatae, cum omnibus bonis quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus: specialiter autem de *Cateschy*, de *Clsebi* et de *Cliten* ecclesias cum pertinentiis eorumdem, quas venerabilis frater noster *Hugo lincolniensis episcopus*, et praedecessores ipsius, capituli sui accedente consensu, pia vobis liberalitate concesserunt, in usus proprios retinendas: nec non de *Clsby*, et de *Basford* maneria, terras, possessiones, decimas, molendina, redditus, prata, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis, et pro vos, eidem monasterio, auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo

omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis, et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attempare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum *Petri* et *Pauli* apostolorum ejus se noverit incursurum.

Data Romae XVII kal. decembris, pontificatus nostri anno quinto.

CCLIII.

7 giugno 1127.

—

Bolla di Gregorio VIII antipapa alle monache cisterciensi di Synningthwait nella diocesi di Jorck - presso The history of the antient, abbeys, monasteries, hospitals, Cathedral, and colleggiate Churches Bein two additional volumes to Sir William Dugdalès Monasticon Anglicanum *- pag. 294 - t. II - sconosciuta a* Baluzio *e a tutti i collettori. L'anno del pseudo-pontificato è corrotto senza meno, poichè colla data di Terni non è compatibile se non l'anno IV - poichè al 27 - aprile 1121 - era già presso Sutri. Anche la data della precedente soffrirebbe qualche eccezione: ma la data di Roma è scusabile in chi virtualmente si può imaginare di risieder là, quantunque fosse nella carcere di Passerano o della Cava.*

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus priorissae et conventui monasterii de Synningthwait cisterciensi eboracensis dioceseos salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter, dilecte in Domino filie, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et monasterium de Synningthwait in quo divino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis quae in praesentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis praestante Domino poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, redditus, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem

monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes ne quis de ortis et virgultis vestris seu de vestrorum animalium nutrimentis a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostrae protectionis, confirmationis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Interamnae VII idus junii pontificatus nostri anno decimo.

APPENDICE DI DOCUMENTI

CCLIV.

anno 858.

=

Cod. sess. *E - CCXVII - pag. 5 - dal regesto sublacense pag. 11.*

Nicolaus episcopus servus servorum dei Leo venerabilis abbas.
Quia petistis a nobis qualiter moniminas vel priviiegia quas ab agarenis olim cum omui suppeilectile monasterii igne concremata atque exusta dignoscitur. Quantum ad vestram memoriam domino inspirante retinero videmini quomodo a b. Gregorio summo pontifice vel ab aliorum antecessorum nostrornm pontificum vel etiam ab aliis xpianis pro eorum peccatis redimendis concessa sunt reconfirmare et stabilire nostrae clementiae dignaremur. Quae vobis valde competit vestre petitionis annuere que piis desideriis concedenda congruunt. Igitur concedimus sive confirmamus in ven. mon. scissimi patris nostri Benedicti et sancte Scolastico q. pon. in Subiac. In pmis locus ipse q vocatur puzeia ubi ipse monast. constructu est una cum specu ubi ipse beatissimo Benedicto heremitica duxit vitam cum omnia infrascae.

CCLV.

anno 935.

=

Cod. sess. *E - CCXVII - pag. 35 - 29 - edita in parte da* Muratori *A. I. VI - 201 - dal regesto sublacense pag. 47.*

Bulla Leonis papae VII - (sic) qua deplorat pontifex incensum ab agarenis sublacense monasterinm et bona confirmat quae in combustis chartis titulum possessionis exhibebant.

Leo episcopus servus servorum etc. dilectissimo filio Leoni pbro et monacho atque abbe vbil. monis. sancti Benedicti qui situ est in Sublacu tuisq. succesb. imppum cum magna dilectione et sollicitudine insistere curam cum pt. universis ecclesiis etc. ac piis locis vigilandu. quae ad utilitatis ipsorum ptinere dignoscit ne in aliqua necessitate pturbent bisq. do devote ac sollicite die noctuq. sine intermissione laudem persolvunt. Et quare remuneratione vel pmiu. a do. spam, baberi qu. p. illor. piis locis restauratione spam. adipisci maxime qe sive de incendio sive de alia devastatione vel ruina dapna oppressione vident. p. qua beatiss. patri nostri Benedicti cenobii ubi venerabili ac dilectissimo filio nostro Leone preesse videmini. Ubi etiam amor magnifici viri ac dilectissimo nostro fideli Alberici caritatis ardore fragrat. tam ejus suggestione quaq. et nostrae clementiae vigilanti animo ad pristinu. statu. domino protegente restaurare et in ppm pmanere curavimus. Ad hoc eni. omptus ds. priore nos omi. esse pmisit. ut q nostro pastorali exeplo atq. sollicitude. subesse noscunt. condiscant et incunctant. intelligant quod in causis emergentibus sit acturi. Quappr. peccatis et iniquitatib. imminentibus que in hoc mundo accrescunt atq. ab antiqs hostis argumto pestifero volent diversa hac multiplicia dapna auferre, et qa. dum dnm quoda tempore supradictu monast. doctoris et confessoris xpi beati benedicti in locum q. sublacus dicit igne consumtus et ab agerenis gentib. dissolidatu fuit. ubi non solum ea que monachor. usu sive utilitate ignis suptim? concremaver, verum etiam universa instumta chartar. que in ipso venerabile monasterio tam a ro-

manis pontificib. quam etiam a nonnulli xpianis hominib. ob delictor. venia sponte fuerunt oblata omnia parit. cum subsidiis monachor. exusta sunt. Quod nos inopinato. opus audivimus satis pterruit. Tamen p. mercede et remediu. animae nostrae noiq. dilecti filius videlicet Alberici gloriosissimi principis atque omnium romanorum senatori. Et vestre restaurationis post dapna rerum sepedicti mony possessiones mobiles chartulisq. consuptis a qbslibet hom'nib. dm. fortasse prae oculis non habentib. fuissent invsse. Hoc eae nostrum imppum aptum privilegium confirmus sicuti a predecessorib. nostris Nicolai et Johi qnda papae vel alii pontificib. p. privilegiis aplie auctoritatis confirmaverunt. Vel etia ab aliquib. xpianis quocunq. modo p. scripturarum seriem optulerunt in pfato monio ita concedimus et confirmamus ut nullus pontifex nulla etia hominis cujuscumq psona praesumat a prenominato monio alienare vel auferre sive usurpare quacunq psona praedict (sic) dignitate. Sed sicut usq. acten ad praedicta exustione in potestate sepius in nominato monio et monachor illic servientib. auctoritate possessiones immobiles pstiterunt ita deinceps volum' atq plbem usq in fine seculi pseverent nomina ante locor quae ibide statuimus pmanenda de quib. chartulae eor. igne cremate sunt aut habetis haec sunt. In pmis fundu puceja in quo ven. monio est constructu et fundu q. voc Turisiano in cu cu oib. ad eu ptinentib. etc. (sequitur copia bonorum in integrum a pontifice confirmatorum) scriptu p. manu Leoni s rio sanctae romanae ecclesiae in mense julio et indictione ssta nona . . . . Bene valete.

Dat. V id. julii p. manum Nycolai pmiceri sume apostolice Sedis anno do. pptio pontificat domni Leoni nri sum pontificis ac universalis sexti papae in sacratissima Sede beati Petri primo in mense . . . . (qui il Fatteschi fà una nota sulle note cronologiche che sembrano meglio calzare a Leone VII - non crediamo errato il nome del pontefice, ma piuttosto la data).

CCLVI.

anno 937.

=

Codice sess. *E - CCXVII - pag. 59 - n. 50 - dal regesto sublacense tergo 45.*

Leonis ppe. VII constitutio qua Leoni abbati sublacensi ejusque monasterio confirmat, ad instantiam etiam Alberici principis romanorum, castellum Sublaci.

Leo epus servus servor Di Leo religioso pbro et monacho atque abbe ven. monio sci pn patri Benedicti et sce Scolasticae que situ est in Sublaco et p te in eode ven monio tuisq successoribus in ppetuu Cum magna nob sollicitud'ne insisten cura p. nniversis Dei eccle ac piis locis vigilandu ne aliqua necessitatis jactura sustineat sed magis ppriae utilitatis stipendia consequat'. Ideo convenit nos pastorali tota mentis integritate eorundem verbliu locor maxime stabilitatis integritate pcurare et sedula eor utilitatu subsidia illi conferre ut do nro omnpti id quod p ejus sci nominis honore etia et laude atque gla ejus divine majestatis ejus venerabilib nos certu est . . . Igitur quia misericors Albericus conpuctus dni coputione noster dilectus spiritualis filius et gloriosus princeps romauor cognovimus illum ardenti animo omnib scis in locis diligent do servientib deservire et indigenti largiflua ad cenovii utilitatem copiam prevere. Nunc quia scus Benedictus Xpi confessoris pater tolo mentis desiderio habere desiderat quatenus ante Xpi presentia ejus p misericordia dni audiatur voce: benite benedicti patris mei pcipite regnu qd vob paratu est ab origine mundi postulavit nro apostolatus humili prece quatenus concederemus sci Benedicti monasteriu . . . castellu in cu q voc Sublaco sive qnib aliis vocabulis nuncupatu vel cu oib finib terminis limitib suis terris casis vineis campis pratis pascuis silvis una cu colonis et colonas utriusq sexus illi ptintes simulq glandaticu erbaticu vel qualibet alia datione quod ad castelli jus ptinet et nro sce rom eccle soliti sunt solvere. Illut vob pleniter cu oib suis ubiq ptenentiis et adiacentiis ppetualiter ad usu et utilitate sci Benedicti cenobii p Alberici venia delictor Concedimus et roborabiliter stabilimus detinendu sine aliqua datione. A psenti em decima indictne pfatu castellu cu oib ad eu ubiq

ptinentib ad jus sce nrae ecciae ptinere videtur concedimus detinendu inppm

Quappter sub anathematis vinculis statuentes atque pmulgantes com do et terribili ejus futuro examine p hujus nri aptici privilegii sancimus et beati Petri apior principis auctoritate decernimus atq. obtestamur tam apiice sedis futuri pontifice qua ecclastica administraverint actione vel etiam magna parvasq. psna vl. si qspia cujuscumque sit dignitatis predictus (sic) potestate id q a nobis concessa sunt quonia licentia habeant sto castello aut de suis ptinentiis sicut suprius a nob spiritualite tota cum caritate p sustentatione servor di concessimus totum aut in aliquo alienare. Si quis interea qd non credimus temerario ausu contra ea que in hac nrae auctoritate pie et firmit eidem sci loci p hoc nrum privilegiu disponere et concessa sunt contraire teptaverit . . . sciat se nisi resipuerit auctoritate beati Petri principis apostolor cujus ve. immeriti vices agimus anathematis vinculo innodatu et cu diabolo et ejus atrocissimis pompis atque Judae traditore dni nri J. Xpi heterni incend i atque judicii concrem supplicio deputatus nec cuiqua a psentis anathematis nexib absolutu. At vero qui pio intuitu observator in oib extiterit . . . benedictionis gratia a misericordissimo dno do nro multipliciter consequatur et vitae eternae particeps effici mereat'. Scriptu p manu Leonis scrin sce rom eeclae in mense augusto supra jam nominata indictne decima - Bene valete - Datu IIII nonas augusti per manu Nycolai primicerii summe aptce sedis anno do pptio pontificat' domni nri summi pontifici et universali sexti papae in sacratissima sede beati Petri apti secundo in mense et indictione ssta decima.

CCLVII.

=

Brano d' istoria di Leone ostiense (l. I. §. 44 - 45 - pag. 537 - 47 -) sulle devastazioni dei saraceni in quel di Vulturno.

.... Cum igitur die quadam ad s. Vincentium de more quidam e casinensi hoc monasterio fratres abiissent et de suo ad invicem ordine loquerentur, repente illuc Seodan saevissimus cum suis satellitibus supervenit. Cujus monachi rumore comperto mox ad castellum suo monasterio proximum, maturato cursu, multum licet pavidi, incolumes tamen fugerunt. Saraceni vero monasterium ingressi, cuncta quae invenerunt, vastaverunt, plurima confregerunt, frumenta vero et legumina in fluvium, qui secus affluit projecerunt, fodientesque hic atque illuc, universum ecclesiae thesaurum, quem illorum pavore monachi jampridem absconderant repererunt: bibebatque nefarius ille Seodan in calicibus sacris et cum turibulis aureis sibi thurificari jubebat. Ita, proh dolor! incensum a fulminandis illis s. Vincentii monasterium est, monachis partim occisis, partim in diversa dispersis atque ad 33 annos ita desertum ac destitutum permansit. Per idem tempus monasterium b. p. Benedicti ubi sacratissimum ejus corpus humatum est, a praefatis saracenis invasum destructum atque incensum est et queque ibi reperta sunt universa direpta prid. non. sept. anno inc. dom. 884 ind. 2.

Nec multo post undecimo videlicet cal. nov. monasterium majus, quod deorsum erat, similiter occupaverunt devastaverunt et incenderunt, multasque inibi perimentes, ipsum etiam sanctum ac venerabilem abbatem Bertharium juxta altarium beati Martini gladio trucidaverunt. Cumque eandem domini Salvatoris ecclesiam diversis locis igne summisso exurere molirentur, Dei omnipotentis misericordia id perficere nequiverunt, sicque ipsa tantum de toto hoc monasterio saracenorum flammis erepta: illi monasterii spoliis onustati, iactantes triumphantesque Garilianum reversi sunt. Monachi vero quicquid suppellectilis vel thesauri seu et mu-

niminum hujus monasterii quoquomodo surripere potuerunt assumentes, una cum domno Angelario tunc temporis eorum praeposito, Teanum habitaturi proficiscuntur „ così l' ostiense sopra Vulturno e Montecasino: che altrettanto avvenisse di Subiaco e di Farfa, ne rendono testimonianza le citate bolle inedite e un brano del cronaco farfense.

Brano del Cronaco Farfense (*tratto dal codice sessoriano E CCXVIII - col. 454 - pag. 304 - pubblicato da* Muratori *col titolo » opusculum Hugonis abb. de destructione monasterii farfensis » (A. I. t. XV - pag. 527 -) e » de casibus monasterii farfensis opusc. auct. anon. syncr. » (RR. II. SS. t. II - p. II pag. 260.)*

„ sub hac vero tempestate Petrus venerabilis abbas religiosius gubernabat hoc monasterium. Qui cum annis VII una cum suis monachis militibusque agarenorum sustinuisset oppressionem . . . . . in tres partes hujus monasterii divisit thesaurum unam mandavit Romam, alteram vero in reatinam civitatem, et cum tertia ipse ad comitatum firmanum perrexit. Ingressi in ipsum monasterium agareni invaserunt locum. Abbas vero veniens in monast. s. Hippoliti sanctique Johannis quod dicitur in sylvae cum fratribus secum de sabinis ductis aliisque ibidem inventis illic coepit habitare lugens ac dolens monasterii sui desolationem. Et cum infra terminos firmani comitatus sarcenos ad depraedandum intrare sentiret coadunatis suis monachis ac militibus fecit castellum in materano monte, ubi postea s. Victoriae corpus locatum est. Ibique permanserunt usque dum illa persecutio sedata est, quae sicut antiqua refert opinio in Italia permansit annos XLVIII. Petrus abbas ibi vitam finivit.

(ib. p. 307 - anno 920) eo tempore respexit Deus super afflictionem populi sui et undique paganos effugare fecit . . . unde christianis in Gariliani montis summitatem ascensis, nec unus ex saracenis superfuit qui non aut gladio trucidaretur aut vivus continuo non caperetur.

(ib. p. 308) accersitis (Rafredus abb.) centum familiis liberorum hominum ac servorum de comitatu firmano sabiniis secum duxit cum quibus coepit reaedificare domum monasterii, quod ut fertur per quadraginta et octo annos absque habitatore fuerat.

CCLVII.

Giornale di Giovanni X. *Dal codice Urbinate segnato n. 1634 - nella biblioteca vaticana pag. 345 - 348 - A udire questo scrittore sembra che, non pur presente alle cose e ai trattati, ma persino dentro la mente e le intenzioni del pontefice si sia tro. ato.*

Giovanni X. di patria romano fu figlio di Sergio pontefice. Prese egli il pontificato con poca sodisfazione dei romani, perchè conoscinta la natura di questo pontefice assa: anstera e che vissuto sempre nella severità, stimarono che potesse corregere e torre via tanti scandali, e tutta quella par'e de' banditi e seditiosi uomini che allora vivevano in gran libertà in Roma e nelli Stati del papa e del senato.

Dicono molti autori che papa Giovanni X. sudetto avesse più tosto modi e genio guerriero, che sentimenti et attitudine di v'cario, dedito proprio all' armi et alle cose bellicose. Imperciò nacquero gravissime seditioni et perniciosissimi mali, che si raccontaranno, per causa di tale eletione.

Si verifica per bocca de scrittori che essendo giunto al pontificato il papa facesse publicare a suono di tromba per la città che n' uscissero via da suoi stati tutti quei tiranni che ne menavano seditioni e tumulti, e che causavano molti disturbi. All' uscir che questi facevano si congiuravano alla vendetta: fu molto perniciosa questa publicatione. Ma perchè papa G'ovanni non si poteva valere delle forze del senato, il quale non applicava la mente a servire il papa con quella intentione unitiva a suoi desiderj, peroche fu necessitato papa Giovanni ad aprire una strada alle armi, e servir:i di qualcheduno che potesse ajutare le cose sue.

Riguardavano tutti il papa come un principe temporale, mormorando dicevano che egli non doveva accettare la carica di pontefice mentre che aveva questa fantasia di guerre, e di armare la città, e che però si trovarono più volte in trattati fra di loro di deporlo. In questi stessi esacerbamenti maggiormente il papa si stabilì nel pensiero di dover proseguire nell' intentione fondata sulla guerra. Principalmente fu detto al papa che per fortificarsi contro gli inimici e seduttori de congiurati

romani dovessero discacciare i saraceni che erano il tormento d' Italia. Per ciò fare il papa, essendosi ben consigliato come potesse dirigere le cose sue, fu tosto giudicato molto acconcio a questo suo desiderio far una lega con Alberigo marchese di Toscana, il quale parimente non era lontano dalla sua volontà di conseguire il fine di questa vittoria per doversi indi in Roma far eleggere principe della patria e dittatore di tutte le leggi. Fu dato fuori questo trattato segretamente, et avendo il marchese acconsentito, fu dato mano all' armi con una strage così miserabile, che appena pare raccontar si possa, perchè tra le ationi più sanguinose, questa tra quelle si racconta. Essendo che ne anche gli abitanti delle case più antiche furono lasciati in vita, e sin nei corpi morti impressero più volte le loro spade, e facevano per sassi giocar le teste, che percossi da questa crudeltà non diedero quartiere, nè trattati di salvar la vita, onde i nemici furono tutti calpestati, tagliati a pezzi e morti. Mentre queste cose si machinavano, con l'altre attioni forse peggiori tutto per insignorirsi e per interessarsi in Roma.

Questa strage precisamente presso il Garigliano successe. Successe poi la guerra nella Puglia con nuova strage e rovina.

Tutto questo male fu attribuito principalmente a papa Giovanni, perchè calunniandolo dicevano come egli avesse ardito contro il parere dei romani e del senato muovere una guerra e far spargere tanto sangue, la qual causa era indirizzata con tanti richiami di tutte le terre in mano de' tiranni, giuravano di congiurarsi tut i unitamente, e passarono questi lamenti fra popoli e popoli della Toscana, et perchè cresceva l' insolente maniera di essi, cresceva anche la superbia del detto marchese, che disegnava di regnare in Roma nella quale città venne Giovanni con inestimabile trionfo, parendo ad esso d' haver guadagnato una gran vittoria, e così che fosse per trionfare di tutti i suoi nemici, perchè propriamente pareva ad esso che il timore sarebbe concentrato nei petti di tutti, e che per questo solo rimarrebbero obedienti, e pi garebbero il capo sotto il giogo del suo governo il quale papa Giovanni prese arditamente in Roma.

Ora fra il rigore del papa nel far giustizia e gratia a chi ne meritava gli effetti, e fra le esclamazioni che correvano di nuovo in Roma per li funestissimi successi decorsi e correnti, pareva che non fosse durabile, anzi si dovesse rivoltare tutto il popolo a scompiglio per l' acerbissimo governo. Non passò gran tempo che dopo l' arrivo del papa ne giunse anche il detto marchese, il quale anche dalla sua parte come capitano vittorioso e come sanguinario e superbo voleva essere a parte del governo di Roma; cominciarono a nascere fra papa Giovanni, il senato, detto marchese e Marozia sua moglie gran contese e seditioni, per le

quali cose si vidde il papa a mal partito, onde tanta fortuna acquistata restò tosto a guisa di un lampo sparita, e confusi tutti gli ordini delle cose, e introdotti soldati forastieri per la sicurezza della patria, non si diede gran tempo dopo la venuta di Giovanni a sentire una nova irreparabile rovina. Corsero i romani con pezzi d' artiglierie, due cannoni da Campidoglio verso la casa e case dei nemici, e sparando ogni giorno senza mai di cessare tutti quei pezzi di fuochi artificiali, obligarono perciò il marchese a ritirarsi in un luogo che vien chiamato Orta, ove il detto marchese fortificò la terra et il castello ????

Fu fatta una nova lega per impedire i progressi dei romani e furono dal detto marchese chiamati gli ungheri, natione la più violenta e bellicosa, i quali soldati avevano giurato di fracassare tutte le mura di Roma, e di menarne il capo della chiesa in luogo, come essi dicevano lontano dal fiume Garigliano, e ritenerlo finchè le cose fossero tranquillate, essendo concorsi a questo passo molte altre nationi che tutte quante erano in bersagliare i romani; la chiamata di questi ungheri portò seco la desolazione di tante case che numerar non si possono.

Avevano questi uccisi li padri e le madri e menate via le loro fanciulle quali vergognosamente da essi riconosciute e poi le uccidevano quando tolto avevano da quelle piacere. Altre tenevano a loro servigi et altre incaricate a portar pesi in dosso, perciò conchiudendo si dice che facessero più danni questi assai che non avevano fatto gli stessi saraceni, perchè con ardere gli alloggiamenti e commettere stupri, et altri sagrilegi facevano apparire esser di peggior conditione delli turchi.

Piangeva tutta l' Italia la lagrimabile perdita, piangevano i padri le loro figlie, le sorelle, i fratelli, e questi i loro nipoti e parenti. Portò stordimento et orrore al pontefice che conosceva essere stato egli il primo principio di questo male, et stava in angustie et in continuo travaglio che avrebbe voluto veder sedate quelle ruine. Era talmente ogni uomo afflitto che, dati alla disperazione, si annegavano nel tevere, e chi con il ferro si sommergeva il cuore, altri si appiccavano agli alberi, e dentro le proprie case, altri disperatamente con armi da guerra ne correvano ad incontrare il nemico. Ma come piacque per dissipar quest' incendio e questo maligno astro, e perchè successero cose più orribili e perniciose per le quali conclusero la pace, et altro non poteva succedere che questo male gravissimo perchè come l' istorico per conferma di ciò che si è narrato.

Un grandissimo misfatto fu commesso dal sud. Marchese di Toscana che per suggestione di Marocia donna avidissima dell'altrui avere, moglie di quel tiranno, fu per questa ribalda fatto prigione Giovanni, e portato dentro la torre prima, e di notte levato trasferito nella casa di lui,

d'onde, come altri vogliono, nel castel s. Angelo, dove con infame sagrilegio essendo un soldato mandato dal papa con fintione di trattar la sua libertà, ma con quest' ordine che fosse strozzato, e trovato il soldato un cùscino dove il povero pontefice sedeva, questo fu istromento della sua morte, perchè prese il soldato il cuscino, glielo pose alla bocca, stringendolo fra un muro e l' altro, di quella forma il tolse di vita.

Tal miserabil fine ebbero le vittorie di Giovanni. Poco appresso disponendo Iddio vendicatore di una tante scelleraggine venne a morte l' istesso Guido machinatore e tiranno del papa, ucciso da un altro soldato con peggior morte di quella che fece Giovanni, perchè sapendo che egli dormiva di cui aveva la cura, e per guadagnare alcune gioje, gli passò il core con una spada, et allora fu che Marocia, femina potente in Roma, vi chiamò il re Ugo inducendolo alle sue nozze col promettergli il dominio di quella città come in dote, onde da questa venuta si venne a stabilire una ferma pace.

Fu creato Stefano VIII il quale rassettò le discordie dei romani.

CCLIX.

Cod. 101 - G - XXXI - *Sessoriano pag. 63 postilla da servire di appendice al* CATHALOGUS *librorum bibliothecae Beccensis t. CL pag. 771 - - C. M. - e all'* ANONIMO MELLICENSE *t. CCXIII pag. 962 - e al rapporto di D.* RAVAISSON *- Parigi 1841 - in ottavo pag. 376 -* MAI *spicilegio romano t. V pag. XI codices laureshamenses - e al* MURATORI *A. I, III, 43 - sul famoso catalogo bobbiense e all'* OZANAM *la civilisation II, 583.*

ANNI domini millesimo centesimo sexagesimo sexto inquisicio facta est de libris s. Silvestri de Nonantula et inventi sunt libri s. Augustini de Trinitate et Augustini ad Petrum diaconum qualiter debeat verae fidei regulam tenere volumine uno - et Augustini de civitate Dei volumine uno - psalterium sex volumina - Ipomesticon contra pelagianos, et tractatus epistolae Pauli ad romanos et ad galatas et ad ephesios et ad Timotheum et ad tessalonicenses et ad Titum omnes in uno volumine - Genesi ad litteram et de quantitate animae adversus priscillanistas et de natura animae ad Optatum episcopum et de origine animae ad Renatum - Item alium ad Petrum presbyterum - Item duo ad Vincencium victorem - Item alii duo de nuptiis et concupiscentia adversus Valerium - Item liber Cassiodori de anima, omnes isti in uno volumine - Contra Joviuianum - contra Faustum - contra donatistas - locucionum et lectionum volumen uno (sic) - Retractacionum et libri sancti Geronimi III in uno volumine - Quinquaginta homilias et de consolacione mortuorum ad Paulinum et retractacio - de sermo Domini in munte - et ordo epistolarum sancti Ambrosii episcopi omnes in uno volumine - Dialogus sancti Augustini ad Deodati et carnali filio volumen uno - Eugepii ex dictis s. Augustini volumen uno - Lactaucius volumen uno - Doctrina christiana - de vita christiana et de consolacione mortuorum - et de professione justiciae - et de resurrectione mortuorum et de communione corpus (sic) et sanguinem Christi non dubitandum et s. Gerouimi adversus Vigilantium in uno volumine - Augustini de XX questionibus volumen uno - Liber Au-

gustini ad Eutherium de corpore Domini volumeu uno - Epistolae s. Augustini XV et de mendacio et martyrologio Bede volumen uno - De gratia et libero arbitrio ad Valentino volumen uno - Super epistolam Joannis - de disciplina christiana - de fide et operibus - de adulterinis conjugiis - de bono conjugali - de sancta virginitate - de professione virginitate ad Julianum (sic) omnes isti in uno volumine - De baptismo volumen uno - epistolae Daciani volumen uno

Super Joannem Augustini volumen uno

Orosio volumeu uno

Prosper volumen uno

Epistolae Geronimi et contra iudei (sic) et contra Jovinianum et adversus Vigilantium volumen uno - Super Esaiam volumen uno - super Ezechiel volumen uno - Iustituta Cassiodori et super Daniel volumen uno - Super Geremia cum lamentationibus suis volumen uno - Super Osee et Joel volumen uno - Super Abdiae, Jonae, Micheae, Naum, Abhacuc, Soffoniae, Aghei, Zachariae, Malachiae volumen uno - Nomina haebreorum volumen uno - de laude psalmorum volumen uno -

Concordia regularum volumen uno.

Geronimus super epistola Pauli ad Galatas volumen uno.

Etimologiarum Isidori volumen uno.

Summum bonum Isidori volumen uno.

Regula canonica Isidori volumen uno.

Officiorum Isidori et Ambrosii de baptismo volumen uno.

Decreta pontificum Isidori volumen uno.

Super Lucam Ambrosii volumen uno.

Beati immaculati Ambrosii volumen uno.

Super epistolae (sic) Pauli ad romanos et ad corinthios Ambrosii volumen uno.

Exameron Ambrosii volumen uno.

Ambrosi aut. pri. super apocalipsim volumen uno.

Moralia Gregorii volumina duo - Super Ezechiel Gregorii - Registro Gregorii volumen uno - Pastorali Gregorii volumen uno - Pater vis Gregorii volumen uno - In sancta Gregorii volumen uno - Dialogus Gregorii volumen uno.

Beda super parabolae Salomonis volumen uno.

Super acta apostolorum et apocalipsi Beda volumen uno.

Liber de competo et cronica Beda volumen uno.

Istoria anglorum volumen uno.

Sintilario Beda volumen uno.

FINE DEL IV VOLUME.

INDICE

ERRATA			CORRIGE
pag.	*lin.*		
33	2	916	917
59	6	IEUNCLAVIO	LEUNCLAVIO » *juris graeco-romani t. I - pag.* 104 - *L. II. ed. Francof.* 1576 *con glosse a pag.* 495-98.
249	9	praestisse	praestitisse
301	6	che gli assegna	che le assegna
437	6	s' opposero	s' apposero

AVVERTIMENTO

Le lettere refuse ed altre mende inevitabili in un lavoro di tal tempra, si commettono alla discreta cortesia del lettore; il quale è avvisato di più che dal numero CCXXXVII sino alla fine convien posporre i documenti di due unità, onde rispondano alle citazioni del 3. *volume; per modo che il numero citato nel* 3. *volume* 237 *sarà il* 239 *di questo codice e così viavia.*

Vol. I. Orazioni e trattato sulle reliquie della s. Natività distinto in sette libri.

Vol. II. Frammenti di Storia pontificale — parte i. — il pontificato di Giovanni da Tossignano che sedette col nome di Giovanni X nel X secolo.

Vol. III. Parte ii — il pontificato di Lamberto da Fiagnano che sedette col nome di Onorio II nel secolo XII.

Vol. IV. Parte iii — codice diplomatico e bollario di Giovanni X e Onorio II pontefici e di Gregorio VIII antipapa.

Vol. V. Volgarizzamento delle opere di s. Leone magno.